






BREVIARIUM PICTAVIENSE.



H. Gravelot inv. C. Baquoy Sculp.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus, in atriis domûs Domini. *Ps.* 115.18.19

.EVIARIUM
ICTAVIENSE,

ſimi & Reverendiſſimi in Chriſto Patris,
). MARTIALIS-LUDOVICI DE
.AUPOIL DE SAINT AULAIRE,
taviensſis Epiſcopi auctoritate, ac venerabilis
ſdem Ecclésiæ Capituli conſenſu, editum.

PARS ÆSTIVA.



PICTAVII,

'ypis JOANNIS FELICIS FAULCON, Illuſtr.
& Rever. DD. Epiſcopi & Cleri Typographi.
Viâ & è conſpectu Beatæ Mariæ Majoris.

M. DCC. LXV.

CUM PRIVILEGIO REGIS.





MARTIALIS-LUDOVICUS
DE BEAUPOIL
DE SAINT AULAIRE,

DEI GRATIÂ ET SANCTÆ Sedis Apostolicæ auctoritate, Episcopus Pictaviensis;

CLERO PICTAVIENSI

SALUTEM ET BENEDICTIONEM IN CHRISTO.



NTIQUOS & venerabiles Ecclesiæ Ritus quos longa seculorum series consecravit, & religiosè fovere, si vigeant, & restaurare, si fuerint obsoleti, Nostræ Sollicitudinis munus est, Dilectissimi Fratres. Quantò enim saluti Fidelium promovendæ utilius est quidquid in Supremi Numinis cultum, à patribus institutum habemus; tantò illud diligentiori curâ servare compellit Officium Pastorale. Efficacissimam autem divinorum Officiorum majestatem ad excitandam in Fidelium *cordibus* pietatem,

Efficacissimum etiam Ecclesiæ cantum, ad eorum & mentes & oculos à secularibus & terrenis deliciis amovendos, & expertus est, & testatur suis in Confessionibus Augustinus. *Cùm reminiscor*, inquit, *lacrymas meas quas fudi ad cantus Ecclesiæ tuæ, in primordiis recuperatæ fidei meæ; & nunc ipso quòd moveor, non cantu, sed rebus quæ cantantur, cùm liquidâ voce & convenientissimâ modulatione cantantur; magnam instituti hujus utilitatem rursùs agnosco.*

Confess. Lib. 10. Cap. 33.

Jam verò non vos latet, DD. FF. Ecclesiam nostram Pictaviensem sibi proprios Ritus antiquitùs habuisse. Quos quidem ad nostra ferè tempora viguisse comperimus, &, ineunte decimo septimo seculo, ità desiisse, ut ipsos doluerimus oblivione quasi deletos, cùm ad hanc Sedem divinâ miseratione vocati sumus.

Ut primùm igitur ad vos introïvimus, DD. FF. quod in universa propemodum Ecclesia Gallicana summa cum laude perfectum est, id in Ecclesia nostra decrevimus faciendum: munerique nostro, votísque vestris satisfacturos nos duximus, si Ritus nostros Librósque Liturgicos, ad usum Pictaviensis Ecclesiæ, denuò edendos curaremus.

Laudabilis sanè & admodùm necessarii propositi fructum, assiduíque laboris scopum, Deo juvante, attigimus. Primam

& præcipuam operis partem, Breviarium scilicet, præbemus vobis; nec abs re fore credidimus, si brevem hîc ipsius summam exhiberemus, & quam secuti sumus in illo conficiendo methodum paucis explanaremus.

1°. Quoniam *amica & familiaris Oratio est Deum de suo rogare*, tritam ab illustrissimis Præsulibus Gallicanis viam secuti, Invitatoria, Antiphonas, Capitula, Responsoria & Versiculos, è purissimo Scripturarum fonte deprompsimus. Quin & in colligendis Eloquiis sacris, eam adhibuimus reverentiam, ut illa semper continuâ série, sinè ulla interpolatione aut verborum translatione, applicaverimus. S. Cypr. Lib. de Oratio. Domin.

2°. Antiphonæ singulæ hoc peculiare habent, ut nec præcepta, nec monita, nec alia ejusmodi ad alios directa, sed pios animi motus ad Deum, expositionem Dogmatum, aut præclara Sanctorum gesta exhibeant. Capitula verò, cùm à Celebrante solo, cæteris audientibus recitentur, præcepta, consilia, monita, ut plurimùm exprimunt.

3°. Responsoria, ex gemino tum Veteris tum Novi Testamenti textu, ità conflata sunt, ut prima pars è Codicibus Veteris, secunda, Versus scilicet, è Novi Testamenti Libris fuerit efformata. Sic, collatis *cum veritate figuris*, cum eventu

promiſſis, cuique obvius eſt Veteris Legis cum Evangelica Lege concentus.

4°. Lectiones è Scriptura ſacra depromptas ità diſpoſuimus, ut percurrantur utriuſque Teſtamenti tum Hiſtorici tum Prophetici Libri, in primo Dominicarum Nocturno & Feriis per annum; Morales verò, in earumdem Dominicarum ſecundo Nocturno, Feriis quibuſdam privilegiatis, Feſtis & Octavis Sanctorum.

Sermones & Homilias è genuinis operibus Patrum extraximus, ad exponenda Fidei noſtræ Myſteria, reguláſque morum ſtabiliendas.

Tandem ad Hiſtoricos fide dignos; & quantùm fieri potuit, ad antiqua Eccleſiæ Monumenta recurrimus, ut efformarentur Lectiones quibus exhibetur ſumma vitæ Sanctorum.

5°. Hymnos collegimus quos vel ultimo ſeculo vel ætate noſtrâ elaboratos, adhibuerunt in ſuis Diœceſibus illuſtriſſimi Eccleſiæ Gallicanæ Pontifices: retentis tamen nonnullis, è vetuſtioribus Liturgicis Libris, propter eorum antiquitatem, vel Autorum celebritatem.

6°. Orationes quæ Collectæ dicuntur, ſi non omnes è veteribus Sacramentariis excerptæ, ſaltèm juxta antiquam & venerandam Orationum ſimplicitatem concinnatæ fuerunt.

7°. Ad Officium Capituli, diebus ſin-

gulis, legendum proponimus Canonem; quem ut plurimùm ex Conciliis Œcumenicis, vel Nationalibus, vel in Provincia noſtra Burdigalenſi coactis, diligenter extraximus.

8°. Pſalterium ità diſtributum eſt, ut unaquâque hebdomadâ, integrum recitetur; & ità diviſum ut ſingulis diebus hebdomadæ, ii aſſignati ſint Pſalmi, qui vero cujuſque diei objecto conveniant. Scilicet, ſingulis hebdomadæ diebus, peculiare quoddam proponimus, quod ab Invitatorio nuntiatum, gradatim evolvitur in Horarum decurſu.

Dies Dominica Dei complentis opus creationis requiem celebrat, Chriſti reſurgentis commemorat triumphum, varia deſcribit pietatis officia quibus obligantur Fideles, & æternæ requiei deſiderium excitat & accendit.

Feriâ ſecundâ, enucleatur eximium creationis opus.

Feriâ tertiâ, Dei ſummè providi munificentia celebratur.

Feriâ quartâ, laudatur Legiſlator Dominus, quòd judicia ſua manifeſtaverit nobis.

Cùm jam à pluribus annis, Feriâ quintâ non impeditâ cujuſvis hebdomadæ, recolatur in Diœceſi noſtra, memoria ineffabilis Euchariſtiæ Sacramenti, laudandam hanc conſuetudinem, quà fieri po-

tuit, retinuimus. Ideóque ejuſdem Feriæ quintæ Officium in Pſalterio, totum circa ſacratiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum verſatur.

Feriâ ſextâ, exhibetur inenarrabilis Redemptoris miſericordia, quâ *factus obediens uſque ad mortem*, nos à dæmonis imperio liberavit.

Philip. 2. 8.

Denique Sabbato, proponitur merces juſtis promiſſa, quæ nos à viis impiorum deterreat, & in arcta ſalutis via ſuſtentet.

9°. Neque id ſolùm in Officio Feriali curavimus, ut ſuum cuique Officio peculiare proponeretur orationis conſilium: idem quoque præſtitum eſt, pro diverſa partium anni varietate.

Per Adventum, quidquid Legis Antiquæ Patribus Meſſiam expectantibus inſpiratum eſt in Codicibus ſacris, id ità in ordinem collectum, ità diſpoſitum eſt, ut ſinguli Redemptoris venturi caractetes, ſingulæ notæ magìs ac magìs explicentur.

A Circumciſione Domini ad Præſentationem in Templo, ejuſdem Redemptoris cum Deo Patre conſubſtantialitas, & occultæ per infantiam virtutes commemorantur.

Tempore Quadrageſimæ, pœnitentiæ præſcriptæ neceſſitas aſtruitur, ejúſque fructus enumerantur.

Tempore Passionis, pietati proponitur qui *semetipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.* Varia ineffabilis caritatis insignia, vulnerum & dolorum acerbitas, salutiferæ mortis fusique sanguinis pretium evolvuntur & exhibentur.

Philip. 2. 7.

Demùm intra tempus Paschale, Resurrectionis Christi veritas contra Judæos & impios vindicatur, nostræque cum ipso resurrectionis necessitas commendatur.

10°. In singulis pariter per annum Dominicis, & Feriis pluribus, præsertim Quadragesimalibus, suus est ex Evangelii argumento desumptus scopus peculiaris: non quidem in officio integro; neque enim fieri potest ut singulis diebus Dominicis proprium concinnetur Officium; sed in ea parte duntaxàt quæ varia est, pro Evangeliorum diversitate.

11°. Quin & in diversis ejusdem Officii Horis illud idem cautum esse voluimus. Primæ ergo Vesperæ continent, vel Prophetarum oracula de Mysterio celebrando, vel ejusdem in Scripturis figuras, vel adoranda decreta quibus Altissimus Vasa misericordiæ præparavit in gloriam. In Officio Nocturno, Dogmata referuntur quæ credit & credenda proponit Ecclesia, vel indicantur præclara *gesta Sanctorum.* In Laudibus &

Horis diei, vel Deo aguntur gratiæ pro beneficiis humano generi collatis, vel celebrantur Sanctorum laudes. Tandem in Vesperis & Completorio, vel fructus ex Solemnitate percipiendus exponitur, vel describuntur ultimi labores Sanctorum.

12°. Quod ab antiquis Conciliorum Canonibus sancitum est, ut Quadragesimæ tempore, nulla Festa, præterquàm Incarnationis Domini, Patronorúmque primariorum celebrarentur, observandum statuimus. Neque enim cum luctuosis pœnitentiæ laboribus congruit lætabunda Festorum solemnitas: & dum tota est in Omnipotentis ira placanda, sancta Mater Ecclesia, æternorum gaudiorum delicias non ità convenienter cantare videretur.

13°. Statuendum pariter judicavimus, ut sua diei Dominicæ celebritas servaretur, nullúmque in die Domino sacra Festum celebrari liceret, nisì ipsius Domini foret, aut tantæ solemnitatis, ut minùs congrua fieret translatio ejus.

14°. Calendarium nostrum ità disposuimus, ut Sanctos in universa Ecclesia celebres, deinde in Gallicana conspicuos, tum in Burdigalensi illustres, ac demùm in nostra Pictaviensi Patres, Patronos & quasi Contubernales, cæteris Sanctis præponeremus.

Hinc eidem Calendario, vel inferi, vel restitui voluimus Sanctos nostrates non paucos, quorum cultus oblivione ferè deletus erat. Qui enim nostris in domiciliis pro Christo fuderunt sanguinem, qui commissum nobis pavêre gregem, qui celeberrima finibus in nostris, vel instruxerunt, vel restaurârunt Cœnobia, quæ Patriam illustrârunt, aut Feminæ sanctæ, aut Virgines; uno verbo, qui quomodocumque viciniora nobis exempla dederunt, peculiari apud nos digni sunt veneratione.

Obsecramus igitur vos, DD. FF. vósque *Ministros Christi & Dispensatores* 1. Cor. 4. 1.
Mysteriorum Dei hortamur, ut in laudibus indeficientibus Deo ter Sancto solvendis, quantùm humana fragilitas patitur, mores angelicos angelico muneri præmittatis. *Omnis Pontifex ex ho-* Hebr. 5. 1.
minibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis. Offe- Ibid. 13. 15.
ramus ergo hostiam laudis semper Deo: sed eâ mente offeramus, quâ solâ movetur Pastorum Principis caritas. *Multùm* Jac. 5. 16.
valet deprecatio justi assidua: sed *Non est* Eccli. 15. 9.
speciosa laus in ore peccatoris. Felices igitur, qui sacrificio laudis Deum piè sanctéque honorificant. Sed heu! miseri, qui dum ore celebrant Supremi Numinis laudes, pravis moribus provocant

Hebr. 6. 9. justi Judicis indignationem. *Confidimus de vobis, Dilectissimi, meliora & viciniora saluti :* hoc unum oramus Deum optimum maximum, ut quod cœpit in vobis opus bonum, ipse perficiat & confirmet.

Quâ spe confisi, nostrum istud Breviarium, ad usum Ecclesiæ nostræ Pictaviensis concinnatum, de consensu Venerabilis ejusdem Ecclesiæ nostræ Capituli, promulgandum decrevimus.

Mandamus itaque & præcipimus omnibus & singulis nostræ Diœcesis Capitulis, Collegiis, Monasteriis, Ordinibus, & quibuscumque Clericis ad recitationem Horarum Canonicarum sive publicè sive privatim adstrictis, ut hoc nostro utantur in posterum Breviario : Prohibemúsque ne aliud quodvis, sive publicè in Choro, sive privatim extra Chorum, sinè peculiari à Nobis concessa facultate, recitare præsumant, post diem duodecimam mensis Februarii, id est, post Feriam quartam Cinerum anni proximi ; Declarantes, omne aliud Breviarium, elapso tempore prædicto, fore interdictum, prohibitum & illicitum.

2. Cor. 7. 3. Et quoniam *in cordibus nostris estis ad commoriendum & ad convivendum,* Rom. 15. 30. *obsecro vos, Fratres, per Dominum nostrum Jesum Christum, & per caritatem sancti Spiritûs, ut adjuvetis me in orationibus vestris pro me ad Deum.*

Datum & promulgatum in Seminario nostro, Clero Pictaviensi ad Exercitia Spiritualia congregato, die octavâ mensis Maii, anni millesimi septingentesimi sexagesimi quinti.

† MART. LUD. Episcopus Pictaviensis.

De Mandato Illustrissimi & Reverendissimi D. D. Pictaviensis Episcopi,

JOLIVARD, *Canon. Secretarius.*

TABULA TEMPORARIA

Anni Dom.	*Aur. Num.*	*Epactæ.*	*Indict.*	*Litt. Do.*	*Litt. Mar.*	*Dom. post Ep.*	*Domin. Septuag.*	*Dies Cinerum.*
1766	19	xviij	14	e	t	2 †	26 Jan.	12 Feb.
1767	1	*	15	d	P	5 †	15 Feb.	4 Mar.
1768	2	xj	1	c b	l	3 †	31 Jan.	17 Feb.
1769	3	xxij	2	A	C	2	22 Jan.	8 Feb.
1770	4	iij	3	g	c	5	11 Feb.	28 Feb.
1771	5	xiv	4	f	p	2 †	27 Jan.	13 Feb.
1772	6	xxv	5	e d	F	5 †	16 Feb.	4 Mar.
1773	7	vj	6	c	f	4 †	7 Feb.	24 Feb.
1774	8	xvij	7	b	ſ	3 †	30 Jan.	16 Feb.
1775	9	xxviij	8	A	M	5	12 Feb.	1 Mar.
1776	10	ix	9	g f	i	4	4 Feb.	21 Feb.
1777	11	xx	10	e	A	2 †	26 Jan.	12 Feb.
1778	12	j	11	d	a	5 †	15 Feb.	4 Mar.
1779	13	xij	12	c	m	3 †	31 Jan.	17 Feb.
1780	14	xxiij	13	b A	D	2	23 Jan.	9 Feb.
1781	15	iv	14	g	d	5	11 Feb.	28 Feb.
1782	16	xv	15	f	q	2 †	27 Jan.	13 Feb.
1783	17	xxvj	1	e	G	5 †	16 Feb.	5 Mar.
1784	18	vij	2	d c	g	4 †	8 Feb.	25 Feb.
1785	19	xviij	3	b	t	2 †	23 Jan.	9 Feb.
1786	1	*	4	A	P	5	12 Feb.	1 Mar.
1787	2	xj	5	g	l	4	4 Feb.	21 Feb.
1788	3	xxij	6	f e	C	1 †	20 Jan.	6 Feb.
1789	4	iij	7	d	c	4 †	8 Feb.	25 Feb.
1790	5	xiv	8	c	p	3 †	31 Jan.	17 Feb.
1791	6	xxv	9	b	F	6	20 Feb.	9 Mar.
1792	7	vj	10	A g	f	4	5 Feb.	22 Feb.
1793	8	xvij	11	f	ſ	2 †	27 Jan.	13 Feb.
1794	9	xxviij	12	e	M	5 †	16 Feb.	5 Mar.
1795	10	ix	13	d	i	3 †	1 Feb.	18 Feb.
1796	11	xx	14	c b	A	2 †	24 Jan.	10 Feb.
1797	12	j	15	A	a	5	12 Feb.	1 Mar.
1798	13	xij	1	g	m	4	4 Feb.	21 Feb.
1799	14	xxiij	2	f	D	1 †	20 Jan.	6 Feb.
1800	15	iv	3	e	d	4 †	9 Feb.	26 Feb.
1801	16	xv	4	d	q	3 †	1 Feb.	18 Feb.
1802	17	xxvj	5	c	G	5 †	14 Feb.	3 Mar.
180[illegible]	*18*	*vij*	*6*	b	g	4 †	6 Feb.	23 Feb.
180[illegible]	*19*	*xviij*	7	A g	t	3	29 Jan.	15 Feb.

FESTORUM MOBILIUM.

Anni Dom.	*PAS-CHA.*	*Ascensio.*	*Penteco-ste.*	*Fest. Cor. Christi.*	*Dom. post P.*	*Domin. prim. Ad.*
1766	30 Mar.	8 Maii.	18 Maii.	29 Maii.	27	30 Nov.
1767	19 Apr.	28 Maii.	7 Junii.	18 Junii.	24	29 Nov.
1768	3 Apr.	12 Maii.	22 Maii.	2 Junii.	26	27 Nov.
1769	26 Mar.	4 Maii.	14 Maii.	25 Maii.	28	3 Dec.
1770	15 Apr.	24 Maii.	3 Junii.	14 Junii.	25	2 Dec.
1771	31 Mar.	9 Maii.	19 Maii.	30 Maii.	27	1 Dec.
1772	19 Apr.	28 Maii.	7 Junii.	18 Junii.	24	29 Nov.
1773	11 Apr.	20 Maii.	30 Maii.	10 Junii.	25	28 Nov.
1774	3 Apr.	12 Maii.	22 Maii.	2 Junii.	26	27 Nov.
1775	16 Apr.	25 Maii.	4 Junii.	15 Junii.	25	3 Dec.
1776	7 Apr.	16 Maii.	26 Maii.	6 Junii.	26	1 Dec.
1777	30 Mar.	8 Maii.	18 Maii.	29 Maii.	27	30 Nov.
1778	19 Apr.	28 Maii.	7 Junii.	18 Junii.	24	29 Nov.
1779	4 Apr.	13 Maii.	23 Maii.	3 Junii.	26	28 Nov.
1780	26 Mar.	4 Maii.	14 Maii.	25 Maii.	28	3 Dec.
1781	15 Apr.	24 Maii.	3 Junii.	14 Junii.	25	2 Dec.
1782	31 Mar.	9 Maii.	19 Maii.	30 Maii.	27	1 Dec.
1783	20 Apr.	29 Maii.	8 Junii.	19 Junii.	24	30 Nov.
1784	11 Apr.	20 Maii.	30 Maii.	10 Junii.	25	28 Nov.
1785	27 Mar.	5 Maii.	15 Maii.	26 Maii.	27	27 Nov.
1786	16 Apr.	25 Maii.	4 Junii.	15 Junii.	25	3 Dec.
1787	8 Apr.	17 Maii.	27 Maii.	7 Junii.	26	2 Dec.
1788	23 Mar.	1 Maii.	11 Maii.	22 Maii.	28	30 Nov.
1789	12 Apr.	21 Maii	31 Maii.	11 Junii.	25	29 Nov.
1790	4 Apr.	13 Maii.	23 Maii.	3 Junii.	26	28 Nov.
1791	24 Apr.	2 Junii.	12 Junii.	23 Junii.	23†	27 Nov.
1792	8 Apr.	17 Maii.	27 Maii.	7 Junii.	26	2 Dec.
1793	31 Mar.	9 Maii.	19 Maii.	30 Maii.	27	1 Dec.
1794	20 Apr.	29 Maii.	8 Junii.	19 Junii.	24	30 Nov.
1795	5 Apr.	14 Maii.	24 Maii.	4 Junii.	26	29 Nov.
1796	27 Mar.	5 Maii.	15 Maii.	26 Maii.	27	27 Nov.
1797	16 Apr.	25 Maii.	4 Junii.	15 Junii.	25	3 Dec.
1798	8 Apr.	17 Maii.	27 Maii.	7 Junii.	26	2 Dec.
1799	24 Mar.	2 Maii.	12 Maii.	23 Maii.	28	1 Dec.
1800	13 Apr.	22 Maii.	1 Junii.	12 Junii.	25	30 Nov.
1801	5 Apr.	14 Maii.	24 Maii.	4 Junii.	26	29 Nov.
1802	18 Apr.	27 Maii.	6 Junii.	17 Junii.	24	28 Nov.
1803	10 *Apr.*	*19 Maii.*	*29 Maii.*	9 Junii.	25	27 Nov.
1804	*1 Apr.*	*10 Maii.*	20 Maii.	31 Maii.	27	2 Dec.

In sequenti Calendario appositum est tempus quo quisque Sanctus obiit: An. *significat anno* : C. an. *circa annum* : S. *seculo* : C. init. s. *circa initium seculi* : C. fin. s. *circa finem seculi.*

Festa quæ majusculis notantur caracteribus, feriantur apud populum.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		JANUARIUS.
*	A	Cal.	1	CIRCUMCISIO DOMINI, IMPOSITIO NOMINIS JESU, & Octava Nativitatis ejus. *Solemne minus.*
xxix	b	iv	2	Basilij magni, Cæsariensis in Cappadocia Episcopi, & Ecclesiæ Doct. (*è die* 1.) *Duplex minus.* An. 379.
xxviij	c	iij	3	Genovefæ, Virg. Paris. *Semiduplex.* An. 512.
xxvij	d	Prid.	4	Titi, Cretensis Episc. *Simplex.* I. S.
xxvj	e	Non.	5	Vigilia Epiphaniæ Domini. *Sine jejunio.*
25. xxv	f	viij	6	*EPIPHANIA DOMINI. Solemne majus.*
xxiv	g	vij	7	} De Octava Epiphaniæ.
xxiij	A	vj	8	} De Octava Epiphaniæ.
xxij	b	v	9	} De Octava Epiphaniæ.
xxj	c	iv	10	De Octava Epiphaniæ. *Comm.* de S. Paulo, primo Eremita Thebaïdis. C. an. 341.
xx	d	iij	11	De Octava Epiphaniæ.
xix	e	Prid.	12	Octava Epiphaniæ, & Baptismus Christi. (*Per anticip.*) *Duplex majus.*
xviij	f	Idib.	13	*HILARII, PICTAVIENSIS EPISC. ET ECCLES. DOCTORIS. Solemne majus.* C. an. 368.
xvij	g	xix	14	De Octava S. Hilarii. *Commemoratio* de S. Neomadia, Pict. Virg.
xvj	A	xviij	15	De Octava S. Hilarii.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		JANUARIUS.
xv	b	xvij	16	De Octava S. Hilarii.
xiv	c	xvj	17	De Octava S. Hilarii.
				Comm. de S. Antonio Abb. An. 356.
xiij	d	xv	18	Pontificatus, seu Cathedra S. Petri, Apost. quâ primùm Antiochiæ, tum Romæ sedit, *Duplex majus.*
				Comm. de Oct. S. Hilarii.
				Prima Septuagesima hâc die 18.
xij	e	xiv	19	De Octava S. Hilarii.
xj	f	xiij	20	Octava S. Hilarii, & Festum omnium SS. Episcoporum Pictaviensis Ecclesiæ. *Duplex majus.*
x	g	xij	21	Agnetis, Rom. Virg. & Mart. *Semiduplex.* C. an. 304.
ix	A	xj	22	Vincentii, Cæsaraugust. Diac. & Mart. *Semiduplex.* C. an. 304.
viij	b	x	23	Sebastiani, Rom. Mart. (*è* 20.) *Duplex majus.* C. an. 288.
				Comm. de S. Fabiano, Papa & Mart. (*è* 20.) An. 250.
vij	c	ix	24	Timothei, Ephes. Episc. & Mart. *Semiduplex.* C. an. 97.
vj	d	viij	25	Conversio S. Pauli Apost. *Duplex majus.* An. 34. vel 35.
v	e	vij	26	
iv	f	vj	27	Joseph, Sponsi B. M. V. (*è* 19. *Mart.*) *Duplex minus.* I. S.
iij	g	v	28	Thomæ Aquinatis, Doctor. (*è* 7. *Mart.*) *Semiduplex*, obiit an. 1274. *Transl. hâc die.* An. 1369.
ij	A	iv	29	Francisci Salesii, Genev. Episc. (*è* 28. *Decemb.*) *Duplex minus.* An. 1622.
j	b	iij	30	Adelelmi, Burgis in Hispan. Tarrac. Abb. *Simplex.* C. an. 1100.
1*	c	Prid.	31	

De Simplicibus fit tantùm Commemoratio post Septuagesimam.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		FEBRUARIUS.
xxix	d	Cal.	1	Ignatii, Antioch. Episc. & Martyr. (è 20. *Decemb.*) *Semiduplex.* An. 107.
xxviij	e	iv	2	*PRÆSENTATIO DOMINI, ET PURIFICATIO B. M. V. Solemne majus.*
xxvij	f	iij	3	Leonii, Pictav. Presb. S. Hilarii discip. *Semiduplex.* C. fin. IV. S.
25. xxvj	g	Prid.	4	Blasii, Sebast. Episc. & Mart. (è 3.) *Simplex.* C. an. 316. *Prima sedes Cinerum hâc die 4.*
xxv. xxiv	A	Non.	5	Agathæ, Catan. Virg. & Mart. *Semiduplex.* An. 251. *In Quadr. sola Comm.*
xxiij	b	viij	6	
xxij	c	vij	7	
xxj	d	vj	8	
xx	e	v	9	
xix	f	iv	10	Guillelmi, Aquit. Ducis, & Pictav. Comitis. (è 9. *April.*) *Semiduplex.* An. 1138. *In Quadr. sola Comm.*
xviij	g	iij	11	
xvij	A	Prid.	12	
xvj	b	Idib.	13	
xv	c	xvj	14	
xiv	d	xv	15	
xiij	e	xiv	16	
xij	f	xiij	17	
xj	g	xij	18	
x	A	xj	19	
ix	b	x	20	
viij	c	ix	21	*Ultima Septuagesima hâc die 21.*
vij	d	viij	22	
vj	e	vij	23	
*	*	*	*	*Dies intercalaris addendus in anno Bissextili.*
v	f	vj	24	Matthiæ, Apostoli. *Duplex majus.* I. S.
iv	*g*	v	25	*In anno Bissextili.*

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		FEBRUARIUS.
			*	*Si Festum S. Matthiæ venerit in Quadragesima, anticipatur in Feriam* iij. *post Dom. in Quinquag.*
iij	A	iv	26	
ij	b	iij	27	
j	c	Prid.	28	

In anno Bissextili, Februarius est dierum 29. *& Festum S. Matthiæ celebratur* 25. *Febr. & bis dicitur: Sexto Calendas, id est, die* 24. *& die* 25. *& Littera Dominicalis, quæ assumpta fuit mense Januario, mutatur in præcedentem. Si in Januario Littera Dominicalis fuerit* A, *mutatur in præcedentem, quæ est* g; *& littera* f, *bis servit*, 24. *&* 25.

De Simplicibus fit tantùm Commemoratio post Septuagesimam: De Semiduplicibus fit etiam sola Commemoratio post Feriam IV. Cinerum.

Si Festum Patroni alicujus Ecclesiæ venerit in Quadragesima, de eo fit proprio die, nisi dies ille impeditus sit, tunc enim transfertur in Feriam sequentem non impeditam: cæterùm de eo non fit Octava: nullam enim Octavam admittit tempus Quadragesimale.

MARTIUS.

*	d	Cal.	1	
xxix	e	vj	2	
xxviij	f	v	3	
xxvij	g	iv	4	
xxvj	A	iij	5	
25. xxv	b	Prid.	6	Fridolini, Abb. Cœnob. S. Hilarii Pictav. *Commemoratio*. VI. S.
xxiv	c	Non.	7	Perpetuæ & Felicitatis, Carthag. Martyr. *Commem.* C. an. 203.
xxiij	d	viij	8	*Primum Novilunium Paschale hâc die* 8.

MARTIUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		
xxij	e	vij	9	
xxj	f	vj	10	*Ultima Sedes Cinerum hâc die 10.*
xx	g	v	11	
xix	A	iv	12	
xviij	b	iij	13	
xvij	c	Prid.	14	Leobini, Carnot. Episc. *Comm.* C. an. 557.
xvj	d	Idib.	15	
xv	e	xvij	16	
xiv	f	xvj	17	
xiij	g	xv	18	Alexandri, Hierosolym. Episc. & Mart. *Commem.* C. an. 251.
xij	A	xiv	19	
xj	b	xiij	20	
x	c	xij	21	
ix	d	xj	22	*Primum Pascha hâc die 22.*
viij	e	x	23	
vij	f	ix	24	
vj	g	viij	25	*ANNUNTIATIO ET INCARNATIO DOMINI. Solemne majus. Festivatur etiamsi transferri contingat.*
v	A	vij	26	
iv	b	vj	27	
iij	c	v	28	
ij	d	iv	29	
j	e	iij	30	
*	f	Prid.	31	

Feriâ sextâ post Dominicam Passionis, fit Officium de Compassione B. M. V. Duplex majus.

APRILIS.

xxix	g	Cal.	1	
xxviij	A	iv	2	Francisci de Paula, Institut. Ordin. Minimorum. *Semiduplex.* An. 1507. *In Quadr. sola Comm.*
xxvij	b	iij	3	

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		APRILIS.
25. xxvj	c	Prid.	4	Petri, Pictav. Episc. *Semiduplex.* An. 1115. *In Quadrag. sola Comm.*
xxv. xxiv	d	Non.	5	*Ultimum Novilunium Paschale hâc die 5.*
xxiij	e	viij	6	
xxij	f	vij	7	
xxj	g	vj	8	
xx	A	v	9	
xix	b	iv	10	
xviij	c	iij	11	
xvij	d	Prid.	12	
xvj	e	Idib.	13	
xv	f	xviij	14	
xiv	g	xvij	15	
xiij	A	xvj	16	Paterni, Abrinc. Episc. *Semiduplex.* An. 565. *In Quadr. sola Comm.*
xij	b	xv	17	
xj	c	xiv	18	
x	d	xiij	19	
ix	e	xij	20	
viij	f	xj	21	
vij	g	x	22	Opportunæ, Virg. *Simplex.* C. an. 770.
vj	A	ix	23	Georgii, Mart. in Oriente. *Simplex.* C. an. 303.
v	b	viij	24	
iv	c	vij	25	Marci, Evangelistæ. *Duplex majus.* C. an. 68. *Ultimum Pascha hâc die 25.*
iij	d	vj	26	Cleti seu Anacleti, Papæ & Mart. *Simplex.* C. an. 91.
ij	e	v	27	Phœbadii, Aginnensis Episc. (è 25.) *Semiduplex.* C. an. 392.
j	f	iv	28	Polycarpi, Smyrn. Episc. & Mart. (è 26. *Mart.*) *Semiduplex.* An. 169.
*	g	iij	29	Mariæ Ægyptiæ, Pœnitentis. (è 1.) *Semiduplex.* V. vel VI. S.
xxix	A	Prid.	30	Eutropii, Santon. Episc. & Mart. *Semiduplex.* III. S.

MAIUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		
xxviij	b	Cal.	1	Philippi & Jacobi, (Alphæi) Apost. *Duplex majus*. I. S.
xxvij	c	vj	2	Athanasii, Alexandr. Episc. & Eccl. Doct. *Duplex minus*. An. 373.
xxvj	d	v	3	Inventio S. Crucis. *Duplex majus*. An. 326.
25. xxv	e	iv	4	
xxiv	f	iij	5	
xxiij	g	Prid.	6	Joannis, Apost. & Evang. ante Portam Latin. *Semiduplex*. C. an. 95.
xxij	A	Non.	7	
xxj	b	viij	8	
xx	c	vij	9	Gregorii Nazianzeni, Constantinop. Episc. & Eccl. Doct. *Duplex minus*. An. 391.
xix	d	vj	10	*Prima Pentecoste hâc die* 10.
xviij	e	v	11	Mamerti, Vienn. Episc. *Semiduplex*. C. an. 476.
xvij	f	iv	12	
xvj	g	iij	13	Agnetis, Virg. primæ Abbat. Monast. S. Crucis Pictav. *Semiduplex*. An. 588.
xv	A	Prid.	14	Disciolæ, Virg. Monial. Monast. S. Crucis Pict. (è 13.) *Simplex*. C. fin. VI. S.
xiv	b	Idib.	15	
xiij	c	xvij	16	
xij	d	xvj	17	
xj	e	xv	18	
x	f	xiv	19	Petri Cœlestini V. Papæ, Instit. Ordin. Cœlest. *Semiduplex*. An. 1296.
ix	g	xiij	20	Austregisili, Bitur. Episc. *Simplex*. An. 624.
viij	A	xij	21	
vii	b	xj	22	
vj	c	x	23	Desiderii, Lingon. Episc. & Mart. *Simplex*. III. vel IV. S.
v	d	ix	24	Donatiani & Rogatiani, Nannet. Mart. *Simplex*. C. an. 287.
iv	e	viij	25	

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		MAIUS.
iij	f	vij	26	
ij	g	vj	27	
j	A	v	28	Germani, Parif. Epifc. *Simplex.* An. 576.
*	b	iv	29	Maximini, Trevir. Epifc. *Semiduplex.* C. an. 349.
xxix	c	iij	30	
xxviij	d	Prid.	31	Simpliciani, Pictav. Mart. *Duplex minus.* III. vel IV. S.

JUNIUS.

xxvij	e	Cal.	1	Jovini, Anfionenfis Abb. in territ. Pictav. *Semiduplex.* C. fin. IV. S.
j. xxvj	f	iv	2	Porcharii, Cœnob. S. Hilarii Pictav. Abb. *Semiduplex.* (è 31. *Maii.*) C. fin. VI. S.
xv. xxiv	g	iij	3	Clotildis, Francorum Reginæ & Viduæ. *Semiduplex.* C. med. VI. S.
xxiij	A	Prid.	4	Pothini, Lugd. Epifc. & Socior. Mart. (è 2.) *Semiduplex.* An. 177.
xxij	b	Non.	5	Marcellini & Petri, Rom. Mart. (è 2.) *Simplex.* An. 304.
xxj	c	viij	6	Norberti, Magdeburg. Epifc. *Semiduplex.* An. 1134.
xx	d	vij	7	Claudii, Vefunt. Epifc. (è 6.) *Simplex.* An. 581.
xix	e	vj	8	Medardi, Noviom. Epifc. *Simplex.* C. an. 545.
xviij	f	v	9	
xvij	g	iv	10	
xvj	A	iij	11	Barnabæ, Gentium Apoft. *Duplex minus.* C. fin. I. S.
xv	b	Prid.	12	
xiv	c	Idib.	13	*Ultima Pentecoſte hâc die* 13.
xiij	d	xviij	14	
xij	e	xvij	15	
xj	f	xvj	16	
x	g	xv	17	
ix	A	xiv	18	Amandi, Burdig. Epifc. *Semiduplex.* C. med. V. S.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		JUNIUS.
viij	b	xiij	19	Gervasii & Protasii, Mediol. Mart. *Simplex.* I. vel II. S.
vij	c	xij	20	
vj	d	xj	21	
v	e	x	22	Paulini, Nolani Episc. *Semiduplex.* An. 431.
iv	f	ix	23	Vigilia S. Joannis Baptistæ, *cum jejunio.*
iij	g	viij	24	NATIVITAS S. JOANNIS BAPTISTÆ. *Solemne minus.*
ij	A	vij	25	Maxentii, Abb. in territ. Pictav. (*è die sequenti.*) *Semiduplex.* An. 515.
j	b	vj	26	Inventio & Translatio Reliquiarum S. Hilarii, Pict. Episc. & Eccles. Doct. *Duplex majus.* An. 508. *Commem.* de SS. Joanne & Paulo, Mart. An. 362. vel 363.
*	c	v	27	Irenæi, Lugd. Episc. & Eccl. Doct. & Socior. Mart. (*è die sequenti.*) *Semiduplex.* C. an. 202.
xxix	d	iv	28	Vigilia SS. Apost. Petri & Pauli, *cum jejunio.*
xxviij	e	iij	29	*SS. APOSTOLORUM PETRI ET PAULI. Annuale.* An. 67.
xxvij	f	Prid.	30	Commemoratio S. Pauli, Apostoli. *Duplex majus.*
				JULIUS.
xxvj	g	Cal.	1	De Octava SS. Petri & Pauli. *Commem.* de S. Eparchio, Abb. in territ. Engolism. C. an. 581.
25. xxv	A	vj	2	Visitatio Beatæ Mariæ Virg. *Duplex majus.* *Commem.* de Octava SS. Petri & Pauli.
xxiv	b	v	3	De Octava SS. Petri & Pauli.
xxiij	c	iv	4	Ordinatio * & Translatio ** S. Martini, Turon. Episc. *Duplex minus.* An. * 371. & ** 473. *Commem.* de Oct. SS. Petri & Pauli.

De Octava

JULIUS.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		
xxij	d	iij	5	De Octava SS. Petri & Pauli.
xxj	e	Prid.	6	Octava SS. Apost. Petri & Pauli. *Duplex majus.*
xx	f	Non.	7	Martialis, Lemov. Episc. & Aquitaniæ Apostoli. (è 30 *Junii.*) *Duplex majus.* III. S. *Commem.* de S. Thoma, Cantuar. Episc. & Mart. An. 1170. (è 29. *Decemb.*) *Translatio hâc die. An.* 1222.
xix	g	viij	8	
xviij	A	vij	9	
xvij	b	vj	10	Septem Fratrum, & Felicitatis matris eorum, Mart. *Simplex. C. an.* 150.
xvj	c	v	11	Benedicti, Cassinensis Abb. (è 21. *Mart.*) *Semiduplex.* An. 543. *Translatio hâc die. C. an.* 653.
xv	d	iv	12	
xiv	e	iij	13	Silæ, Gentium Apost. *Simplex.* I. S.
xiij	f	Prid.	14	Savini & Cypriani, Mart. in territ. Pictav. *Semiduplex.* V. S.
xij	g	Idib.	15	Bonaventuræ, Alban. Episc. & Doctor. (è 14.) *Semiduplex.* An. 1274.
xj	A	xvij	16	Generosi, Ansionensis Abb. in territ. Pictav. *Simplex.* VI. S.
x	b	xvj	17	
ix	c	xv	18	
viij	d	xiv	19	Vincentii à Paulo, Presb. Instit. Congreg. Missionis. (è 27. *Sept.*) *Duplex minus.* An. 1660.
vij	e	xiij	20	
vj	f	xij	21	
v	g	xj	22	Mariæ Magdalenes, *Duplex minus.* I. S.
iv	A	x	23	
iij	b	ix	24	
ij	c	viij	25	Jacobi (Zebedæi), Apost. *Duplex majus.* An. 44.
j	d	vij	26	Joachim & Annæ, Parentum B. Mariæ Virginis. *Duplex minus.*
*	e	vj	27	
xxix	f	v	28	

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		JULIUS.
xxviij	g	iv	29	Lupi, Trecens. Episc. *Simplex.* An. 479.
xxvij	A	iij	30	Ignatii Loyolæ, Presb. Instit. Soc. Jesu. (*è die sequenti.*) *Semiduplex.* An. 1556.
25. xxvj	b	Prid.	31	Germani, Autissiod. Episc. *Semiduplex.* An. 448.

AUGUSTUS.

xxv. xxiv	c	Cal.	1	LIBERATIO S. PETRI APOSTOLI È CARCERE. *Duplex majus.* An. 44. *Festiv. in urbe tantùm.*
xxiij	d	iv	2	Stephani, Papæ & Mart. *Simplex.* An. 257.
xxij	e	iij	3	Inventio Corporis S. Stephani, Protomart. *Semiduplex.* An. 415.
xxj	f	Prid.	4	Dominici, Presb. Instit. Ord. Prædicatorum. (*è* 6.) *Semiduplex.* An. 1221.
xx	g	Non.	5	
xix	A	viij	6	Transfiguratio Domini. *Duplex majus.* An. 32.
xviij	b	vij	7	Xysti, Papæ & Mart. (*è* 6.) *Simplex.* An. 258.
xvij	c	vj	8	
xvj	d	v	9	
xv	e	iv	10	Laurentii, Rom. Diaconi & Mart. *Duplex majus.* An. 258.
xiv	f	iij	11	
xiij	g	Prid.	12	Juniani, Mariacensis Abb. in territ. Pictav. (*è* 13.) *Semiduplex.* An. 587.
xij	A	Idib.	13	RADEGUNDIS, FRANCORUM REGINÆ, PICTAVIENSIS MONIAL. ET VIDUÆ. *Duplex majus.* An. 587. *Festiv. in urbe tantùm.*
xj	b	xix	14	Vigilia Assumptionis B. M. V. *cum jejunio.*
x	c	xviij	15	*ASSUMPTIO B. MARIÆ VIRGINIS.* *Solemne majus.* I. S.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		# AUGUSTUS.
ix	d	xvij	16	Rochi, Laïci apud Montem Pessulan. *Duplex minus.* An. 1327. *Commem.* de Oct. Assumpt. B. M. V. & de S. Troëcia, Virg. Pict. C. fin. IV. S.
viij	e	xvj	17	De Octava Assumpt. B. M. V.
vij	f	xv	18	De Octava Assumpt. B. M. V.
vj	g	xiv	19	De Octava Assumpt. B. M. V.
v	A	xiij	20	Bernardi, Claravall. Abb. & Eccl. Doct. *Duplex minus.* An. 1153. *Comm.* de Oct. Assumpt. B. M. V.
iv	b	xij	21	De Octava Assumpt. B. M. V.
iij	c	xj	22	Octava Assumpt. B. Mariæ Virg. & Commem. Voti Ludovici XIII. An. 1638. *Duplex minus.*
ij	d	x	23	Filiberti, Quinciacensis Abb. in territ. Pictav. *Semiduplex.* (è 20.) C. an. 684.
j	e	ix	24	Bartholomæi, Apost. *Duplex majus.* I. S.
*	f	viij	25	Ludovici IX. Regis Franciæ. *Duplex majus.* An. 1270.
xxix	g	vij	26	
xxviij	A	vj	27	Cæsarii, Arelat. Episc. & Ecclesiæ Doct. *Semiduplex.* An. 542.
xxvij	b	v	28	Augustini, Hippon. Episc. & Eccl. Doct. *Duplex minus.* An. 430.
xxvj	c	iv	29	Decollatio S. Joannis Baptistæ. *Semiduplex.* An. 28. *vel* 32.
25. xxv	d	iij	30	
xxiv	e	Prid.	31	
				# SEPTEMBER.
xxiij	f	Cal.	1	
xxij	g	iv	2	Lazari, à Christo suscitati, Marthæ & Mariæ, Sororum ejus. *Semiduplex.* I. S.
xxj	A	iij	3	Gregorii Magni, Papæ & Ecclesiæ Doct. (è 12. *Mart.*) *Duplex minus.* An. 604. *Ordinatio hâc die. An.* 590.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis		SEPTEMBER.
xx	b	Prid.	4	
xix	c	Non.	5	
xviij	d	viij	6	
xvij	e	vij	7	
xvj	f	vj	8	NATIVITAS B. MARIÆ VIRGINIS. *Solemne minus.*
xv	g	v	9	
xiv	A	iv	10	De Octava Nativit. B. M. V. (9–12)
xiij	b	iij	11	
xij	c	Prid.	12	
xj	d	Idib.	13	De Octava Nativit. B. M. V.
				Commem. de S. Cornelio, Papa & Mart. (*è die sequenti.*) An. 252.
x	e	xviij	14	Exaltatio S. Crucis. *Duplex majus.* An. 629.
				Commem. de Oct. Nativit. B. M. V.
ix	f	xvij	15	Octava Nativit. B. Mariæ Virg. *Semiduplex.*
viij	g	xvj	16	Joannis Chrysostomi, Constantin. Episc. & Eccl. Doct. (*è* 14.) *Duplex minus.* An. 407.
vij	A	xv	17	Cypriani, Carth. Episc. Eccl. Doct. & Mart. (*è* 14.) *Semiduplex.* An. 258.
vj	b	xiv	18	Achardi, Quinciac. Abb. in territ. Pict. (*è* 15.) *Simplex.* An. 687.
v	c	xiij	19	
iv	d	xij	20	
iij	e	xj	21	Matthæi, Apostoli & Evangel. *Duplex majus.* I. S.
			*	*De S. Matthæo fit Feriâ quintâ Quatuor Temporum hujus mensis.*
	f	x	22	Mauricii & Socior. Mart. *Semiduplex.* An. 286.
	g	ix	23	Theclæ, Virg. & Mart. *Semiduplex.* C. fin. I. S.
	A	viij	24	Emmeramni, Pictav. Episc. & Mart. *Semiduplex.* An. 652.
xxix	b	vij	25	
xxviij	c	vj	26	
xxvij	d	v	27	Cosmæ & Damiani, Mart. *Semiduplex.* III. vel IV. S.
25. xxvj	e	iv	28	

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		SEPTEMBER.
xxv.xxiv	f	iij	29	Michaëlis, Archang. & omn. SS. Angel. *Duplex majus.*
xxiij	g	Prid.	30	Hieronymi, Stridon. Presb. & Eccl. Doct. *Duplex minus.* An. 420.

OCTOBER.

Dominicâ quæ immediatè præcedit Festum S. Lucæ, celebratur ritu solemni majori, cum octava II. ordinis, Anniversarium Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis, tùm in ipsa Cathedrali Ecclesia, tùm in omnibus aliis Diœcesis Ecclesiis, sive propriam habeant Dedicationem, sive non habeant. Et insuper quæ proprium & notum habent Dedicationis diem, ejus Anniversarium eodem ritu celebrant, Dominicâ post illum diem proximâ, nisì impedita fuerit: alioquin, Dominicâ sequente.

xxij	A	Cal.	1	Remigii, Rem. Episc. (è 13. *Jan.*) *Semiduplex.* C. an. 533. *Translatio hâc die, ante an.* 585.
xxj	b	vj	2	Angelorum Custodum. *Duplex minus.*
xx	c	v	3	Leodegarii, August. Episc. & Mart. (è 2.) *Semiduplex.* An. 678.
xix	d	iv	4	Francisci, Assisinatis, Cœnob. Instit. Ord. Minorum. *Semiduplex.* An. 1226.
xviij	e	iij	5	
xvij	f	Prid.	6	Brunonis, Monachi, Ord. Carthus. Instit. *Semiduplex.* An. 1101.
xvj	g	Non.	7	Fidis, Aginn. Virg. & Mart. (è 6.) *Simplex.* C. an. 287. vel 290.
xv	A	viij	8	
xiv	b	vij	9	Dionysii, primi Parisiens. Episc. & Socior. Mart. *Semiduplex.* An. 275. vel 286.
xiij	c	vj	10	
xij	d	v	11	Omnium Sanctorum qui vixerunt ante Christum. *Duplex majus.*
xj	e	iv	12	

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		OCTOBER.
x	f	iij	13	
ix	g	Prid.	14	
viij	A	Idib.	15	Theresiæ, Abul. Virg. Instauratricis Ordin. Carmel. *Semiduplex.* An. 1582.
vij	b	xvij	16	
vj	c	xvj	17	
v	d	xv	18	Lucæ, Evangelistæ. *Duplex majus.* I. S.
iv	e	xiv	19	
iij	f	xiij	20	Caprasii, Aginn. Mart. *Semiduplex.* C. an. 287. vel 290.
ij	g	xij	21	
j	A	xj	22	
*	b	x	23	Benedicti, Samarit. Episc. & in territ. Pictav. Solitarii. *Simplex.* C. fin. IV. S.
xxix	c	ix	24	
xxviij	d	viij	25	Crispini & Crispiniani, Suessionens. Mart. *Simplex.* An. 288.
xxvij	e	vij	26	
xxvj	f	vj	27	
25. xxv	g	v	28	Simonis & Judæ, Apost. *Duplex majus.* I. S.
xxiv	A	iv	29	
xxiij	b	iij	30	
xxij	c	Prid.	31	Vigilia omnium Sanctorum, *cum jejunio.*

NOVEMBER.

xxj	d	Cal.	1	*OMNIUM SANCTORUM. Solemne majus. Inst. c. an.* 835.
xx	e	iv	2	COMMEMORATIO OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM. *Solemne minus. Inst.* an. 998. *Festum manè.*
xix	f	iij	3	De Octav. omn. Sanct. (3–7)
xviij	g	Prid.	4	
xvij	A	Non.	5	
xvj	b	viij	6	
xv	c	vij	7	

NOVEMBER.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		
xiv	d	vj	8	Octava omnium Sanctorum, & Veneratio omnium sanctarum Reliquiarum Ecclesiæ & Dioecesis Pictaviensis. *Duplex minus.*
xiij	e	v	9	Caroli Borromæi, Mediol. Episc. (è 3.) *Semiduplex.* An. 1584.
xij	f	iv	10	Leonis Magni, Papæ & Eccl. Doct. *Semiduplex.* An. 461.
xj	g	iij	11	Martini, Turonensis Episc. *Duplex majus.* An. 397.
x	A	Prid.	12	
ix	b	Idib.	13	
viij	c	xviij	14	
vij	d	xvij	15	
vj	e	xvj	16	
v	f	xv	17	
iv	g	xiv	18	
iij	A	xiij	19	Elisabeth, Viduæ. *Simplex.* An. 1231.
ij	b	xij	20	
j	c	xj	21	Præsentatio B. Mariæ Virginis. *Duplex minus.*
*	d	x	22	Cæciliæ, Virg. & Mart. *Simplex.* II. vel III. S.
xxix	e	ix	23	Clementis, Papæ & Mart. *Simplex.* An. 100.
xxviij	f	viij	24	Chrysogoni, Mart. *Simplex.* An. 304.
xxvij	g	vij	25	Catharinæ, Virg. & Mart. *Simplex.*
25 xxvj	A	vj	26	Lini, Papæ & Mart. *Simplex.* C. an. 79.
xxv. xxiv	b	v	27	Justi, Pict. Presb. *Simplex.* C. fin. IV. S. *Prima sedes Dominicæ primæ Adventûs Domini hâc die 27.*
xxiij	c	iv	28	
xxij	d	iij	29	Vigilia S. Andreæ, Apost. *cum jejunio.* *Commem.* de S. Saturnino, Tolos. Episc. & Mart. III. S.
xxj	e	Prid.	30	ANDREÆ, APOSTOLI. *Duplex majus.* I. S.

DECEMBER.

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		
xx	f	Cal.	1	Florentiæ, Pictav. Virg. *Duplex minus.* C. an. 367. *Commem.* de S. Eligio, Noviom. Episc. (*è* 30. *Nov.*) An. 659.
xix	g	iv	2	Francisci Xaverii, Presb. Indiar. Apost. *Semiduplex.* An. 1552.
xviij	A	iij	3	*Ultima sedes Dominicæ primæ Adventûs Domini hâc die* 3.
xvij	b	Prid.	4	
xvj	c	Non.	5	
xv	d	viij	6	Nicolai, Mir. in Lycia Episc. *Semiduplex.* IV. S.
xiv	e	vij	7	Ambrosii, Mediol. Episc. & Eccl. Doct. (*è* 4. *April.*) *Duplex minus.* An. 397. *Ordinatio hâc die. An.* 374.
xiij	f	vj	8	CONCEPTIO B. MARIÆ VIRGINIS. *Solemne minus. Festivatur etiamsi transferri contingat.*
xij	g	v	9	
xj	A	iv	10	Abræ, Virg. Pict. S. Hilarii Filiæ. *Semiduplex.* C. an. 365.
x	b	iij	11	
ix	c	Prid.	12	Delphini, Burdigal. Episc. (*è* 23.) *Semiduplex.* An. 404.
viij	d	Idib.	13	Luciæ, Syracus. Virg. & Mart. *Semiduplex.* An. 304. vel 305.
vij	e	xix	14	Fortunati, Pictav. Episc. *Duplex minus.* Init. VII. S.
vj	f	xviij	15	
v	g	xvij	16	
iv	A	xvj	17	
iij	b	xv	18	
ij	c	xiv	19	
j	d	xiij	20	
*	e	xij	21 *	Thomæ, Apost. *Duplex majus.* I. S. *De S. Thoma fit Feriâ quintâ Quatuor Temporum hujus mensis.*
xxix	f	xj	22	
xxviij	g	x	23	
xxvij	A	ix	24	Vigilia Nativitatis Domini, *cum jejun.*
xxvj	b	viij	25	*NATIVITAS DOMINI, Annuale.*

Cycl. Epact.	Litt. Dom.	Dies Mensis.		DECEMBER.
25. xxv	c	vii	26	STEPHANI, PROTOMARTYRIS. *Solemne minus.* C. an. 33. *Commem.* de Octava Nativit. Dom.
xxiv	d	vj	27	JOANNIS, APOSTOLI ET EVANGELISTÆ. *Solemne minus.* An. 100. vel 104. *Commem.* de Octava Nativit. Dom.
xxiij	e	v	28	Sanctorum Innocentium, Mart. *Duplex majus.* I. S. *Commem.* de Octava Nativit. Dom.
xxij	f	iv	29	De Octava Nativit. Domini.
xxj	g	iij	30	De Octava Nativit. Domini.
* 19. xx	A	Prid.	31	De Octava Nativit. Domini. *Commem.* de S. Sylvestro, Papa. An. 335.

* Hæc Epacta 19. nunquam est in usu, nisi concurrat cum Aureo Numero xix.



TABULA

Continens Officiorum gradus & diversitatem.

ANNUALE.
SOLEMNE MAJUS.
SOLEMNE MINUS.
DULEX MAJUS.
Duplex minus.
Semiduplex.
Simplex.

ANNUALIA.

Nativitas Domini.
Pascha.
Pentecoste.
Natalis SS. Apost. Petri & Pauli.

In unaquaque Ecclesia celebratur sub ritu Annuali Festum principale Patroni primarii.

Item si contingat consecrari Ecclesiam, ipsa dies Consecrationis seu Dedicationis erit Annuale.

SOLEMNIA MAJORA.

Epiphania Domini.
Festum S. Hilarii Pictaviens. Episcopi, & Ecclesiæ Doctoris.
Præsentatio Domini, quæ & Purificatio beatæ Mariæ Virginis nuncupatur.
Annuntiatio & Incarnatio Domini.
Ascensio Domini.
Festum SS. Trinitatis.
Solemnitas SS. Eucharistiæ.
Assumptio beatæ Mariæ Virginis.
Festum omnium Sanctorum.
Anniversarius dies Dedicationis Ecclesiæ.

In singulis Ecclesiis Parochialibus Diœcesis, Dominicâ tertiâ mensis per quem specialiori modo colitur SS. Eucharistiæ Sacramentum, celebratur ritu Solemni majori Festum gratiarum actionis pro dono conservatæ Fidei circa augustissimum Sacramentum, & Reparationis injuriarum eidem SS. Sacramento illatarum. Si Dominica illa sit impedita, transfertur, vel anticipatur prædictum Officium in Dominicam ejusdem mensis convenientiorem.

SOLEMNIA MINORA.

Conceptio beatæ Mariæ Virginis.
Natalis S. Stephani Protomartyris.
Festum S. Joannis Evangel.
Circumcisio Domini.
Nativitas S. Joannis Baptistæ.
Nativitas B. Mariæ Virginis.
Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum.

DUPLICIA MAJORA.

Dominicæ omnes per annum.
Dies Octava omnium Annualium, itémque Solemnium majorum Domini.
Natalitia XII. Apostolorum, & Evangelistarum.
Festum SS. Innocentium.
Pontificatûs, seu Cathedræ S. Petri Apostoli.
Omnium SS. Episcoporum Pictaviensium.
S. Sebastiani.
Conversionis S. Pauli Apost.
Compassionis Beatæ Mariæ Virginis.
Inventionis S. Crucis.
Inventionis & Translationis Reliquiarum S. Hilarii.
Commemorationis S. Pauli Apostoli.
Visitationis B. Mariæ Virg.
S. Martialis.
Liberationis S. Petri è carcere.
Transfigurationis Domini.
S. Laurentii.
S. Radegundis.
S. Ludovici.
Exaltationis S. Crucis.
S. Michaëlis Archangeli, & omnium SS. Angelorum.
Omnium Sanctorum qui vixerunt ante Christum.
S. Martini.

DOMINICÆ
PRIVILEGIATÆ
I. Classis,
Quæ nunquam omittuntur.

Prima Adventûs.
Prima Quadragesimæ.
Passionis.
Palmarum.
Paschæ.
In Albis Depositis.
Pentecostes.
Prima post Pentecosten, in qua fit Officium de SS. Trinitate.

DOMINICÆ
PRIVILEGIATÆ
II. Classis,
Quæ admittunt Solemnia majora, & suprà.

Secunda, Tertia, Quarta } Adventûs.
Dominicæ in { Septuagesima. Sexagesima. Quinquagesima.
Secunda, Tertia, Quarta } in Quadragesima.

DOMINICÆ
III. Classis,
In quibus non fit nisi de Duplicibus majoribus Domini, & Solemnibus minoribus, aut suprà.

Reliquæ Dominicæ per annum.

FERIÆ MAJORES
PRIVILEGIATÆ,
Quæ nunquam omittuntur.

Vigilia Nativitatis Domini.
Feria IV. Cinerum.
Feriæ Majoris Hebdomadæ.
Feriæ intra Hebdomadam Paschæ.
Vigilia Pentecostes.
Feriæ intra Hebdomadam Pentecostes.

FORMA ABSOLUTIONIS

SACRAMENTALIS,

Cum Precibus ante & post eam à Sacerdote dicendis.

MIsereátur tuî omnípotens Deus, &, dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

INdulgéntiam, absolutiónem † & remissiónem peccatórum tuórum tríbuat tibi omnípotens & miséricors Dóminus. Amen.

DOminus noster Jesus Christus, qui est summus Póntifex, te absólvat; & Ego, auctoritáte ipsíus, te absólvo ab omni vínculo excommunicatiónis, (*si pœnitens sit Clericus, additur*, suspensiónis) & interdícti, in quantùm possum & tu índiges. Deínde, Ego te absólvo à peccátis tuis, in nómine Patris, † & Fílii, & Spíritûs sancti. Amen.

PAssio Dómini nostri Jesu Christi, mérita beátæ Maríæ Vírginis, & ómnium Sanctórum, suffrágia sanctæ matris Ecclésiæ, quidquid boni féceris, & mali sustinúeris, sint tibi in remissiónem peccatórum, augméntum grátiæ & prǽmium vitæ ætérnæ. Amen.

Si Pœnitens esset morti proximus, & præ brevitate temporis, Preces omnes & Absolutio, ut superiùs jacet, recitari non possent; eo casu, Sacerdos pronuntiabit solummodò verba ad essentiam Absolutionis necessaria, ipsúmque absolvet à censuris quas incurrere, & à peccatis quæ committere potuit, sub hac forma.

EGo te absólvo ab ómnibus censúris & peccátis, In nómine Patris, † & Fílii, & Spíritûs Sancti. Amen.



PSALTERIUM




Servite Domino in timore : et exultate
ei cum tremore. *Ps. 2. 11.*



PSALTERIUM
DISPOSITUM
PER HEBDOMADAM.
PARS ÆSTIVA.

DOMINICA,
AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Ante Officium Nocturnum dicitur secretò:



ATER noster, qui es in cœlis, sanctificétur nomen tuũ: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua sicut in cœlo, & in terra: panem nostrum quotidiánum da nobis hódie: & dimítte nobis débita nostra, sicut & nos dimíttimus debitóribus nostris: & ne nos indúcas in tentatiónem; sed líbera nos à malo. Amen. *Matt.* 6. 9. *ad* 13.

AVe, María, grátiâ plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, & benedíctus fructus ventris tui, Jesus. *Luc.* 1. 28. 42.

Sancta María, mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc, & in hora mortis nostræ. Amen.

CRedo in Deum, Patrem omnipoténtem, creatórem cœli & terræ: Et in Jesum Christum, Fílium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu sancto, natus ex María Vírgi-

die séptimo opus suum quod fécerat. *Gen.* 2. 2.

Ant. 2. D. Requiévit.

PSALMUS 2.

Christus Filius Dei, Rex in Sion & in omnes gentes.

QUare fremuérunt gentes, * & pópuli meditáti sunt inánia?

Astitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * advérsùs Dóminum, & advérsùs Christum ejus.

Dirumpámus víncula eórum, * & projiciámus à nobis jugum ipsórum.

Qui hábitat in cœlis, irridébit eos: * & Dóminus subsannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * & in furóre suo conturbábit eos.

Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præcéptum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu; ego hódie génui te.

Póstula à me, & dabo tibi gentes hæreditátem tuam, * & possessiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tanquam vas fíguli confrínges eos.

Et nunc, reges, intellígite; * erudímini, qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre, * & exultáte ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplínam, * nequándo irascátur Dóminus, & pereátis de via justa.

Cùm exárserit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confídunt in eo.

Ant. Requiévit Deus die séptimâ ab ómnibus opéribus suis. *Hebr.* 4. 4.

Ant. 3. a. Benedíxit.

PSALMUS 3.

Christi resurrectio, spes membrorum ejus.

DOmine, quid multiplicáti sunt qui tríbulant me? * multi insúrgunt advérsùm me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem, Dómine, suscéptor meus es, * glória mea, & exáltans caput meum.

Voce meâ ad Dóminum clamávi, * & exaudívit me de monte sancto suo.

Ego dormívi, & soporátus sum; * & exurréxi, quia Dóminus suscépit me.

Non timébo míllia pópuli circumdántis me: * exúrge, Dómine; salvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi sinè causa; * dentes peccatórum contrivísti.

Dómini est salus; * & super pópulum tuum benedíctio tua.

Ant. Benedíxit Deus diéi séptimo, & sanctificávit illum. *Gen.* 2. 3.

℣. In nóctibus extóllite manus vestras in sancta; ℟. Et benedícite Dóminum. *Ps.* 133. 2.

Post versiculum cujuslibet Nocturni, dicit Celebrans altâ voce : Pater noster; *& omnes prosequuntur secretò usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatióne; ℟. Sed líbera nos à malo. *Posteà Lector petit Benedictionem, dicens* : Jube, Domne, benedícere.

Benedictiones habentur post Psalterium.

Qui privatim & solus recitat Officium, omisso, Jube, Domne, benedícere, *dicit Benedictionem.*

Lectiones cum Responsoriis habentur in Proprio de Tempore.

Hæc omnia observantur in singulis Nocturnis, nisi aliter notetur.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. f. Christus.

PSALMUS 17.

Christi resurgentis & Ecclesiæ à persecutoribus liberatæ gratiarum actio.

DIligam te, Dómine, fortitúdo mea: * Dóminus firmaméntum meū, & refúgium meum, & liberátor meus.

Deus meus adjútor meus, * & sperábo in eum.

Protéctor meus, & cornu salútis meæ, * & suscéptor meus.

Laudans invocábo Dóminum; * & ab inimícis meis salvus ero.

Circumdedérunt me dolóres mortis; * & torréntes iniquitátis conturbavérunt me.

Dolóres inférni circumdedérunt me; * præoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum, * & ad Deum meum clamávi:

Et exaudívit de templo sancto suo vocem meam; * & clamor meus in conspéctu ejus, introívit in aures ejus.

Commóta est, & contrémuit terra: fundaménta móntium conturbáta sunt, & commóta sunt; * quóniam irátus est eis.

Ascéndit fumus in ira ejus, & ignis à fácie ejus exársit; * carbónes succénsi sunt ab eo.

Inclinávit cœlos, & descéndit: * & calígo sub pédibus ejus.

Et ascéndit super Chérubim, & volávit, * volávit super pennas ventórum.

Et pósuit ténebras latíbulum suum, in circúitu ejus tabernáculum ejus, * tenebrósa aqua in núbibus áeris.

Præ fulgóre in conspéctu ejus nubes transiérunt, * grando, & carbónes ignis.

Et intónuit de cœlo Dóminus, & Altíssimus dedit vocem suam: * grando, & carbónes ignis.

Et misit sagíttas suas;

& dissipávit eos : * fúlgura multiplicávit, & conturbávit eos.

Et apparuérunt fontes aquárum, * & reveláta sunt fundaménta orbis terrárum,

Ab increpatióne tua, Dómine, * ab inspiratióne spíritûs iræ tuæ.

Ant. Christus resurréxit à mórtuis primítiæ dormiéntium. 1. *Cor.* 15. 20.

Ant. 5. a. Tráditus est.

Divisio Psalmi 17.

MIsit de summo [Dóminus] & accépit me; * & assúmpsit me de aquis multis.

Erípuit me de inimícis meis fortíssimis, & ab iis qui odérunt me; * quóniam confortáti sunt super me.

Prævenérunt me in die afflictiónis meæ; * & factus est Dóminus protéctor meus.

Et edúxit me in latitúdinem: * salvum me fecit, quóniam vóluit me.

Et retríbuet mihi Dóminus secúndùm justítiam meam; * & secúndùm puritátem mánuum meárum retríbuet mihi:

Quia custodívi vias Dómini, * nec ímpiè gessi à Deo meo.

Quóniam ómnia judícia ejus in conspéctu meo, * & justítias ejus non répuli à me.

Et ero immaculátus cum eo, * & observábo me ab iniquitáte mea.

Et retríbuet mihi Dóminus secúndùm justítiam meam, * & secúndùm puritátem mánuum meárum in conspéctu oculórum ejus.

Cum sancto sanctus eris, * & cum viro innocénte ínnocens eris.

Et cum elécto eléctus eris, * & cum pervérso pervertéris.

Quóniam tu pópulum húmilem salvum fácies, * & óculos superbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucérnam meam, Dómine: * Deus meus, illúmina ténebras meas.

Quóniam in te erípiar à tentatióne, * & in Deo meo transgrédiar murum.

Ant. Tráditus est propter delícta nostra, & resurréxit propter justificatiónem nostram. *Rom.* 4. 25.

Ant. 6. F. Resurréxit.

Altera divisio Psal. 17.

DEus meus, impollúta via ejus: elóquia Dómini igne examináta: * protéctor est ómnium sperántium in se.

Quóniam quis Deus præter Dóminum? * aut quis Deus præter Deum nostrum?

Deus qui præcínxit me virtúte; * & pósuit immaculátam viam meam.

Qui perfécit pedes meos, tanquam cervórum; * & super excélsa státuens me:

Qui docet manus meas ad prælium : * & posuísti ut arcum æreum bráchia mea :

Et dedísti mihi protectiónem salútis tuæ, * & déxtera tua suscépit me :

Et disciplína tua corréxit me in finem ; * & disciplína tua ipsa me docébit.

Dilatásti gressus meos subtùs me, * & non sunt infirmáta vestígia mea.

Pérsequar inimícos meos, & comprehéndam illos : * & non convértar donec defíciant.

Confríngam illos, nec póterunt stare ; * cadent subtùs pedes meos.

Et præcinxísti me virtúte ad bellum ; * & supplantásti insurgéntes in me subtùs me.

Et inimícos meos dedísti mihi dorsum ; * & odiéntes me dispérdidísti.

Clamavérunt, nec erat qui salvos fáceret : * ad Dóminum, nec exaudívit eos.

Et commínuam eos ut púlverem ante fáciem venti : * ut lutum plateárum delébo eos.

Erípies me de contradictiónibus pópuli ; * constítues me in caput géntium.

Pópulus quem non cognóvi, servívit mihi ; * in audítu auris obedívit mihi.

Fílii aliéni mentíti sunt mihi ; * fílii aliéni inveteráti sunt, & claudicavérunt à sémitis suis.

Vivit Dóminus, & benedíctus Deus meus ; * & exaltétur Deus salútis meæ.

Deus, qui das vindíctas mihi, & subdis pópulos sub me : * liberátor meus de inimícis meis iracúndis.

Et ab insurgéntibus in me exaltábis me ; * à viro iníquo erípies me.

Proptéreà confitébor tibi in natiónibus, Dómine ; * & nómini tuo psalmum dicam.

Magníficans salútes Regis ejus, & fáciens misericórdiam Christo suo David, * & sémini ejus usque in séculum.

Ant. Resurréxit tértiâ die secúndùm Scriptúras. 1. *Cor.* 15. 4.

℣. Médiâ nocte surgébam ad confiténdum tibi,

℟. Super judícia justificatiónis tuæ, Dómine. *Ps.* 118. 62.

Pater. *secretò.* ℣. Et ne nos, &c. *ut suprà.*

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. *d.* Dies.

PSALMUS 27.

Inter adversa, spes resurgendi.

AD te, Dómine, clamábo ; Deus meus, ne síleas à me ; * nequándo táceas à me, & assimilábor descendéntibus in lacum.

Exaúdi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ, dum oro ad te, * dum ex-

tóllo manus meas ad templum sanctum tuum.

Ne simul trahas me cum peccatóribus; * & cum operántibus iniquitátem ne perdas me.

Qui loquúntur pacem cum próximo suo ; * mala autem in córdibus eórum.

Da illis secúndùm ópera eórum, * & secúndùm nequítiam adinventiónum ipsórum.

Secúndùm ópera mánuū eórum tríbue illis ; * redde retributiónem eórum ipsis.

Quóniam non intellexérunt ópera Dómini, & in ópera mánuum ejus ; * déstrues illos, & non ædificábis eos.

Benedíctus Dóminus ; * quóniam exaudívit vocem deprecatiónis meæ.

Dóminus adjútor meus, & protéctor meus ; * in ipso sperávit cor meum, & adjútus sum.

Et reflóruit caro mea ; * & ex voluntáte mea confitébor ei.

Dóminus fortitúdo plebis suæ ; * & protéctor salvatiónum Christi sui est.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ ; * & rege eos, & extólle illos usque in ætérnum.

Ant. Dies sanctificátus est Dómino Deo nostro. 2. *Esdr.* 8. 9.

Ant. 8. G. Est Dóminus.

PSALMUS 29.

Resurrectionis Psalmus.

EXaltábo te, Dómine, quóniam suscepísti me ; * nec delectásti inimícos meos super me.

Dómine Deus meus, clamávi ad te ; * & sanásti me.

Dómine, eduxísti ab inférno ánimam meam : * salvásti me à descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino, sancti ejus ; * & confitémini memóriæ sanctitátis ejus.

Quóniam ira in indignatióne ejus ; * & vita in voluntáte ejus.

Ad vésperum demorábitur fletus ; * & ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea : * Non movébor in ætérnum.

Dómine, in voluntáte tua, * præstitísti decóri meo virtútem.

Avertísti fáciem tuam à me, * & factus sum conturbátus.

Ad te, Dómine, clamábo ; * & ad Deum meum deprecábor.

Quæ utílitas in sánguine meo, * dum descéndo in corruptiónem ?

Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam ?

Audívit Dóminus, & misértus est meî ; * Dóminus factus est adjútor meus.

Convertísti planctum

meum in gaúdium mihi; * conſcidíſti ſaccum meum, & circumdedíſti me lætítiâ:

Ut cantet tibi glória mea, & non compúngar; * Dómine Deus meus, in ætérnum confitébor tibi.

Ant. Eſt Dóminus vivus, ipſe in cœlo potens, qui juſſit agi séptimam diem. 2. *Mach.* 15. 4.

Ant. 5. C. Gaudeámus.

PSALMUS 65.

Canticum Reſurrectionis.

JUbiláte Deo, omnis terra; pſalmum dícite nómini ejus; * date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo: Quàm terribília ſunt ópera tua, Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentiéntur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & pſallat tibi, * pſalmum dicat nómini tuo.

Veníte, & vidéte ópera Dei: * terríbilis in consíliis ſuper fílios hóminum.

Qui convértit mare in áridam, in flúmine pertransíbunt pede, * ibi lætábimur in ipſo.

Qui dominátur in virtúte ſua in ætérnum; óculi ejus ſuper gentes reſpíciunt: * qui exáſperant, non exaltèntur in ſemetípſis.

Benedícite, gentes, Deũ noſtrum, * & audítam fácite vocem laudis ejus.

Qui póſuit ánimam meam ad vitam; * & non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probáſti nos, Deus; * igne nos examináſti, ſicut examinátur argéntum.

Induxíſti nos in láqueum, poſuíſti tribulatiónes in dorſo noſtro, * impoſuíſti hómines ſuper cápita noſtra.

Transívimus per ignem & aquam, * & eduxíſti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocaúſtis; * reddam tibi vota mea:

Quæ diſtinxérunt lábia mea, * & locútum eſt os meum in tribulatióne mea.

Holocaúſta medulláta ófferam tibi cum incénſo aríetum; * ófferam tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, & narrábo, omnes qui timétis Deum, * quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipſum ore meo clamávi, * & exaltávi ſub lingua mea.

Iniquitátem ſi aſpéxi in corde meo, * non exaúdiet Dóminus.

Proptéreà exaudívit Deus, * & atténdit voci deprecatiónis meæ.

Benedíctus Deus, * qui non amóvit oratiónem meam, & miſericórdiam ſuam à me.

Ant. Gaudeámus, & exultémus, & demus glóriam Deo. *Apoc.* 19. 7.

℣. Deus illúminet vul-

tum ſuum ſuper nos, ℟. Et misereátur noſtrî. *Pſ. 66. 2.*

Pater. *ſecretò.* ℣. Et ne nos, &c. *ut ſuprà.*

Poſt ultimum Reſponſorium, dicitur, Te Deum, *ſi dicendum ſit.*

TE Deum laudámus: * te Dóminum confitémur.

Te ætérnum Patrem * omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli, * tibi cœli & univérſæ poteſtátes,

Tibi Chérubim & Séraphim * inceſsábili voce proclámant:

Sanctus,

Sanctus,

Sanctus,

Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni ſunt cœli & terra * majeſtátis glóriæ tuæ.

Te glorióſus * Apoſtolórum chorus,

Te Prophetárum * laudábilis númerus,

Te Mártyrum candidátus * laudat exércitus;

Te per orbem terrárum * ſancta confitétur Eccléſia,

Patrem * imménſæ majeſtátis;

Venerándum tuum verum * & únicum Fílium;

Sanctum quoque * paraclétum Spíritum.

Tu Rex glóriæ, * Chriſte.

Tu Patris * ſempitérnus es Fílius.

Tu ad liberándum ſuſceptúrus hóminem, * non horruíſti Vírginis úterum.

Tu devícto mortis acúleo, * aperuíſti credéntibus regna cœlórum.

Tu ad déxteram Dei ſedes * in glória Patris.

Judex créderis * eſſe ventúrus.

Te ergo quæſumus, fámulis tuis súbveni, * quos pretióſo ſánguine redemiſti.

Ætérnâ fac cum Sanctis tuis * glóriâ munerári.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, * & bénedic hæreditáti tuæ.

Et rege eos, * & extólle illos uſque in ætérnum.

Per ſíngulos dies * benedícimus te,

Et laudámus nomen tuum in séculum * & in séculum séculi.

Dignáre, Dómine, die iſto * ſinè peccáto nos cuſtodíre.

Miſerére noſtrî, Dómine, * miſerére noſtrî.

Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, * quemádmodum ſperávimus in te.

In te, Dómine, ſperávi; * non confúndar in ætérnum.

Si Laudes non ſequantur continuò, hîc dicitur: Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. Orémus. *Deinde Oratio propria cum integra concluſione. Ac posteà iterùm*: Dóminus vobíſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo. ℣. Benedicámus Dó-

mino. ℟. Deo grátias. *Tum secretò* : Fidélium ánimæ, per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen. *Ac tandem*, Pater noster, *etiam secretò.*

AD LAUDES MATUTINAS.

Si separentur ab Officio Nocturno, dicitur secretò, Pater *&* Ave ; *& sic aliis diebus.*

℣. *Sacerdotalis.* Magnus Dóminus, & laudábilis nimis ; ℟. Et magnitúdinis ejus non est finis. *Ps.* 144. 3.

DEus, in adjutórium, &c. Glória Patri, &c. Sicut erat, &c.

Ant. 1. *g.* Opórtet.

PSALMUS 62.

Æternorum bonorum desiderium.

DEus, Deus meus, * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea ; * quàm multiplíciter tibi caro mea !

In terra desérta, & ínvia, & inaquósa, sic in sancto appárui tibi, * ut vidérem virtútem tuam & glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas ; * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea, * & in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea, * & lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tuî super stratum meum, in matutínis meditábor in te ; * quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exultábo, adhæsit ánima mea post te ; * me suscépit déxtera tua.

Ipsi verò in vanum quæsiérunt ánimam meam ; introíbunt in inferióra terræ : * tradéntur in manus gládii ; partes vúlpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo, laudabúntur omnes qui jurant in eo ; * quia obstrúctum est os loquéntium iníqua.

Ant. Opórtet præveníre solem ad benedictiónem tuam, Dómine, & ad ortum lucis te adoráre. *Sap.* 16. 28.

Ant. 8. G. Tua est.

PSALMUS 92.

Christi regnum & eloquia extolluntur.

DOminus regnávit, decórem indútus est ; * indútus est Dóminus fortitúdinem, & præcínxit se.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc ; * à sǽculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómine, * elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, * à vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris ; * mirábilis in altis Dóminus.

Teſtimónia tua credibília facta ſunt nimis: * domum tuam decet ſanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Ant. Tua eſt, Dómine, magnificéntia, & poténtia, & glória, atque victória; & tibi laus. 1. *Par.* 29 11.

Ant. 7. *d.* Quis.

PSALMUS 99.

Ad Dei cultum & laudes exhortatio.

JUbiláte Deo, omnis terra, * ſervíte Dómino in lætítia.

Introíte in conſpéctu ejus, * in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipſe eſt Deus; ipſe fecit nos, & non ipſi nos: * pópulus ejus & oves páſcuæ ejus.

Introíte portas ejus in confeſſióne, átria ejus in hymnis: * confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, quóniam ſuávis eſt Dóminus; * in ætérnum miſericórdia ejus, & uſque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Ant. Quis non timébit te, Dómine, & magnificábit nomen tuum? *Apoc.* 15. 4.

Ant. 6. F. Benedíctus es.

CANTICUM TRIUM PUERORUM. *Dan.* c. 3. v. 57. *ad* 88.

Cunctæ creaturæ ad benedicendum Domino invitantur.

BEnedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: * laudáte & ſuperexaltáte eum in ſécula.

Benedícite, Angeli Dómini, Dómino: * benedícite, cœli, Dómino.

Benedícite, aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, Dómino: * benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.

Benedícite, ſol & luna, Dómino: * benedícite, ſtellæ cœli, Dómino.

Benedícite, omnis imber & ros, Dómino: * benedícite, omnes ſpíritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis & æſtus, Dómino: * benedícite, frigus & æſtus, Dómino.

Benedícite, rores & pruína, Dómino, * benedícite, gelu & frigus, Dómino.

Benedícite, glácies & nives, Dómino: * benedícite, noctes & dies, Dómino.

Benedícite, lux & ténebræ, Dómino: * benedícite, fúlgura & nubes, Dómino.

Benedícat terra Dóminum: * laudet & ſuperexáltet eum in ſécula.

Benedícite, montes & colles, Dómino: * benedícite, univérſa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite, fontes, Dómino: * benedícite, mária & flúmina, Dómino.

Benedícite, cete & ómnia quæ movéntur in aquis, Dómino: * benedícite,

omnes vólucres cœli, Dómino.

Benedícite, omnes béstiæ & pécora, Dómino: * benedícite, filii hóminum, Dómino.

Benedícat Israël Dóminum; * laudet & superexáltet eum in sécula.

Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino: * benedícite, servi Dómini, Dómino.

Benedícite, spíritus & ánimæ justórum, Dómino: * benedícite, sancti & húmiles corde, Dómino.

Benedícite, Ananía, Azaría, Mísaël, Dómino; * laudáte & superexaltáte eum in sécula.

Hic, loco Glória Patri, *dicitur*:

Benedicámus Patrem, & Fílium, cum sancto Spíritu; * laudémus & superexaltémus eum in sécula.

Benedíctus es, Dómine, in firmaménto cœli; * & laudábilis, & gloriósus, & superexaltátus in sécula.

Ant. Benedíctus es in templo sancto glóriæ tuæ; & superlaudábilis, & supergloriósus in sécula. *Dan.* 3. 53.

Ant. 3. *à.* Sanctus.

PSALMUS 150.

Deus omnimodè laudandus.

LAudáte Dóminum in sanctis ejus; * laudáte eum in firmaménto virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus; * laudáte eum secúndùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono tubæ; * laudáte eum in psaltério & cíthara.

Laudáte eum in týmpano & choro; * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus, laudáte eum in cýmbalis jubilatiónis: * omnis spíritus laudet Dóminum.

Ant. Sanctus, sanctus, sanctus, Dóminus Deus omnípotens, qui erat, & qui est, & qui ventúrus est. *Apoc.* 4. 8.

CAPITULUM. *Apoc.* 7. 12.

BEnedíctio, & cláritas, & sapiéntia, & gratiárum áctio, honor, & virtus, & fortitúdo Deo nostro in sécula seculórum. Amen. ℟. Deo grátias.

Sic respondetur in fine omnium Capitulorum.

HYMNUS.

LAUDATE quem cœli colunt,
Quem, turba supplex, Angeli
Prono salútant vértice;
Laudáte, mortáles, Deum.

HIC vos levi de púlvere
Alit creátos & regit:
Hic cuncta nutu cóndidit,
Et cuncta nutu sústinet.

QUÆ finxit error ímpius,
Gentes colunt ludíbria;
Ast unus est nobis Deus,
Quem summa laus unum decet.

Nomen veréndi Núminis
Laudáre sit solus labor;
Nec ora cessent débitas
Grates ei persólvere.

Sic gens beáta Cœlitûm
Optáta gustat ótia,
Deóque plena dúlcibus
Resólvit ora cánticis.

Æterne tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

℣. Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo, ℟. Ut meditárer elóquia tua. *Ps.* 118. 148.

Ad Benedíctus, *Antiphona habetur in Proprio de Tempore.*

Canticum Zachariæ.
Luc. c. 1. *v.* 68. *ad* 79.
De Redemptoris adventu, gratiarum actio.

Benedíctus Dóminus Deus Israël: * quia visitávit, & fecit redemptiónem plebis suæ;

Et eréxit cornu salútis nobis, * in domo David púeri sui;

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui à século sunt Prophetárum ejus,

Salútem ex inimícis nostris, * & de manu ómnium qui odérunt nos;

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris, * & memorári testaménti sui sancti:

Jusjurándum quod jurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis;

Ut sinè timóre de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi

In sanctitáte & justítiâ coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis, * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus;

Ad dandam sciéntiam salútis plebi ejus, * in remissiónem peccatórum eórum;

Per víscera misericórdiæ Dei nostri, * in quibus visitávit nos Oriens ex alto,

Illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis sedent, * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri.

Post Canticum dicitur Antiphona: deinde, Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo. Orémus.
Tum Oratio propria cum integra conclusione: & post Orationem, Dóminus vobíscum: ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino; ℟. Deo grátias.

Si qua Commemoratio occurrat, hoc loco fit, eo modo qui describitur in Rubricis.

Post Commemorationem, si sit unica, vel post ultimam, si plures sint; Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino; ℟. Deo grátias.

Post quamlibet Horam, si aliud Officium non sequatur, dicitur secretò : Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

Deinde, Pater noster. Ave. *secretò*.

AD PRIMAM.

Pater. Ave. *secretò*.

℣. Deus, in adjutórium. *Suprà*.

HYMNUS. C.

JAM lucis orto sídere,
Deum precémur súpplices,
Nostras ut ipse dírigat
Lux increáta sémitas.

NIL lingua peccet, nil manus;
Nil mens ináne cógitet;
In ore simplex véritas,
In corde regnet cáritas.

INCŒPTA dum fluet dies,
O Christe, custos pérvigil,
Quas sævus hostis óbsidet
Portas tuére sénsuum.

PRÆSTA diúrnus ut tuæ
Subsérviat laudi labor:
Autóre quæ te cœpimus
Da, te favénte, prósequi.

SUPERBA ne nimis caro
Menti licénter ímperet;
Carnis domet supérbiam
Potûs cibíque párcitas.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

Ant. 1. f. Dignus es.

PSALMUS 117.

Gratiarum actio ob Salvatoris manifestationem.

CONfitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in séculum misericórdia ejus.

Dicat nunc Israël, quóniam bonus, * quóniam in séculum misericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron, * quóniam in séculum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum, * quóniam in séculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum, * & exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor; * non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor; * & ego despíciam inimícos meos.

Bonum est confídere in Dómino, * quàm confídere in hómine.

Bonum est speráre in Dómino, * quàm speráre in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me; * & in nómine Dómini, quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumdedérunt me; * & in nómine Dómini, quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me si-

cut apes, & exarsérunt ſicut ignis in ſpinis; * & in nómine Dómini, quia ultus ſum in eos.

Impúlſus evérſus ſum ut cáderem, * & Dóminus ſuſcépit me.

Fortitúdo mea & laus mea Dóminus, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Vox exultatiónis & ſalútis, * in tabernáculis juſtórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me, * déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, ſed vivam; * & narrábo ópera Dómini.

Caſtígans caſtigávit me Dóminus, * & morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas juſtítiæ, ingréſſus in eas confitébor Dómino: * hæc porta Dómini, juſti intrábunt in eam.

Confitébor tibi, quóniam exaudíſti me, * & factus es mihi in ſalútem.

Lápidem quem reprobavérunt ædificántes, * hic factus eſt in caput ánguli.

A Dómino factum eſt iſtud, * & eſt mirábile in óculis noſtris.

Hæc eſt dies quam fecit Dóminus; * exultémus & lætémur in ea.

O Dómine, ſalvum me fac; ô Dómine, benè proſperáre: * benedíctus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: * Deus Dóminus, & illúxit nobis.

Conſtitúite diem ſolémnem in condénſis, * uſque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi; * Deus meus es tu, & exaltábo te.

Confitébor tibi, quóniam exaudíſti me, * & factus es mihi in ſalútem.

Confitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in séculum miſericórdia ejus.

PSALMUS 118.

Divinæ legis laus & amor.

BEáti immaculáti in via, * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui ſcrutántur teſtimónia ejus, * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operántur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandáſti * mandáta tua cuſtodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ meæ * ad cuſtodiéndas juſtificatiónes tuas!

Tunc non confúndar, * cùm perſpéxero in ómnibus mandátis tuis.

Confitébor tibi in directióne cordis, * in eo quòd dídici judícia juſtítiæ tuæ.

Juſtificatiónes tuas cuſtódiam; * non me derelínquas uſquequáque.

In quo córrigit adoleſcéntior viam ſuam? * in

custodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo exquisívi te; * ne repéllas me à mandátis tuis.

In corde meo abscóndi elóquia tua, * ut non peccem tibi.

Benedíctus es, Dómine, * doce me justificatiónes tuas.

In lábiis meis * pronuntiávi ómnia judícia oris tui.

In via testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercébor; * & considerábo vias tuas.

In justificatiónibus tuis meditábor; * non oblivíscar sermónes tuos.

Prima divisio Psal. 118.

RETríbue servo tuo; * vivífica me, & custódiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos, * & considerábo mirabília de lege tua.

Incola ego sum in terra; * non abscóndas à me mandáta tua.

Concupívit ánima mea desideráre justificatiónes tuas * in omni témpore.

Increpásti supérbos; * maledícti qui declínant à mandátis tuis.

Aufer à me oppróbrium & contémptum; * quia testimónia tua exquisívi,

Etenim sedérunt príncipes, & advérsùm me loquebántur; * servus autem tuus exercebátur in justificatiónibus tuis;

Nam & testimónia tua meditátio mea est, * & consílium meum justificatiónes tuæ.

Adhæsit paviménto ánima mea, * vivífica me secúndùm verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, & exaudísti me; * doce me justificatiónes tuas.

Viam justificatiónum tuárum ínstrue me, * & exercébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea præ tædio; * confírma me in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove à me, * & de lege tua miserére meî.

Viam veritátis elégi, * judícia tua non sum oblítus.

Adhæsi testimóniis tuis, Dómine; * noli me confúndere.

Viam mandatórum tuórum cucúrri, * cùm dilatásti cor meum.

Quando fit Officium de Dominica, nisì aliter notetur, dicitur sequens

SYMBOLUM.

QUicúmque vult salvus esse, * ante ómnia opus est ut téneat cathólicam fidem:

Quam nisì quisque íntegram inviolatámque serváverit, * absque dúbio in ætérnum períbit.

Fides autem cathólica hæc est, * ut unum Deum in Trinitáte, & Trinitátem in Unitáte venerémur.

Neque confundéntes persónas, * neque substántiam separántes:

Alia est enim persóna Patris, ália Fílii, * ália Spíritûs sancti.

Sed Patris, & Fílii, & Spíritûs sancti una est divínitas, * æquális glória, coætérna majéstas.

Qualis Pater, talis Fílius, * talis Spíritus sanctus.

Increátus Pater, increátus Fílius, * increátus Spíritus sanctus.

Imménsus Pater, imménsus Fílius, * imménsus Spíritus sanctus.

Ætérnus Pater, ætérnus Fílius, * ætérnus Spíritus sanctus:

Et tamen non tres ætérni; * sed unus ætérnus.

Sicut non tres increáti, nec tres imménsi; * sed unus increátus, & unus imménsus.

Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius, * omnípotens Spíritus sanctus:

Et tamen non tres omnipoténtes; * sed unus omnípotens.

Ità Deus Pater, Deus Fílius, * Deus Spíritus sanctus:

Et tamen non tres Dii; * sed unus est Deus.

Ità Dóminus Pater, Dóminus Fílius, * Dóminus Spíritus sanctus:

Et tamen non tres Dómini; * sed unus est Dóminus.

Quia sicut singillátim unamquámque persónam, Deum ac Dóminum confitéri christiánâ veritáte compéllimur; * ità tres Deos aut Dóminos dícere cathólicâ religióne prohibémur.

Pater à nullô est factus, * nec creátus, nec génitus.

Fílius à Patre solo est; * non factus, nec creátus, sed génitus.

Spíritus sanctus à Patre & Filio; * non factus, nec creátus, nec génitus, sed procédens.

Unus ergo Pater, non tres Patres; unus Fílius, non tres Fílii; * unus Spíritus sanctus, non tres Spíritus sancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius aut postérius, nihil majus aut minus; * sed totæ tres persónæ coætérnæ sibi sunt & coæquáles.

Ità ut per ómnia sicut jam suprà dictum est, * & Unitas in Trinitáte, & Trínitas in Unitáte veneránda sit.

Qui vult ergo salvus esse, * ità de Trinitáte séntiat.

Sed necessárium est ad ætérnam salútem, * ut Incarnatiónem quoque Dómini nostri Jesu Christi fidéliter credat.

Est ergo fides recta, ut credámus & confiteámur, * quia Dóminus noster Jesus Christus Dei fílius, Deus & homo est.

Deus est ex substántia Patris ante sécula génitus;

no est ex substántia
in século natus.
ctus Deus, per-
omo; * ex ánima
i & humána carne
ns.
ilis Patri secúndùm
tem; * minor Patre
m humanitátem.
icèt Deus sit & ho-
non duo tamen,
s est Christus.
autem non conver-
livinitátis in car-
* sed assumptióne
tátis in Deum.
omnínò non con-
substántiæ, * sed
persónæ.
sicut ánima ratio-
caro unus est ho-
ità Deus & homo
st Christus:
passus est pro salúte
descéndit ad ínfe-
tértiâ die resurréxit
iis;
ndit ad cœlos, sedet
teram Dei Patris
téntis; * inde ven-
st judicáre vivos &
s:
ujus advéntum om-
nines resúrgere ha-
m corpóribus suis,
dditúri sunt de factis
s ratiónem:
ui bona egérunt,
n vitam ætérnam; *
ò mala, in ignem
m.
est fides cathólica,
nisì quisque fidéli-
itérque credíderit,
esse non póterit.

Ant. Dignus es, Dómine Deus noster, accípere glóriam, & honórem, & virtútem. *Apoc.* 4. 11.

CAPITULUM. 1. *Tim.* 1. 17.

Regi seculórum immortáli, invisíbili, soli Deo honor & glória in sécula seculórum. Amen. ℟. Deo grátias.

℟. *breve.* Christe, Fili Dei vivi, * Miserére nobis. ℟. Christe. ℣. Qui surrexísti à mórtuis. *Hic versus quandoque mutatur; at mutatio notatur in propriis locis.* * Miserére nobis. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto. *Resumitur:* ℟. Christe, Fili Dei vivi, miserére nobis. *Matt.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Rom.* 6. 4.

℣. Exúrge, Dómine, ádjuva nos, ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Ps.* 43. 26.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio sequens semper dicitur ad Primam.

Domine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos perveníre fecísti, tuâ nos hódie salva virtúte; ut ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam justítiam faciéndam nostra procédant elóquia, dirigántur cogitatiónes & ópera: Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat

in unitáte Spíritûs sancti Deus, per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino; ℟. Deo grátias.

AD OFFIC. CAPITULI.

Primò fit lectio Martyrologii, in cujus fine nihil respondetur; sed statim Hebdomadarius dicit altâ voce :

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, ℟. Mors Sanctórum ejus. *Ps.* 115. 15.

Et absolutè, sinè Dóminus vobíscum, *& sinè* Orémus.

SAncta María (isti) & omnes Sancti, ádjuvent nos in oratiónibus suis pro nobis ad Deum; ut secúndùm eum, qui vocávit nos, Sanctum, & ipsi in omni conversatióne sancti simus. *Rom.* 15. 30. 1. *Petr.* 1. 15. ℟. Amen.

Hæc vox (isti) *omittitur ubi non legitur Martyrologium; & tunc Officium Capituli inchoatur à* ℣. Pretiósa : *quod & observant qui privatim recitant.*

Tum fit Lectio Canonis, qui, quâlibet die, varius legitur, & habetur in Proprio de Tempore.

Lector petit Benedictionem, dicens :

Jube, Domne, benedícere.

Hebdomadarius benedicit:

Bonitátem, & disciplínam, & sciéntiam dóceat nos Dóminus. *Ps.* 118. 66. ℟. Amen.

Lector legit Canonem, & in fine subjungit : Tu autem, Dómine, miserére nostrî. ℟. Deo grátias.

A privatim recitantibus, legitur Canon : omisso, Jube, Domne, benedícere, *sed præmissâ Benedictione ut suprà.*

Absoluto Canone Hebdomadarius dicit :

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini, ℟. Qui fecit cœlum & terram. *Ps.* 123. 8.

Submissiori voce dicit : Benedícite. *Lector versus ad eum :* Dóminus. *Et statim subjungit Hebdomadarius ad Absolutionem Capituli.*

Deus pacis aptet vos in omni bono, ut faciátis ejus voluntátem, fáciens in vobis quod pláceat coram se; per Jesum Christum, cui est glória in sécula seculórum. *Hebr.* 13. 20. 21. ℟. Amen.

Secretò, Fidélium ánimæ, &c.

AD TERTIAM.

Pater. Ave. *secretò.*

℣. Deus, in adjutórium meum, &c.

HYMNUS. C.

O Fons amóris Spíritus,
O Sancte donórum Parens,
Tuas refúsus íntimis

Accénde flammas córdibus.

Qui caritátis vínculo
Cum Patre nectis Fílium,
Et nos amóris mútui
Arctis coápta néxibus.

Ætérne tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

Ant. 8. G. Sic fiat.

Secunda divisio Psal. 118.

LEgem pone mihi, Dómine, viam justificatiónum tuárum, * & exquíram eam semper.

Da mihi intelléctum, & scrutábor legem tuam, * & custódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandatórum tuórum, * quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimónia tua, * & non in avarítiam.

Avérte óculos meos ne vídeant vanitátem: * in via tua vivífica me.

Státue servo tuo elóquium tuum * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum quod suspicátus sum: * quia judícia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua: * in æquitáte tua vivífica me.

Et véniat super me misericórdia tua, Dómine; * salutáre tuum secúndùm elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum; * quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne aúferas de ore meo verbum veritátis usquequáque; * quia in judíciis tuis supersperávi.

Et custódiam legem tuam semper, * in séculum, & in séculum séculi.

Et ambulábam in latitúdine; * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum, * & non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, * quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua quæ diléxi, * & exercébar in justificatiónibus tuis.

Tertia divisio Psal. 118.

MEmor esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedísti.

Hæc me consoláta est in humilitáte mea; * quia elóquium tuum vivificávit me.

Supérbi iníquè agébant usquequáque; * à lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum à século, Dómine; * & consolátus sum.

Defectio ténuit me * pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant justificatiónes tuæ, * in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui, Dómine, * & custodívi legem tuam.

Hæc facta est mihi; *

me fac, quóniam justificatiónes tuas exquisívi.

Me expectavérunt peccatóres ut pérderent me; * testimónia tua intelléxi.

Omnis consummatiónis vidi finem; * latum mandátum tuum nimis.

Sexta divisio Psal. 118.

QUómodo diléxi legem tuam, Dómine! * totâ die meditátio mea est.

Super inimícos meos prudéntem me fecísti mandáto tuo; * quia in ætérnum mihi est.

Super omnes docéntes me intelléxi; * quia testimónia tua meditátio mea est.

Super senes intelléxi; * quia mandáta tua quæsívi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos, * ut custódiam verba tua.

A judíciis tuis non declinávi; * quia tu legem posuísti mihi.

Quàm dúlcia faúcibus meis elóquia tua! * super mel ori meo.

A mandátis tuis intelléxi; * proptéreà odívi omnem viam iniquitátis.

Lucérna pédibus meis verbum tuum, * & lumen sémitis meis.

Jurávi, & státui * custodíre judícia justítiæ tuæ.

Humiliátus sum usquequáque, Dómine: * vivífica me secúndùm verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac, Dómine; * & judícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper, * & legem tuam non sum oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum mihi, * & de mandátis tuis non errávi.

Hæreditáte acquisívi testimónia tua in ætérnum; * quia exultátio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciéndas justificatiónes tuas in ætérnum, * propter retributiónem.

Septima divisio Psal. 118.

INíquos ódio hábui, * & legem tuam diléxi.

Adjútor & suscéptor meus es tu; * & in verbum tuum supersperávi.

Declináte à me, malígni, * & scrutábor mandáta Dei mei.

Súscipe me secúndùm elóquium tuum, & vivam; * & non confúndas me ab expectatióne mea.

Adjuva me, & salvus ero; * & meditábor in justificatiónibus tuis semper.

Sprevísti omnes discedéntes à judíciis tuis; * quia injústa cogitátio eórum.

Prævaricántes reputávi omnes peccatóres terræ; * ídeò diléxi testimónia tua.

Confíge timóre tuo carnes meas, * à judíciis enim tuis tímui.

Feci judícium & justítiam; * non tradas me calumniántibus me.

Súscipe servum tuum in

bonum

; * non calumnién-
supérbi.
i mei defecérunt in
: tuum, * & in eló-
justítiæ tuæ.
um servo tuo secún-
isericórdiam tuam ;
tificatiónes tuas do-

us tuus sum ego ; *
hi intelléctum, ut
testimónia tua.
ipus faciéndi, Dó-
* dissipavérunt le-
iam.
diléxi mandáta tua,
aurum & topázion.
etéreà ad ómnia
ta tua dirigébar ; *
n viam iníquam ódio

. Beáti qui aúdiunt
n Dei, & custódiunt
Luc. 11. 28.
ITULUM. *Jac.* 1.
22.
cípite ínsitum ver-
m quod potest salváre
s vestras. Estóte au-
actóres verbi, & non
ires tantùm, falléntes
ipsos. ℟. Deo grá-

breve. Hódie * Si vo-
Dómini audiéritis. ℟.
. ℣. Nolíte obdurá-
rda vestra. * Si vo-
Glória. ℟. Hódie. *Ps.*

Justítia illíus in fi-
filiórum, ℟. His qui
nt testaméntum ejus.
02. 17. 18.
D NONAM.
er. Ave. *secretò.*
rs *Æstiva,*

℣. Deus, in adjutórium meum, &c.

HYMNUS. C.

PRONO volútus ímpetu,
Inclínat in noctem dies ;
Sic vita suprémam cito
Festínat ad metam gradu.
O CHRISTE, dum fixus cruci,
Expándis orbi bráchia,
Amáre da crucem, tuo
Da nos in ampléxu mori.
ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

Ant. 7. *d.* Finis.

Octava divisio Psal. 118.

MIrabília testimónia tua : * ídeò scrutáta est ea ánima mea.

Declarátio sermónum tuórum illúminat ; * & intelléctum dat párvulis.

Os meum apérui, & attráxi spíritum : * quia mandáta tua desiderábam.

Aspice in me, & miserére meî, * secúndùm judícium diligéntium nomen tuum.

Gressus meos dírige secúndùm elóquium tuum ; * & non dominétur meî omnis injustítia.

Rédime me à calúmniis hóminum, * ut custódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina super servum tuum, * & doce me justificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei ; * quia

non custodiérunt legem tuam.

Justus es, Dómine, * & rectum judícium tuum.

Mandásti justítiam testimónia tua, * & veritátem tuam nimis.

Tabéscere me fecit zelus meus; * quia oblíti sunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum veheménter; * & servus tuus diléxit illud.

Adolescéntulus sum ego, & contémptus; * justificatiónes tuas non sum oblítus.

Justítia tua, justítia in ætérnum; * & lex tua véritas.

Tribulátio & angústia invenérunt me; * mandáta tua meditátio mea est.

Æquitas testimónia tua in ætérnum; * intelléctum da mihi, & vivam.

Nona divisio Psal. 118.

CLamávi in toto corde meo, exaúdi me, Dómine; * justificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, salvum me fac, * ut custódiam mandáta tua.

Prævéni in maturitáte, & clamávi; * quia in verba tua supersperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo, * ut meditárer elóquia tua.

Vocem meam audi secúndùm misericórdiam tuam, Dómine; * & secúndùm judícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt persequéntes me iniquitáti; * à lege autem tua longè facti sunt.

Propè es tu, Dómine, * & omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de testimóniis tuis; * quia in ætérnum fundásti ea.

Vide humilitátem meam & éripe me; * quia legem tuam non sum oblítus.

Júdica judícium meum, & rédime me; * propter elóquium tuum vivífica me.

Longè à peccatóribus salus; * quia justificatiónes tuas non exquisiérunt.

Misericórdiæ tuæ multæ, Dómine; * secúndùm judícium tuum vivífica me.

Multi qui persequúntur me, & tribulant me; * à testimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricántes, & tabescébam; * quia elóquia tua non custodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi, Dómine; * in misericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum véritas; * in ætérnum ómnia judícia justítiæ tuæ.

Decima divisio Psal. 118.

PRíncipes persecúti sunt me gratìs, * & à verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego super elóquia tua; * sicut qui invénit spólia multa.

tem ódio hábui,
átus sum; * le-
a tuam diléxi.
in die laudem
* super judícia
æ.
lta diligéntibus
m; * & non est
alum.
bam salutáre tu-
mine; * & man-
iléxi.
vit ánima mea
tua, * & diléxit
nter.
mandáta tua &
tua; * quia
: meæ in conspé-
ínquet depre-
in conspéctu
ine: * juxta eló-
m da mihi intel-
ostulátio mea in
tuo: * secúndùm
tuum éripe me.
unt lábia mea
* cùm docúeris
atiónes tuas.
iábit lingua mea
tuum; * quia
ndáta tua æqui-
nus tua ut salvet
óniam mandáta
ívi salutáre tu-
ine; * & lex tua
mea est.
ánima mea, &
e; * & judícia
ibunt me.
icut ovis quæ pé-
re servum tuum,

quia mandáta tua non sum oblítus.

Ant. Finis præcépti est cáritas de corde puro, & consciéntia bona, & fide non ficta. 1. *Tim.* 1. 5.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 16. 1. 2.

DE colléctis quæ fiunt in sanctos, ità & vos fácite. Per unam sábbati unusquísque vestrûm apud se sepónat, recóndens quod ei benè placúerit. ℟. Deo grátias.

℟. *breve.* Jucúndus homo * Qui miserétur & cómmodat. ℟. Jucúndus. ℣. Dispónet sermónes suos in judício. * Qui miserétur. Glória. ℟. Jucúndus. *Ps.* 111. 5.

℣. Beátus qui intélligit super egénum & paúperem; ℟. In die mala liberábit eum Dóminus. *Ps.* 40. 2.

AD VESPERAS.

Pater. Ave. *secretò.*

℣. Deus, in adjutórium meum, &c.

Ant. 1. D. Qui ingréssus est.

PSALMUS 109.

Christi divinitas, regnum, & sacerdotium.

DIxit Dóminus Dómino meo: * Sede à dextris meis,

Donec ponam inimícos tuos * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * dominàre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ, in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum génui te.

Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndùm órdinem Melchísedech.

Dóminus à dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicábit in natiónibus, implébit ruínas, * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrénte in via bibet, * proptéreà exaltábit caput.

Ant. Qui ingréssus est in réquiem Dei, étiam ipse requiévit ab opéribus suis, sicut à suis Deus. *Hebr.* 4. 10.

Ant. 5. a. Ingrediémur.

PSALMUS 110.

Laus Deo ob sua per Christum beneficia.

CONfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, * in concílio justórum & congregatióne.

Magna ópera Dómini, * exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Conféssio & magnificéntia opus ejus; * & justítia ejus manet in séculum séculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum miséricors & miserátor Dóminus; * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in séculum testaménti sui: * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo,

Ut det illis hæreditátem géntium: * ópera mánuum ejus véritas & judícium.

Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in séculum séculi, * facta in veritáte & æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo; * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum & terríbile nomen ejus: * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: * laudátio ejus manet in séculum séculi.

Ant. Ingrediémur in réquiem, qui credídimus. *Hebr.* 4. 3.

Ant. 2. D. Cùm vénerit.

PSALMUS. 111.

Christi & omnium in Christo justorum encomium.

BEátus vir qui timet Dóminum; * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus: * generátio rectórum benedicétur.

Glória & divítiæ in domo ejus: * & justítia ejus manet in séculum séculi.

Exórtum est in ténebris lumen rectis, * miséricors, & miserátor, & justus.

Jucúndus homo qui miserétur, & cómmodat; dispónet sermónes suos in judício; * quia in ætérnum non commovébitur.

mória ætérna erit
ab auditióne mala
ébit.
ım cor ejus speráre
ino ; * confirmá-
:or ejus ; non com-
ur donec despíciat
ı suos.
rsit , dedit paupé-
justítia ejus ma-
séculum séculi ;
jus exaltábitur in

tor vidébit, & iras-
déntibus suis fre-
tabéscet : * desidé-
ccatórum períbit.
Cùm vénerit quod
m est, evacuábitur
ε parte est. 1. *Cor.*

4. *E.* Vidémus.
ALMUS 112.
ıs ob fidelium per
um exaltationem &
plicationem.
dáte, púeri, Dómi-
n; * laudáte no-
ómini.
omen Dómini be-
m * ex hoc nunc &
ı séculum.
is ortu usque ad oc-
laudábile nomen
i.
sus super omnes
Dóminus, * & su-
os glória ejus.
ı sicut Dóminus
oster, * qui in altis
, & humília réspicit
& in terra ?
:ans à terra íno-
& de stércore éri-
úperem ,

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli sui ;

Qui habitáre facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætántem.

Ant. Vidémus nunc per spéculum in ænígmate, tunc autem fácie ad fáciem. 1. *Cor.* 13. 12.

Ant. 1. A. Festinémus.

PSALMUS 113.

Ecclesiæ per Christum liberatio : idolorum vanitas.

IN éxitu Israël de Ægýpto, * domûs Jacob de pópulo bárbaro.

Facta est Judǽa sanctificátio ejus, * Israël potéstas ejus.

Mare vidit, & fugit : * Jordánis convérsus est retrórsùm.

Montes exultavérunt ut aríetes, * & colles sicut agni óvium.

Quid est tibi, mare, quòd fugísti ? * & tu, Jordánis, quia convérsus es retrórsùm ?

Montes, exultástis sicut aríetes ? * & colles, sicut agni óvium ?

A fácie Dómini mota est terra, * à fácie Dei Jacob,

Qui convértit petram in stagna aquárum, * & rupem in fontes aquárum.

Non nobis, Dómine, non nobis, * sed nómini tuo da glóriam super misericórdia tua & veritáte tua ;

Nequándo dicant gentes : * Ubi est Deus eórum?

Deus autem noster in cœlo ; * ómnia quæcúmque vóluit, fecit.

Simulácra géntium argéntum & aurum, * ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquéntur : * óculos habent, & non vidébunt :

Aures habent, & non áudient : * nares habent, & non odorábunt :

Manus habent, & non palpábunt : pedes habent, & non ambulábunt : * non clamábunt in gútture suo.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes qui confídunt in eis.

Domus Israël sperávit in Dómino ; * adjútor eórum, & protéctor eórum est.

Domus Aaron sperávit in Dómino ; * adjútor eórum, & protéctor eórum est.

Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino ; * adjútor eórum, & protéctor eórum est.

Dóminus memor fuit nostrî, * & benedíxit nobis.

Benedíxit dómui Israël, * benedíxit dómui Aaron.

Benedíxit ómnibus qui timent Dóminum, * pusíllis cum majóribus.

Adjíciat Dóminus super vos, * super vos, & super fílios vestros.

Benedícti vos, à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Cœlum cœli Dómino ; * terram autem dedit fíliis hóminum.

Non mórtui laudábunt te, Dómine, * neque omnes qui descéndunt in inférnum.

Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc & usque in séculum.

Ant. Festinémus ergo íngredi in illam réquiem. *Hebr.* 4. 11.

CAPITULUM. 1. *Joan.* 3. 2. 3.

Carissimi, nunc filii Dei sumus, & nondum appáruit quid érimus. Scimus quóniam cùm apparúerit, símiles ei érimus, quóniam vidébimus eum sícuti est : & omnis qui habet hanc spem in eo, sanctíficat se, sicut & ille sanctus est. ℟. Deo grátias.

HYMNUS. C.

O LUCE qui mortálibus
Lates inaccéssâ, Deus,
Præsénte quo sancti tremunt,
Nubúntque vultus Angeli.

HIC ceu profúndâ cónditi
Demérgimur calígine ;
Ætérnus at noctem suo
Fulgóre depéllet dies.

HUNC nempè nobis præparas,
Nobis resérvas hunc diem,
Quem vix adúmbrat spléndida . . . .

ántis astri cláritas.
R A R I S, heu! ni-
s diu,
i, optátus dies:
ruámur, nóxii
nda moles córporis.
; cùm solúta vín-
lis
volârit, ô Deus!
te, laudáre te,
te non désinet.
omne nos apta bo-
m,
a donis Trínitas;
is usúræ brevi
. succédat dies.
nen.
irge, Dómine, in
a tuam, ℟. Tu &
anctificatiónis tuæ.
r. 8.
Magníficat. *Anti-*
habetur in Proprio
pore.
ICUM BEATÆ
RIÆ VIRGINIS.
c. 1. *v.* 46. *ad* 55.
s ob Incarnati Verbi
Mysterium.
gníficat * ánima
ea Dóminum;
ultávit spíritus meus
eo salutári meo;
a respéxit humili-
ancíllæ suæ; * ec-
i ex hoc beátam me
omnes generatió-

. fecit mihi magna
ens est, * & san-
omen ejus:
nisericórdia ejus à
e in progénies *
bus eum.
poténtiam *in brá-*
chio suo; * dispérsit supér-
bos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de se-
de; * & exaltávit húmi-
les.

Esuriéntes implévit bo-
nis; * & dívites dimísit
inánes.

Suscépit Israël púerum
suum, * recordátus mise-
ricórdiæ suæ,

Sicut locútus est ad pa-
tres nostros, * Abraham,
& sémini ejus, in sécula.

Glória Patri.

Deinde Antiphona, & Oratio conveniens.

Si qua Commemoratio occurrat, hoc loco fit, eo modo qui describitur in Rubricis.

Deinde, Dóminus vobíscum. Benedicámus, &c.

AD COMPLETORIUM.

Si separetur à Vesperis, dicitur: Pater. Ave. *secretò.*

CONvérte nos, Deus salutáris noster; ℟. Et avérte iram tuam à nobis. *Ps.* 84. 5.

℣. Deus, in adjutórium meum, &c.

Ant. 8. c. Sive.

PSALMUS 4.

In Deo fidelium spes & requies.

CUm invocárem, exaudívit me Deus justítiæ meæ: * in tribulatióne dilatásti mihi.

Miserére meî, * & exaúdi oratiónem meam.

Fílii hóminum, úsquequò gravi corde? * ut quid

dilígitis vanitátem, & quǽritis mendácium?

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum; * Dóminus exaúdiet me, cùm clamávero ad eum.

Irascímini, & nolíte peccáre: * quæ dícitis in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungímini.

Sacrificáte sacrifícium justítiæ, & speráte in Dómino. * Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultûs tui, Dómine: * dedísti lætítiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, & ólei sui, * multiplicáti sunt.

In pace in idípsum dórmiam, * & requiéscam:

Quóniam tu, Dómine, * singuláriter in spe constituísti me.

PSALMUS 90.

Sub Dei tutela nihil per diem vel noctem timendum.

QUi hábitat in adjutório Altíssimi, * in protectióne Dei cœli commorábitur.

Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu, & refúgium meum; * Deus meus, sperábo in eum.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * & à verbo áspero.

Scápulis suis obumbrábit tibi; * & sub pennis ejus sperábis.

Scuto circúmdabit te véritas ejus; * non timébis à timóre noctúrno,

A sagítta volánte in die, à negótio perambulánte in ténebris, * ab incúrsu, & dæmónio meridiáno.

Cadent à látere tuo mille, & decem míllia à dextris tuis; * ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis considerábis, * & retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam tu es, Dómine, spes mea: * Altíssimum posuísti refúgium tuum;

Non accédet ad te malum, * & flagéllum non appropinquábit tebernáculo tuo:

Quóniam Angelis suis mandávit de te, * ut custódiant te in ómnibus viis tuis:

In mánibus portábunt te, * ne forté offéndas ad lápidem pedem tuum.

Super áspidem & basilíscum ambulábis, * & conculcábis leónem & dracónem.

Quóniam in me sperávit, liberábo eum; * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, & ego exaúdiam eum; * cum ipso sum in tribulatióne, erípiam eum, & glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum, * & osténdam

illi salutáre meum.

PSALMUS 133.

Deus die & nocte benedicendus.

ECce nunc benedícite Dóminum, * omnes servi Dómini,

Qui statis in domo Dómini, * in átriis domûs Dei nostri.

In nóctibus extóllite manus vestras in sancta; * & benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cœlum & terram.

Ant. Sive vigilémus, sive dormiámus, simul cum Christo vivámus. 1. *Thess.* 5. 10.

HYMNUS. C.

GRATES, peracto jam die,
Deus, tibi persólvimus;
Pronóque dum nox íncipit,
Prostérnimus vultu preces.

QUOD longa peccávit dies,
Amárus éxpiet dolor;
Somno gravátis ne nova
Inflígat hostis vúlnera.

INFESTUS usque círcuit
Quærens leo quem dévoret;
Umbra sub alárum tuos
Defénde fílios, Pater.

O QUANDO lucéscet tuus
Qui nescit occásum dies!
O quando sancta se dabit
Quæ nescit hostem pátria!

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

CAPITULUM. 1. *Thess.* 5. 5. 6.

OMnes vos filii lucis estis, & filii diéi: non sumus noctis neque tenebrárum: ígitur non dormiámus sicut & cæteri, sed vigilémus, & sóbrii simus. ℟. Deo grátias.

℟. *breve.* In manus tuas, Dómine, * Comméndo spíritum meum. ℟. In manus. ℣. Redemísti me, Dómine, Deus veritátis. * Comméndo spíritum meum. Glória. ℟. In manus. *Ps.* 30. 6.

℣. Custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi; ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege me. *Ps.* 16. 8.

Ant. 6. F. Nos.

CANTICUM SIMEONIS.

Luc. c. 2. *v.* 29. *ad* 32.

De Salvatoris adventu gratiarum actio.

NUnc dimíttis servum tuum, Dómine, * secúndùm verbum tuum in pace.

Quia vidérunt óculi mei * Salutáre tuum,

Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum,

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Israël.

Glória Patri.

Ant. Nos qui diéi sumus, sóbrii simus, indúti loricam fídei & caritátis, &

gáleam spem salútis. 1. *Thess.* 5. 8.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio sequens semper dicitur ad Completorium, nisi aliter notetur.

ILlúmina, quǽsumus, Dómine, ténebras nostras, & hujus noctis insídias à nobis repélle propítius; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti, Deus; Per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Deinde submissiori voce.

Grátia Dómini nostri Jesu Christi, & cáritas Deî, & communicátio sancti Spíritûs sit cum ómnibus vobis. 2. *Cor.* 13. 13. ℟. Amen.

Posteà dicitur ad devotionem una ex Antiphonis de Beata Maria Virgine, quæ extant ad calcem Psalterii. Demùm Pater. Ave. Credo.

FERIA SECUNDA,

AD OFFIC. NOCTURN.

Pater. Ave. Credo.

DOmine, lábia mea apéries, &c. *ut suprà p.* 2. *& sic aliis diebus.*

Invitatorium. Altíssimum Creatórem omnipoténtem, * Veníte, adorémus. *Eccli.* 1. 8.

Repetitur Invitatorium: Altíssimum.

Psalmus, Veníte. *p.* 2.

Post singulos versus Psalmi Veníte, *fit tantummodò reclamatio*, * Veníte, adorémus. *Quâ factâ reclamatione post* ℣. Sicut erat, *resumitur Invitatorium integrum:* Altíssimum.

Et hoc modo dicitur Invitatorium in singulis Feriis, quando Officium fit de Feria.

HYMNUS.

QUID mente volvis, ô Deus,
Qui súfficis solus tibi?
Amóre nostrî pércitus,
Mundum creáre cógitas.

TU magna cœli lúmina,
Tu noctis umbras & diem,
Terræque tractus & maris,
Imménsus ipse cóntines.

UT tempus incœptum fluat,
Te velle, te loqui, sat est:
Virtus ab ætérno latens
Expándet inclúsas opes.

UBI merum subest nihil,
Creáre non tibi labor;
Quodcúmque mente cóncipis,
Vis esse? Jam factum vides.

EXTENDE fortem déxteram,
Te mundus osténdat Deû;
Jubéntis ore pródeat
Opus supérbum quod moves.

t poténter qui

· , cum Fílio ,
cum Spíritu ,
aus in sécula.

)CTURNO.
ỳ. Qui vivit.
LMUS 8.
rbo Dei creatus
'demptus.
: Dóminus no-
quàm admirá-
omen tuum in
ra !
ı eleváta est ma-
tua * super cœ-

nfántium & la-
erfecísti laudem
mícos tuos , *
inimícum & ul-

ı vidébo cœlos
ı digitórum tuó-
ım & stellas quæ

t homo , quòd
ejus ? * aut fí-
is , quóniam ví-

eum paulò mi-
gelis , * glóriâ
coronásti eum ,
ıísti eum super
ıum tuárum.
ıbjecísti sub pé-
* oves & boves
ínsuper & péco-

; cœli , * & pis-
ıui perámbulant
ris.
Dóminus no-
ıàm admirábile

est nomen tuum in univérsa terra !

PSALMUS 32.

Dei laus ob mundi per Dei Verbum creationem & redemptionem.

EXultáte, justi, in Dómino : * rectos decet collaudátio.

Confitémini Dómino in cíthara : * in psaltério decem chordárum psállite illi.

Cantáte ei cánticum novum ; * & benè psállite ei in vociferatióne.

Quia rectum est verbum Dómini : * & ómnia ópera ejus in fide.

Díligit misericórdiam & judícium : * misericórdiâ Dómini plena est terra.

Verbo Dómini cœli firmáti sunt , * & spíritu oris ejus omnis virtus eórum.

Cóngregans sicut in utre aquas maris ; * ponens in thesaúris abýssos.

Tímeat Dóminum omnis terra : * ab eo autem commoveántur omnes inhabitántes orbem.

Quóniam ipse dixit , & facta sunt ; * ipse mandávit , & creáta sunt.

Dóminus díssipat consília géntium ; * réprobat autem cogitatiónes populórum , & réprobat consília príncipum.

Consílium autem Dómini in ætérnum manet : * cogitatiónes cordis ejus in generatióne & generatiónem.

Divisio Psalmi 32.

BEáta gens cujus est Dóminus Deus ejus: * pópulus, quem elégit in hæreditátem sibi.

De cœlo respéxit Dóminus; * vidit omnes fílios hóminum.

De præparáto habitáculo suo * respéxit super omnes qui hábitant terram.

Qui finxit singillátim corda eórum; * qui intélligit ómnia ópera eórum.

Non salvátur rex per multam virtútem; * & gigas non salvábitur in multitúdine virtútis suæ.

Fallax equus ad salútem; * in abundántia autem virtútis suæ non salvábitur.

Ecce óculi Dómini super metuéntes eum, * & in eis qui sperant super misericórdia ejus;

Ut éruat à morte ánimas eórum, * & alat eos in fame.

Anima nostra sústinet Dóminum; * quóniam adjútor & protéctor noster est;

Quia in eo lætábitur cor nostrum, * & in nómine sancto ejus sperávimus.

Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, * quemádmodum sperávimus in te.

Ant. Qui vivit in ætérnum, creávit ómnia simul. *Eccli.* 18. 1.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Omnia.

PSALMUS 101.

Ecclesiæ, inter hujus mundi adversa, spes in Dei Verbo per quod omnia facta sunt.

DOmine, exaúdi oratiónem meam, * & clamor meus ad te véniat.

Non avértas fáciem tuam à me; * in quacúmque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacúmque die invocávero te, * velóciter exaúdi me.

Quia defecérunt sicut fumus dies mei, * & ossa mea sicut crémium aruérunt.

Percússus sum ut fœnum, & áruit cor meum, * quia oblítus sum comédere panem meum.

A voce gémitûs mei * adhǽsit os meum carni meæ.

Símilis factus sum pelicáno solitúdinis; * factus sum sicut nyctícorax in domicílio.

Vigilávi, * & factus sum sicut passer solitárius in tecto.

Totâ die exprobrábant mihi inimíci mei; * & qui laudábant me, advérsùm me jurábant:

Quia cínerem tanquam panem manducábam, * & potum meum cum fletu miscébam.

A fácie iræ & indignatiónis tuæ; * quia élevans allisísti me.

Dies mei sicut umbra declinavérunt; * & ego sicut fœnum árui.

Tu autem, Dómine, in ætérnum pérmanes, * &

iále tuum in gene-
:m & generatió-

isio Psalmi 101.
exúrgens, [Dómi-
], miseréberis Sion;
tempus miseréndi
uia venit tempus;
niam placuérunt ser-
; lápides ejus, * &
jus miserebúntur.
mébunt gentes no-
um, Dómine, * &
reges terræ glóriam

ı ædificávit Dómi-
ın; * & vidébitur in
sua.
éxit in oratiónem
ım, * & non sprevit
eórum.
ɔántur hæc in gene-
: áltera, * & pópu-
creábitur laudábit
.um;
ı prospéxit de excél-
to suo: * Dóminus
ɔ in terram aspéxit;
udíret gémitus com-
um, * ut sólveret
nteremptórum;
ınnúntient in Sion
Dómini, * & lau-
us in Jerúsalem;
ɔnveniéndo pópulos
m, & reges; * ut
t Dómino.
óndit ei in via virtú-
: * Paucitátem dié-
eórum núntia mi-

évoces me in dimí-
rum meórum: * in
iónem & genera-
anni tui.

Altera divisio Psal. 101.

INítio tu, Dómine, terram fundásti, * & ópera mánuum tuárum sunt cœli.

Ipsi períbunt; tu autem pérmanes; * & omnes sicut vestiméntum veteráscent:

Et sicut opertórium mutábis eos, & mutabúntur; * tu autem idem ipse es, & anni tui non defícient.

Fílii servórum tuórum habitábunt; * & semen eórum in séculum dirigétur.

Ant. Omnia per ipsum facta sunt, & sinè ipso factum est nihil. *Joan.* 1. 3.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Ex ipso.

PSALMUS 103.

Deus ob multiplicia naturæ & gratiæ miracula benedicendus.

BEnedic, ánima mea, Dómino: * Dómine Deus meus, magnificátus es veheménter.

Confessiónem & decórem induísti, * amíctus lúmine sicut vestiménto;

Exténdens cœlum sicut pellem; * qui tegis aquis superióra ejus:

Qui ponis nubem ascénsum tuum; * qui ámbulas super pennas ventórum:

Qui facis Angelos tuos spíritus, * & minístros tuos ignem uréntem.

Qui fundásti terram super stabilitátem suam, * non inclinábitur in séculum séculi.

Abýssus, sicut vestiméntum amíctus ejus ; * super montes stabunt aquæ.

Ab increpatióne tua fúgient ; * à voce tonítrui tui formidábunt.

Ascéndunt montes , & descéndunt campi * in locum quem fundásti eis.

Términum posuísti quem non transgrediéntur ; * neque converténtur operíre terram.

Qui emíttis fontes in convállibus , * inter médium móntium pertransíbunt aquæ :

Potábunt omnes béstiæ agri : * expectábunt ónagri in siti sua.

Super ea vólucres cœli habitábunt, * de médio petrárum dabunt voces.

Rigans montes de superióribus suis , * de fructu óperum tuórum satiábitur terra :

Prodúcens fœnum juméntis , * & herbam servitúti hóminum ,

Ut edúcas panem de terra , * & vinum lætíficet cor hóminis ;

Ut exhílaret fáciem in óleo , * & panis cor hóminis confírmet.

Saturabúntur ligna campi , * & cedri Líbani quas plantávit :

Illic pásseres nidificábunt ; * heródii domus dux est eórum.

Montes excélsi cervis , * petra refúgium herináciis.

Fecit lunam in témporа * sol cognóvit occásum suum.

Posuísti ténebras , & facta est nox ; * in ipsa pertransíbunt omnes béstiæ sylvæ.

Cátuli leónum rugiéntes ut rápiant , * & quærant à Deo escam sibi.

Ortus est sol , & congregáti sunt , * & in cubílibus suis collocabúntur.

Exíbit homo ad opus suum , * & ad operatiónem suam usque ad vésperum.

Divisio Psal. 103.

QUàm magnificáta sunt ópera tua , Dómine ! ómnia in sapiéntia fecísti : * impléta est terra possessióne tuâ.

Hoc mare magnum & spatiósum mánibus : * illic reptília quorum non est númerus , animália pusílla cum magnis.

Illic naves pertransíbunt ; * draco iste quem formásti ad illudéndum ei.

Omnia à te expéctant * ut des illis escam in témpore.

Dante te illis , cólligent ; * aperiénte te manum tuam , ómnia implebúntur bonitáte.

Averténte autem te fáciem , turbabúntur ; * aúferes spíritum eórum , & defícient , & in púlverem suum reverténtur.

Emíttes spíritum tuum , & creabúntur ; * & renovábis fáciem terræ.

visio Psal. 103.
ria Dómini in
n ; * lætábitur
in opéribus suis :
icit terram, &
trémere ; * qui
ntes , & fúmi-

Dómino in vi-
sallam Deo meo
um.
um sit ei eló-
um ; * ego verò
in Dómino.
nt peccatóres à
iníqui ità ut non
énedic , ánima
nino.
t ipso, & per ip-
n ipso sunt ómn-
glória in sécula.
36.
dixit, & facta
Ipse mandávit,
sunt. *Ps.* 32. 9.
ecretò. Et ne nos
&c. *ut suprà.*
tiones ut ordi-
st Psalterium.
es cum ℣℟℟. *ut*
de Tempore. Et
entibus Feriis.
itur : Te Deum.
LAUDES
UTINAS.
rdotalis. Quàm
ita sunt ópera
mine ! ℟. Om-
iéntia fecísti. *Ps.*

s, in adjutórium
c.
c. Dómine.
LMUS 18.
Ecclesiæ, legis
& Evangelii commendatio.

CŒli enárrant glóriam Dei, * & ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum

Dies diéi erúctat verbū, * & nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum, * & in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum ; * & ipse tanquam sponsus procédens de thálamo suo.

Exultávit ut gigas ad curréndam viam : * à summo cœlo egréssio ejus :

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus ; * nec est qui se abscóndat à calóre ejus.

Ant. Dómine, tu es qui fecísti cœlum & terram, mare & ómnia quæ in eis sunt. *Act.* 4. 24.

Ant. 8. G. Tu Dómine.

Divisio Psalmi 18.

LEx Dómini immaculáta, convértens ánimas : * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis.

Justítiæ Dómini rectæ, lætificántes corda : * præcéptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in séculum séculi : * judícia Dómini vera, justificáta in semetípsa.

Desiderabília super aurum & lápidem pretiósum multum; * & dulcióra super mel & favum.

Etenim servus tuus custódit ea: * in custodiéndis illis retribútio multa.

Delícta quis intélligit? * ab occúltis meis munda me, & ab aliénis parce servo tuo.

Si meî non fúerint domináti, tunc immaculátus ero, * & emundábor à delícto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei: * & meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine adjútor meus, * & redémptor meus.

Ant. Tu, Dómine, fecísti cœlum & terram, & quidquid cœli ámbitu continétur: Dóminus ómnium es. *Esth.* 13. 10. 11.

Ant. 1. a. Tecum.

PSALMUS 135.

Misericordia Creatoris & Redemptoris ob multa in populum suum beneficia celebratur.

CONfitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Confitémini Deo deórum; * confitémini Dómino dominórum.

Qui facit mirabília magna solus; * qui fecit cœlos in intelléctu;

Qui firmávit terram super aquas; * qui fecit luminária magna,

Solem in potestátem diéi, * lunam & stellas in potestátem noctis.

Qui percússit Ægýptum * cum primogénitis eórum;

Qui edúxit Israël de médio eórum, * in manu poténti, & bráchio excélso;

Qui divísit mare rubrum in divisiónes, * & edúxit Israël per médium ejus;

Et excússit Pharaónem, & virtútem ejus * in mari rubro:

Qui tradúxit pópulum suum per desértum; * qui percússit reges magnos;

Et occídit reges fortes, * Sehon regem Amorrhæórum, & Og regem Basan:

Et dedit terram eórum hæreditátem, * hæreditátem Israël servo suo:

Quia in humilitáte nostra memor fuit nostrî, * & redémit nos ab inimícis nostris.

Qui dat escam omni carni, * confitémini Deo cœli.

Confitémini Dómino dominórum, * quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

Ant. Tecum sapiéntia tua, quæ novit ópera tua, quæ & áffuit tunc, cùm orbem terrárum fáceres. *Sap.* 9. 9.

Ant. 2. D. Tu fecísti.

Canticum sequens dicitur tantùm in Feriis. In Festis autem Sanctorum, habentur Cantica propria. Et sic aliis diebus.

CANTICUM ANNÆ. 1. *Reg. c.* 2. *v.* 1. *ad* 10.

Supremam Dei potestatem laudans, de Ecclesia & Christo prophetat.

EXultávit cor meum in Dómino, * & exaltátum est cornu meum in Deo meo.

Dilatátum est os meum super inimícos meos; * quia lætáta sum in salutári tuo.

Non est sanctus, ut est Dóminus; neque enim est álius extra te; * & non est fortis sicut Deus noster.

Nolíte multiplicáre loqui sublímia, * gloriántes.

Recédant vétera de ore vestro; * quia Deus scientiárum Dóminus est, & ipsi præparántur cogitatiónes.

Arcus fórtium superátus est; * & infírmi accíncti sunt róbore.

Repléti priùs, pro pánibus se locavérunt; * & famélici saturáti sunt,

Donec stérilis péperit plúrimos; * & quæ multos habébat fílios, infirmáta est.

Dóminus mortíficat & vivíficat, * dedúcit ad ínferos & redúcit.

Dóminus paúperem facit, & ditat; * humíliat & súblevat.

Súscitat de púlvere egénum; * & de stércore élevat paúperem,

Ut sédeat cum princípibus, * & sólium glóriæ téneat.

Dómini enim sunt cárdines terræ, * & pósuit super eos orbem.

Pedes sanctórum suórum servábit, & ímpii in ténebris conticéscent; * quia non in fortitúdine sua roborábitur vir.

Dóminum formidábunt adversárii ejus, * & super ipsos in cœlis tonábit.

Dóminus judicábit fines terræ, * & dabit impérium Regi suo, & sublimábit cornu Christi sui.

Ant. Tu fecísti Adam de limo terræ; dedistíque ei adjutórium Hevam. *Tob.* 8. 8.

Ant. 8. c. Sapiéntiâ.

PSALMUS 148.

Omnium creaturarum ad Deum laudandum invitatio.

LAudáte Dóminum de cœlis; * laudáte eum in excélsis:

Laudáte eum, omnes Angeli ejus; * laudáte eum, omnes virtútes ejus:

Laudáte eum, sol & luna; * laudáte eum, omnes stellæ & lumen:

Laudáte eum, cœli cœlórum; * & aquæ omnes quæ super cœlos sunt, laudent nomen Dómini:

Quia ipse dixit, & facta sunt: * ipse mandávit, & creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum, & in séculum séculi: *

præcéptum pósuit, & non prætéribit.

Laudáte Dóminum de terra, * dracónes & omnes abýssi;

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus;

Montes & omnes colles, * ligna fructífera, & omnes cedri;

Béstiæ & univérsa pécora, * serpéntes & vólucres pennátæ.

Reges terræ, & omnes pópuli, * príncipes & omnes júdices terræ;

Júvenes & vírgines, senes cum junióribus laudent nomen Dómini; * quia exaltátum est nomen ejus solíus.

Conféssio ejus super cœlum & terram: * & exaltávit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis ejus, * fíliis Israël, pópulo appropinquánti sibi.

Ant. Sapiéntiâ tuâ constituísti hóminem, ut dominarétur creatúræ quæ à te facta est. *Sap.* 9. 2.

CAPITULUM. *Is.* 42. 5. 6.

HÆc dicit Dóminus Deus, creans cœlos & exténdens eos, firmans terram & quæ gérminant ex ea, dans flatum pópulo qui est super eam, & spíritum calcántibus eam: Ego Dóminus.

HYMNUS.

DEo loquénte, prótinùs
Fiunt tenébræ, fit dies;
Et spléndidæ cœlo faces
Noctem diémque dívidunt.

STAT terra, currunt flúmina,
Quæ fundit imménsum mare:
Velántur astra núbibus,
Subsístit unda pénsilis.

HERBÆ viréntis tégmine
Vestíta tellus píngitur:
Lætis onústæ frúctibus
Passim renídent árbores.

LEVES in imo gúrgite
Repéntè pisces innatant:
Ferúntur ad cœlos aves,
Vagántur in sylvis feræ.

HOMO creátus náscitur,
Spirans imágo Núminis:
Terréstre córporis lutum
Cœléstis afflat spíritus.

O NUMEN! ô mundi Pater!
Voléndo quid non éfficis?
Tuæ, Deus, poténtiæ
Mundum creáre ludus est.

ORBEM poténter qui creas
Tibi, Pater, cum Fílio,
Almo simul cum Spíritu,
Sit summa laus in sécula.
Amen.

℣. Tuus est dies, & tua est nox: ℟. Tu fabricátus es auróram & solem. *Ps.* 73. 16.

Ad Benedíctus, *Ant.* 6. F. Tu, Dómine, creásti ómnia, & propter voluntátem tuam erant, & creáta sunt. *Apoc.* 4. 11.

Suffragia habentur infrà, post Completorium Sabbati.

PRIMAM.
Ave.
s, in adjutórium.
s. Jam lucis orto
ıfrà post Comple-
ıbbati. Et sic aliis

. d. Spécies cœli.
ıLMUS 81.
e excelsior Deus,
ı Creator & Ju-

stetit in synagó-
leórum; * in mé-
m deos dijúdi-

juò judicátis ini-
; * & fácies pec-
súmitis?
te egéno & pupíl-
milem & paúpe-
ificáte.
: paúperem, * &
de manu pecca-
ráte.
runt, neque intel-
, in ténebris ám-
movebúntur óm-
aménta terræ.
xi: Dii estis, * &
lsi omnes.
item sicut hómines
ni, * & sicut unus
pibus cadétis.
, Deus, júdica
* quóniam tu hæ-
in ómnibus gén-

ALMUS 89.
us mundi vicissitu-
& adversa, spes in
erno collocanda.
ine, refúgium fa-
es nobis * à gene-
n generatiónem.

Priúsquàm montes fíerent, aut formarétur terra & orbis, * à século & usque in séculum tu es Deus.

Ne avértas hóminem in humilitátem; * & dixísti: Convertímini, fílii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos, * tanquam dies hestérna quæ prætériit, & custódia in nocte.

Quæ pro níhilo habéntur, * eórum anni erunt.

Manè sicut herba tránseat, manè flóreat & tránseat; * véspere décidat, indúret, & aréscat.

Quia defécimus in ira tua, * & in furóre tuo turbáti sumus.

Posuísti iniquitátes nostras in conspéctu tuo, * séculum nostrum in illuminatióne vultûs tui.

Quóniam omnes dies nostri defecérunt, * & in ira tua defécimus.

Anni nostri sicut aránea meditabúntur: * dies annórum nostrórum, in ipsis septuagínta anni.

Si autem in potentátibus, octogínta anni; * & ámpliùs eórum, labor & dolor.

Quóniam supervénit mansuetúdo, * & corripiémur.

Quis novit potestátem iræ tuæ, * & præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Déxteram tuam sic notam fac, * & erudítos corde in sapiéntia.

Divisio Psalmi 89.

CONvértere, Dómine, úsquequò? * & deprecábilis esto super servos tuos.

Repléti sumus manè misericórdiâ tuâ; * & exultávimus, & delectáti sumus ómnibus diébus nostris.

Lætáti sumus pro diébus quibus nos humiliásti, * annis quibus vídimus mala.

Réspice in servos tuos, & in ópera tua; * & dírige fílios eórum.

Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, * & ópera mánuum nostrárum dírige super nos, & opus mánuum nostrárum dírige.

Ant. Spécies cœli glória stellárum; mundum illúminans in excélsis Dóminus. *Eccli.* 43. 10.

CAPITULUM. *Bar.* 3. 32. 33.

PRæparávit terram in ætérno témpore, & replévit eam pecúdibus & quadrupédibus: qui emíttit lumen, & vadit; & vocávit illud, & óbedit illi in tremóre.

℟. *breve. Preces, Oratio, &c. habentur infrà, post Completorium Sabbati. Et sic in aliis Feriis.*

AD TERTIAM.

Pater. Ave.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus. O fons amóris Spíritus. *infrà post Completorium Sabbati. Et sic aliis diebus.*

Ant. 1. a. Creávit.

PSALMUS 73.

Inter hujus mundi calamitates refugium nostrum in Deo omnium Creatore.

UT quid, Deus, repulísti in finem; * irátus est furor tuus super oves páscuæ tuæ?

Memor esto congregatiónis tuæ, * quam possedísti ab inítio.

Redemísti virgam hæreditátis tuæ: * mons Sion, in quo habitásti in eo.

Leva manus tuas in supérbias eórum in finem: * quanta malignátus est inimícus in sancto!

Et gloriáti sunt qui odérunt te, * in médio solemnitátis tuæ.

Posuérunt signa sua, signa, & non cognovérunt, * sicut in éxitu super summum.

Quasi in sylva lignórum secúribus excidérunt jánuas ejus in idípsum; * in secúri & áscia dejecérunt eam.

Incendérunt igni sanctuárium tuum: * in terra polluérunt tabernáculum nóminis tui.

Dixérunt in corde suo cognátio eórum simul: * Quiéscere faciámus omnes dies festos Dei à terra.

Signa nostra non vídimus; jam non est prophéta; * & nos non cognóscet ámpliùs.

Úsquequò, Deus, improperábit inimícus? * irrítat adversárius nomen tuum in finem?

Ut quid avértis manum tuam, & déxteram tuam, * de médio sinu tuo in finem?

Deus autem rex noster ante sécula, * operátus est salútem in médio terræ.

Divisio Psalmi 73.

TU confirmásti in virtúte tua mare; * contribulásti cápita dracónum in aquis.

Tu confregísti cápita dracónis, * dedísti eum escam pópulis Æthíopum.

Tu dirupísti fontes & torréntes; * tu siccásti flúvios Ethan.

Tuus est dies, & tua est nox; * tu fabricátus es auróram & solem.

Tu fecísti omnes términos terræ; * æstátem & ver tu plasmásti ea. ✠

Memor esto hujus, inimícus improperávit Dómino; * & pópulus insípiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi, * & ánimas paúperum tuórum ne obliviscáris in finem.

Réspice in testaméntum tuum; * quia repléti sunt, qui obscuráti sunt terræ, dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmilis factus confúsus: * pauper & inops laudábunt nomen tuum.

Exúrge, Deus, júdica causam tuam; * memor esto improperiórum tuórum, eórum quæ ab insipiénte sunt totâ die.

Ne obliviscáris voces inimicórum tuórum: * supérbia eórum qui te odérunt, ascéndit semper.

PSALMUS 95.

Super omnes gentes regnat Christus per quem cœli facti sunt.

CAntáte Dómino cánticum novum, * cantáte Dómino, omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus; * annuntiáte de die in diem salutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus:

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis; * terríbilis est super omnes deos:

Quóniam omnes dii géntium, dæmónia; * Dóminus autem cœlos fecit.

Conféssio & pulchritúdo in conspéctu ejus: * sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus.

Afférte Dómino, pátriæ géntium, afférte Dómino glóriam & honórem; * afférte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóstias, & introíte in átria ejus; * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus univérsa terra: * dícite in géntibus, quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ; qui non commové-

bitur: * judicábit pópulos in æquitáte.

Lætántur cœli, & exúltet terra, commoveátur mare, & plenitúdo ejus; * gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis sunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna sylvárum à fácie Dómini quia venit; * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * & pópulos in veritáte sua.

Ant. Creávit Deus hóminem ad imáginem suam. *Gen.* 1. 27.

CAPITULUM. *Sap.* 2. 23.

DEus creávit hóminem inexterminábilem, & ad imáginem similitúdinis suæ fecit illum.

℟. *breve.* Delectásti me, Dómine, * In factúra tua. ℟. Delectásti. ℣. Et in opéribus mánuum tuárum exultábo. * In factúra. Glória. ℟. Delectásti. *Ps.* 91. 5.

℣. Dómine, misericórdia tua in séculum; ℟. Opera mánuum tuárum ne despícias. *Ps.* 137. 8.

AD SEXTAM.

Pater. Ave.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus. Jam solis aúreum jubar. *infrà post Completorium Sabbati. Et sic aliis diebus.*

Ant. 8. G. Disciplínâ.

PSALMUS 91.

Laudandus Deus, in operibus suis magnificus, justus in judiciis.

BOnum est confitéri Dómino: * & psállere nómini tuo, Altíssime;

Ad annuntiándum manè misericórdiam tuam, * & veritátem tuam per noctem.

In decachórdo, psaltério, * cum cántico in cíthara:

Quia delectásti me, Dómine, in factúra tua, * & in opéribus mánuum tuárum exultábo.

Divisio Psal. 91.

QUàm magnificáta sunt ópera tua, Dómine! * nimis profúndæ factæ sunt cogitatiónes tuæ.

Vir insípiens non cognóscet, * & stultus non intélliget hæc.

Cum exórti fúerint peccatóres sicut fœnum, * & apparúerint omnes qui operántur iniquitátem, ut intéreant in séculum séculi:

Tu autem Altíssimus * in ætérnum, Dómine:

Quóniam ecce inimíci tui, Dómine, quóniam ecce inimíci tui períbunt; * & dispergéntur omnes qui operántur iniquitátem.

Et exaltábitur sicut unicórnis cornu meum, * & senéctus mea in misericórdia úberi.

Et despéxit óculus meus inimícos meos; * & in insurgéntibus in me malignántibus aúdiet auris mea.

Justus ut palma florébit,

cedrus Líbani mul-
itur.
áti in domo Dómi-
ı átriis domûs Dei
orébunt.
c multiplicabúntur
ta úberi, * & benè
s erunt.
núntient quóniam
)óminus Deus no-
t non est iníquitas

ALMUS 96.
Rex, exaltatus su-
ınes deos, ab Ange-
ɔrandus.
ıinus regnávit,
ltet terra, * lætén-
æ multæ.
s & calígo in cir-
ıs; * justítia & judí-
rréctio sedis ejus.
ante ipsum præcé-
t inflammábit in
inimícos ejus.
runt fúlgura ejus
ræ: * vidit, &
a est terra.
ɛs sicut cera fluxé-
ácie Dómini; * à
ómini omnis terra.
ntiavérunt cœli ju-
jus, * & vidérunt
pópuli glóriam

ındánturomnesqui
sculptília, * & qui
ur in simulácris

áte eum, omnes
ɛjus: * audívit, &
st Sion;
ıltavérunt fíliæ Ju-
ɔpter judícia tua,
.

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem terram: * nimis exaltátus es super omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum: * custódit Dóminus ánimas sanctórum suórum, de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est justo, * & rectis corde lætítia.

Lætámini, justi, in Dómino, * & confitémini memóriæ sanctificatiónis ejus.

Ant. Disciplínâ intelléctûs replévit illos, creávit illis sciéntiam spíritûs. *Eccli.* 17. 5. 6.

CAPITULUM. *Sap.* 13. 1.

VAni sunt omnes hómines in quibus non subest sciéntia Dei, & de his quæ vidéntur bona, non potuérunt intellígere eum qui est; neque opéribus attendéntes, agnovérunt quis esset Artifex.

℟. *breve.* Scitóte * Quóniam Dóminus ipse est Deus. ℟. Scitóte. ℣. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. * Quóniam. Glória. ℟. Scitóte. *Ps.* 99. 3.

℣. Non est símilis tuî in diis, Dómine; ℟. Et non est secúndùm ópera tua. *Ps.* 85. 8.

AD NONAM.

Pater. Ave.

℣. Deus, in adjutórium.

Hymnus. Prono volútus ímpetu. *infrà post Completorium Sabbati. Et sic aliis diebus.*

Ant. 4. a. Vidit Deus.

PSALMUS 102.

Deus ob immensa in populum suum beneficia benedicendus.

BEnedic, ánima mea, Dómino; * & ómnia quæ intra me sunt, nómini sancto ejus.

Bénedic, ánima mea, Dómino, * & noli oblivísci omnes retributiónes ejus;

Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis; * qui sanat omnes infirmitátes tuas;

Qui rédimit de intéritu vitam tuam, * qui corónat te in misericórdia & miseratiónibus;

Qui replet in bonis desidérium tuum, * renovábitur ut áquilæ juvéntus tua.

Fáciens misericórdias Dóminus, * & judícium ómnibus injúriam patiéntibus.

Notas fecit vias suas Móysi, * fíliis Israël voluntátes suas.

Divisio Psalmi 102.

MIserátor & miséricors Dóminus, * longánimis & multùm miséricors.

Non in perpétuum irascétur, * neque in ætérnum comminábitur.

Non secúndùm peccáta nostra fecit nobis: * neque secúndùm iniquitátes nostras retríbuit nobis:

Quóniam secúndùm altitúdinem cœli à terra, * corroborávit misericórdiam suam super timéntes se.

Quantùm distat ortu[illegible] occidénte, * longè fe[illegible] nobis iniquitátes nost[illegible]

Altera divisio Psal. 10[illegible]

QUómodo miser[illegible] pater filiórum, m[illegible] tus est Dóminus [illegible] méntibus se; * quón[illegible] ipse cognóvit figmén[illegible] nostrum.

Recordátus est quóni[illegible] pulvis sumus; * homo, [illegible] cut fœnum dies ejus, tan[illegible] quam flos agri sic efflor[illegible] bit.

Quóniam spíritus pertransíbit in illo, & non subsístet; * & non cognóscet ámpliùs locum suum.

Misericórdia autem Dómini ab ætérno, * & usque in ætérnum super timéntes eum.

Et justítia illíus in fílios filiórum, * his qui servant testaméntum ejus;

Et mémores sunt mandatórum ipsíus, * ad faciéndum ea.

Dóminus in cœlo parávit sedem suam; * & regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino, omnes Angeli ejus, * poténtes virtúte, faciéntes verbum illíus, ad audiéndam vocem sermónum ejus.

Benedícite Dómino, omnes virtútes ejus, * minístri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino, ómnia ópera ejus, in omni

loco

natiónis ejus : *
ánima mea, Dó-

Vidit Deus cun-
fécerat; & erant
ona. *Gen.* 1. 31.
TULUM. *Amos.*

formans montes
creans ventum, &
ans hómini eló-
um, fáciens matu-
ébulam, & grá-
per excélsa terræ :
s Deus exercítuum
ejus.
ue. Benedícite Dó-
Omnia ópera ejus.
edícite. ℣. In omni
ominatiónis ejus. *
. Glória. ℟. Bene-
Ps. 102. 22.
Generátio & generá-
tio laudábit ópera tua, Dó-
mine ; ℟. Et poténtiam
tuam pronuntiábunt. *Ps.*
144. 4.

AD VESPERAS.

Pater. Ave.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 1. a. Numquid.

PSALMUS 137.

Dei misericordia & veritas in populum suum celebranda.

COnfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo ; * quóniam audísti verba oris mei.

In conspéctu Angelórum psallam tibi ; * adorábo ad templum sanctum tuum ;

Et confitébor nómini tuo super misericórdia tua & veritáte tua ; * quóniam magnificásti super omne nomen sanctum tuum.

In quacúmque die invocávero te, exaúdi me ; * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteántur tibi, Dómine, omnes reges terræ ;* quia audiérunt ómnia verba oris tui ;

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna est glória Dómini ;

Quóniam excélsus Dóminus, & humília réspicit ; * & alta à longè cognóscit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis vivificábis me ; * & super iram inimicórum meórum extendísti manum tuam, & salvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me : Dómine, misericórdia tua in séculum ; * ópera mánuum tuárum ne despícias.

Ant. Numquid non Pater unus ómnium nostrûm? Numquid non Deus unus creávit nos? *Malach.* 2. 10.

Ant. 7. *d.* In ejus.

PSALMUS 138.

Dei ubique præsentis, & omnia cognoscentis, mirabilis scientia.

DOmine, probásti me, & cognovísti me ; * tu cognovísti sessiónem meã, & resurrectiónem meam.

Intellexísti cogitatiónes meas de longè ; * sémitam meam, & funículum meum investigásti ;

Et omnes vias meas prævidísti; * quia non est sermo in lingua mea.

Ecce, Dómine, tu cognovísti ómnia novíssima & antíqua; * tu formásti me & posuísti super me manum tuam.

Mirábilis facta est sciéntia tua ex me; * confortáta est, & non pótero ad eam.

Quò ibo à spíritu tuo? * & quò à fácie tua fúgiam?

Si ascéndero in cœlum, tu illic es; * si descéndero in inférnum, ades:

Si súmpsero pennas meas dilúculo, * & habitávero in extrémis maris:

Etenim illuc manus tua dedúcet me, * & tenébit me déxtera tua.

Et dixi: Fórsitan ténebræ conculcábunt me, * & nox illuminátio mea in delíciis meis;

Quia ténebræ non obscurabúntur à te, & nox sicut dies illuminábitur; * sicut ténebræ ejus, ità & lumen ejus.

Quia tu possedísti renes meos; * suscepísti me de útero matris meæ.

Ant. In ejus manu ánima omnis vivéntis, & spíritus univérsæ carnis hóminis: *Job.* 12. 10.

Ant. 2. D. Fecit.

Divisio Psalmi 138.

CONfitébor tibi, [Dómine], quia terribíliter magnificátus es: * mirabília ópera tua, & ánima mea cognóscit nimis.

Non est occultátum os meum à te, quod fecísti in occúlto; * & substántia mea in inferióribus terræ.

Imperféctum meum vidérunt óculi tui; & in libro tuo omnes scribéntur; * dies formabúntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificáti sunt amíci tui, Deus; * nimis confortátus est principátus eórum;

Dinumerábo eos, & super arénam multiplicabúntur: * exurréxi, & adhuc sum tecum.

Si occíderis, Deus, peccatóres; * viri sánguinum, declináte à me;

Quia dícitis in cogitatióne: * Accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te, Dómine, óderam; * & super inimícos tuos tabescébam?

Perfécto ódio óderam illos; * & inimíci facti sunt mihi.

Proba me, Deus, & scito cor meum; * intérroga me, & cognósce sémitas meas.

Et vide si via iniquitátis in me est; * & deduc me in via ætérna.

Ant. Fecit ex uno omne genus hóminum, inhabitáre super univérsam fáciem terræ. *Act.* 17. 26.

Ant. 5. a. Invisibília.

PSALMUS 143.

Christus pro populo sibi subdito gratias agit: Ecclesia sibi opem postulat.

BEnedíctus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, * & dígitos meos ad bellum.

Misericórdia mea, & refúgium meum; * suscéptor meus, & liberátor meus;

Protéctor meus, in ipso sperávi; * qui subdit pópulum meum sub me.

Dómine, quid est homo, quia innotuísti ei? * aut fílius hóminis, quia réputas eum?

Homo vanitáti símilis factus est; * dies ejus sicut umbra prætéreunt.

Dómine, inclína cœlos tuos, & descénde; * tange montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruscatiónem, & dissipábis eos; * emítte sagíttas tuas, & conturbábis eos.

Emítte manum tuam de alto, éripe me, & líbera me de aquis multis, * de manu filiórum alienórum.

Quorum os locútum est vanitátem, * & déxtera eórum déxtera iniquitátis.

Ant. Invisibília ipsíus, à creatúra mundi, per ea quæ facta sunt, intelléćta, conspiciúntur. *Rom.* 1. 20.

Ant. 4. A. In ipso.

Divisio Psalmi 143.

DEus, cánticum novum cantábo tibi, * in psaltério decachórdo psallam tibi,

Qui das salútem régibus, * qui redemísti David servum tuum de gládio malígno.

Erípe me, & érue me de manu filiórum alienórum, quorum os locútum est vanitátem; * & déxtera eórum déxtera iniquitátis:

Quorum fílii sicut novéllæ plantatiónes, * in juventúte sua:

Fíliæ eórum compósitæ, * circumornátæ ut similitúdo templi:

Promptuária eórum plena, * eructántia ex hoc in illud:

Oves eórum fœtósæ, abundántes in egréssibus suis; * boves eórum crassæ:

Non est ruína macériæ, neque tránsitus, * neque clamor in platéis eórum.

Beátum dixérunt pópulum cui hæc sunt: * beátus pópulus cujus Dóminus Deus ejus.

Ant. In ipso vívimus, & movémur, & sumus. *Act.* 17. 28.

CAPITULUM. *Eccle.* 12. 1.

MEménto Creatóris tui, in diébus juventútis tuæ, ántequàm véniat tempus afflictiónis, & appropínquent anni de quibus dicas: Non mihi placent.

HYMNUS.

DEo canéntes psállite:
Quicúmque dulci spíritu
Vitális auræ véscimur,

Omnes per ipsum vívimus.
Autoris in laudem sui
Natúra tota pérsonat.
Servíre, mortáles, Deo
Vos terra, vos cœlum docet.
Parent jubénti sídera,
Nubésque dicunt: Adsumus:
Illíus ad nutum mare
Submíttit undas súpplices.
Rerum Sator, totum tibi
Se debet humánum genus:
Moménta vitæ témperas;
In te movémur & sumus.
Orbem poténter qui creas,
Tibi, Pater, cum Fílio,
Almo simul cum Spíritu,
Sit summa laus in sécula. Amen.

℣. Tu formásti me, Dómine; ℟. Et posuísti super me manum tuam. *Ps.* 138. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. g. Tibi, Dómine, sérviat omnis creatúra tua, quia dixísti; & facta sunt. *Judith.* 16. 17.

Suffragia habentur infrà post Completorium Sabbati.

AD COMPLETORIUM.

℣. Convérte nos, Deus salutáris noster; ℟. Et avérte iram tuam à nobis. *Ps.* 84. 5.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 3. c. Stellæ.

PSALMUS 6.

Fidelium inter mundi hujus calamitates gemitus & fiducia.

Dómine, ne in furóre tuo árguas me; * neque in ira tua corrípias me.

Miserére meî, Dómine, quóniam infirmus sum; * sana me, Dómine, quóniam conturbáta sunt ossa mea.

Et ánima mea turbáta est valde: * sed tu, Dómine, úsquequò?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam; * salvum me fac propter misericórdiam tuam.

Quóniam non est in morte qui memor sit tuî: * in inférno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo: * lavábo per síngulas noctes lectum meum; lácrymis meis stratum meum rigábo.

Turbátus est à furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Discédite à me, omnes qui operámini iniquitátem; * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam; * Dóminus oratiónem meam suscépit.

Erubéscant, & conturbéntur veheménter omnes inimíci mei: * convertántur, & erubéscant valde velóciter.

LMUS 7.
nobis patientis
Gentium fides :
n reprobatio.
e Deus meus, in
rávi ; * salvum
ómnibus perse-
me, & líbera

lo rápiat ut leo
eam ; * dum non
imat, neque qui
iat.
Deus meus, si
* si est iníquitas
s meis ;
li retribuéntibus
; * décidam mé-
mícis meis inà-

ur inimícus áni-
m, & compre-
& concúlcet in
meam ; * & gló-
m in púlverem

Dómine, in ira
exaltáre in fíni-
órum meórum.
úrge, Dómine
s, in præcépto
dásti ; * & syna-
lórum circúm-

er hanc in altum
; * Dóminus jú-
los :
ne, Dómine, se-
stítiam meam, *
um innocéntiam
r me.
nétur nequítia
n, & díriges ju-
rutans corda &
s.

Justum adjutórium meũ à Dómino * qui salvos facit rectos corde.

Divisio Psalmi 7.

DEus judex justus, fortis & pátiens ; * numquid irásciur per síngulos dies ?

Nisì convérsi fuéritis, gládium suum vibrábit : * arcum suum teténdit, & parávit illum :

Et in eo parávit vasa mortis ; * sagíttas suas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injustítiam ; * concépit dolórem, & péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, & effódit eum ; * & íncidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus, in caput ejus ; * & in vérticem ipsíus iníquitas ejus descéndet.

Confitébor Dómino secúndùm justítiam ejus ; * & psallam nómini Dómini altíssimi.

Ant. Stellæ vocátæ sunt, & dixérunt : Adsumus ; & luxérunt ei cum jucunditáte qui fecit illas. *Bar.* 3. 35.

Hymnus. Grates perácto jam die, &c. *infrà post Completorium Sabbati ; & sic aliis diebus.*

CAPITULUM. *Eccli.* 32. 17.

SUper his ómnibus benedícito Dóminum, qui fecit te, & inebriántem te ab ómnibus bonis suis.

℟. *breve.* In manus. *Habetur infrà post Completorium Sabbati ; & sic aliis diebus.*

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* *6.* F. Univérsa propter semetípsum operátus est Dóminus. *Prov. 16. 4.*

Preces & Oratio, ut infrà post Completorium Sabbati; & sic aliis diebus.

FERIA TERTIA,
AD OFFIC. NOCTURN.

Invitatorium. Perpétuâ Providéntiam, * Veníte, adorémus. *Sap. 17. 2.*

Psalmus, Veníte. *p. 2.*

HYMNUS.

ÆTERNE rerum Cónditor,
Mundum creas poténtiâ;
Jugi tuéris cónditum,
Regísque providéntiâ.

Tu spléndidum solis jubar,
Cursúsque certos síderum,
Idem, movéri néscius,
Motu perénni témperas.

Hinc vólvitur cœlo dies;
Hinc atra nox fugat diem;
Hinc nos, per altérnas vices
Aut somnus, aut labor tenet.

Fecunda rerum sémina
Subácta tellus éxcipit,
Aptóque missus témpore
Cœléstis imber írrigat.

Hinc flava náscitur seges,
Dulcémque victum súfficit:
Sic sponte nobis pródigam
Benígnus expándis manum.

Tibi, Pater, cum Fílio,
Almo simul cum Spíritu,
Deo perénni, próvido,
Honor, decus, laus, glória. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Pusíllum.

PSALMUS 61.

Frustrà oppugnatur, qui Deo subjectus in ejus tutela manet.

NOnne Deo subjécta erit ánima mea? * ab ipso enim salutáre meum.

Nam & ipse Deus meus, & salutáris meus, suscéptor meus; * non movébor ámpliùs.

Quoúsque irrúitis in hóminem? * interfícitis univérsi vos, tanquam paríeti inclináto, & macériæ depúlsæ?

Verúmtamen prétium meum cogitavérunt repéllere, cucúrri in siti: * ore suo benedicébant, & corde suo maledicébant.

Verúmtamen Deo subjécta esto, ánima mea; * quóniam ab ipso patiéntia mea.

Quia ipse Deus meus, & salvátor meus; * adjútor meus, non emigrábo.

In Deo salutáre meum & glória mea; * Deus auxílii mei, & spes mea in Deo est.

Speráte in eo, omnis congregátio pópuli, effúndite coram illo corda vestra: * Deus adjútor noster in ætérnum.

Verúmtamen vani filii hóminum, mendáces filii hóminum in statéris; * ut decípiant ipsi de vanitáte in idípsum.

Nolíte speráre in iniqui-

tâte, & rapínas nolíte concupíscere: * divítiæ si áffluant, nolíte cor appónere.

Semel locútus est Deus, duo hæc audívi; quia potéstas Dei est; & tibi, Dómine, misericórdia; * quia tu reddes unicuíque juxta ópera sua.

PSALMUS 79.

Miseriarum finis per Christi adventum expostulatur.

QUi regis Israël, inténde, * qui dedúcis velut ovem Joseph:

Qui sedes super Chérubim, * manifestáre coram Ephraïm, Bénjamin, & Manásse.

Excita poténtiam tuam, & veni; * ut salvos fácias nos:

Deus, convérte nos; * & osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Dómine Deus virtútum, * quoúsque irascéris super oratiónem servi tui?

Cibábis nos pane lacrymárum; * & potum dabis nobis in lácrymis in mensúra?

Posuísti nos in contradictiónem vicínis nostris; * & inimíci nostri subsannavérunt nos.

Deus virtútum, convérte nos; * & osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Divisio Psalmi 79.

VIneam de Ægýpto transtulísti, [Dómine]; * ejecísti gentes, & plantásti eam.

Dux itíneris fuísti in conspéctu ejus; * plantásti radíces ejus, & implévit terram.

Opéruit montes umbra ejus, * & arbústa ejus cedros Dei.

Exténdit pálmites suos usque ad mare, * & usque ad flumen propágines ejus.

Ut quid destruxísti macériam ejus; * & vindémiant eam omnes qui prætergrediúntur viam?

Exterminávit eam aper de sylva, * & singuláris ferus depástus est eam.

Deus virtútum, convértere; * réspice de cœlo, & vide, & vísita víneam istã;

Et pérfice eam quam plantávit déxtera tua: * & super fílium hóminis quem confirmásti tibi:

Incénsa igni, & suffóssa;* ab increpatióne vultûs tui períbunt.

Fiat manus tua super virum déxteræ tuæ, * & super fílium hóminis quem confirmásti tibi.

Et non discédimus à te: * vivificábis nos, & nomen tuum invocábimus.

Dómine Deus virtútum, convérte nos; * & osténde fáciem tuam, & salvi érimus.

Ant. Pusíllum & magnum Deus fecit, & æquáliter cura est illi de ómnibus. *Sap. 6. 8.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Attíngit.

PSALMUS 104.

Beneficia Israëlitico populo collata celebrantur & enumerantur.

Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus: * annuntiáte inter gentes ópera ejus.

Cantáte ei, & psállite ei; * narráte ómnia mirabília ejus.

Laudámini in nómine sancto ejus: * lætétur cor quæréntium Dóminum.

Quǽrite Dóminum, & confirmámini; * quǽrite fáciem ejus semper.

Mementóte mirabílium ejus quæ fecit, * prodígia ejus, & judícia oris ejus.

Semen Abraham, servi ejus; * fílii Jacob, elécti ejus.

Ipse Dóminus Deus noster; * in univérsa terra judícia ejus.

Memor fuit in séculum testaménti sui, * verbi quod mandávit in mille generatiónes,

Quod dispósuit ad Abraham, * & juraménti sui ad Isaac:

Et státuit illud Jacob in præcéptum, * & Israël in testaméntum ætérnum,

Dicens: Tibi dabo terram Chánaan, * funículum hæreditátis vestræ;

Cùm essent número brevi, paucíssimi, * & íncolæ ejus:

Et pertransiérunt de gente in gentem, * & de regno ad pópulum álterum.

Divisio Psalmi 104.

Non relíquit [Dóminus] hóminem nocére eis; * & corrípuit pro eis reges:

Nolíte tángere christos meos; * & in prophétis meis nolíte malignári:

Et vocávit famem super terram; * & omne firmaméntum panis contrívit:

Misit ante eos virum; * in servum venúmdatus est Joseph:

Humiliavérunt in compédibus pedes ejus, ferrum pertránsiit ánimam ejus, * donec veníret verbum ejus:

Elóquium Dómini inflammávit eum; * misit rex, & solvit eum; princeps populórum, & dimísit eum.

Constítuit eum dóminum domûs suæ, * & príncipem omnis possessiónis suæ.

Ut erudíret príncipes ejus sicut semetípsum, * & senes ejus prudéntiam docéret.

Et intrávit Israël in Ægýptum; * & Jacob áccola fuit in terra Cham.

Et auxit pópulum suum veheménter; * & firmávit eum super inimícos ejus.

Convértit cor eórum ut odírent pópulum ejus, * & dolum fácerent in servos ejus.

Misit Móysen servum suum, * Aaron quem elégit ipsum.

Pósuit in eis verba si-

gnórum suórum, * & prodigiórum in terra Cham.

Misit ténebras & obscurávit; * & non exacerbávit sermónes suos.

Convértit aquas eórum in sánguinem; * & occídit pisces eórum.

Edidit terra eórum ranas * in penetrálibus regum ipsórum.

Dixit: & venit cœnomyia & cíniphes, * in ómnibus fínibus eórum.

Pósuit plúvias eórum grándinem; * ignem comburéntem in terra ipsórũ.

Et percússit víneas eórum, & ficúlneas eórum; * & contrívit lignum fínium eórum.

Dixit; & venit locústa, & bruchus, * cujus non erat númerus,

Et comédit omne fœnum in terra eórum, * & comédit omnem fructum terræ eórum.

Et percússit omne primogénitum in terra eórum, * primítias omnis labóris eórum.

Et edúxit eos cum argénto & auro; * & non erat in tríbubus eórum infírmus.

Altera divisio Psal. 104.

LÆtáta est Ægýptus in profectióne eórum; * quia incúbuit timor eórum super eos.

Expándit nubem in protectiónem eórum, * & ignem ut lucéret eis per noctem.

Petiérunt, & venit cotúrnix; * & pane cœli saturávit eos.

Dirúpit petram, & fluxérunt aquæ; * abiérunt in sicco flúmina.

Quóniam memor fuit verbi sancti sui, * quod hábuit ad Abraham púerum suum:

Et edúxit pópulum suum in exultatióne, * & eléctos suos in lætítia:

Et dedit illis regiónes géntium; * & labóres populórum possedérunt,

Ut custódiant justificatiónes ejus, * & legem ejus requírant.

Ant. Attíngit à fine usque ad finem fórtiter, & dispónit ómnia suáviter. *Sap.* 8. 1.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. f. Protéctor est.

PSALMUS 105.

Bonitas Dei celebranda. Israëliticus populus peccata sua agnoscens & recolens, salutem poscit.

CONfitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in séculum misericórdia ejus.

Quis loquétur poténtias Dómini, * audítas fáciet omnes laudes ejus?

Beáti qui custódiunt judícium, & fáciunt justítiam * in omni témpore.

Meménto nostrî, Dómine, in beneplácito pópuli tui; * vísita nos in salutári tuo,

Ad vidéndum in boni-

táte electórum tuórum, ad lætándum in lætítia gentis tuæ; * ut laudéris cum hæreditáte tua.

Peccávimus cum pátribus nostris, * injústè égimus, iniquitátem fécimus.

Patres nostri in Ægýpto non intellexérunt mirabília tua; * non fuérunt mémores multitúdinis misericórdiæ tuæ:

Et irritavérunt ascendéntes in mare, * mare rubrū:

Et salvávit eos propter nomen suum; * ut notam fáceret poténtiam suam:

Et increpuit mare rubrum, & exsiccátum est; * & dedúxit eos in abýssis sicut in desérto:

Et salvávit eos de manu odiéntium; * & redémit eos de manu inimíci:

Et opéruit aqua tribulántes eos; * unus ex eis non remánsit.

Et credidérunt verbis ejus, * & laudavérunt laudem ejus.

Divisio Psalmi 105.

CItò fecérunt, oblíti sunt óperum ejus, * & non sustinuérunt consílium ejus:

Et concupiérunt concupiscéntiam in desérto; * & tentavérunt Deum in inaquóso:

Et dedit eis petitiónem ipsórum, * & misit saturitátem in ánimas eórum.

Et irritavérunt Móysen in castris, * Aaron sanctum Dómini.

Apérta est terra, & deglutívit Dathan; * & opéruit super congregatiónem Abíron:

Et exársit ignis in synagóga eórum; * flamma combússit peccatóres.

Et fecérunt vítulum in Horeb, * & adoravérunt sculptile;

Et mutavérunt glóriam suam * in similitúdinem vítuli comedéntis fœnum.

Oblíti sunt Deum qui salvávit eos; * qui fecit magnália in Ægýpto, mirabília in terra Cham, terribília in mari rubro.

Et dixit ut dispérderet eos, * si non Móyses eléctus ejus stetísset in confractióne in conspéctu ejus,

Ut avérteret iram ejus, * ne dispérderet eos.

Et pro níhilo habuérunt terram desiderábilem; * non credidérunt verbo ejus.

Et murmuravérunt in tabernáculis suis; * non exaudiérunt vocem Dómini.

Et elevávit manum suam super eos, * ut prostérneret eos in desérto,

Et ut dejíceret semen eórum in natiónibus, * & dispérgeret eos in regiónibus.

Et initiáti sunt Beélphegor; * & comedérunt sacrifícia mortuórum.

Et irritavérunt eum in adinventiónibus suis; * & multiplicáta est in eis ruína.

Et stetit Phínees, & placávit; * & cessávit quassátio.

Et reputátum est ei in justítiam, * in generatiónem & generatiónem usque in sempitérnum.

Et irritavérunt eum ad aquas contradictiónis; * & vexátus est Móyses propter eos;

Quia exacerbavérunt spíritum ejus; * & distínxit in lábiis suis.

Altera divisio Psal. 105.

NOn disperdidérunt gentes, * quas dixit Dóminus illis.

Et commíxti sunt inter gentes, & didicérunt ópera eórum, & serviérunt sculptílibus eórum; * & factum est illis in scándalum.

Et immolavérunt fílios suos, * & fílias suas dæmóniis.

Et effudérunt sánguinem innocéntem; * sánguinem filiórum suórum, & filiárum suárum quas sacrificavérunt sculptílibus Chánaan.

Et inféćta est terra in sanguínibus, & contamináta est in opéribus eórum; * & fornicáti sunt in adinventiónibus suis.

Et irátus est furóre Dóminus in pópulum suum; * & abominátus est hæreditátem suam.

Et trádidit eos in manus géntium; * & domináti sunt eórum qui odérunt eos.

Et tribulavérunt eos inimíci eórum, & humiliáti sunt sub mánibus eórum: * sæpe liberávit eos.

Ipsi autem exacerbavérunt eum in consílio suo, * & humiliáti sunt in iniquitátibus suis.

Et vidit cùm tribularéntur, * & audívit oratiónem eórum.

Et memor fuit testaménti sui, * & pœnítuit eum secúndùm multitúdinem misericórdiæ suæ.

Et dedit eos in misericórdias * in conspéctu ómnium qui céperant eos.

Salvos nos fac, Dómine Deus noster; * & cóngrega nos de natiónibus.

Ut confiteámur nómini sancto tuo, * & gloriémur in laude tua.

Benedíctus Dóminus Deus Israël à século, & usque in séculum: * & dicet omnis pópulus: Fiat, fiat.

Ant. Protéctor est ómnibus exquiréntibus se in veritáte. *Eccli.* 2. 13.

℣. Qui hábitat in adjutório Altíssimi, ℟. In protectióne Dei cœli commorábitur. *Ps.* 90. 1.

Pater noster, &c. *ut suprà.*

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Deus, in te confidit ánima mea, ℟. Et in umbra alárum tuárum sperábo. *Ps.* 56. 2.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 2. D. Non est.

PSALMUS 106.

Misericordia Dei in populum

lum suum celebranda sub diversis emblematibus describitur.

CONfitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in séculum misericórdia ejus.

Dicant qui redémpti sunt à Dómino, quos redémit de manu inimíci, * & de regiónibus congregávit eos,

A solis ortu & occásu, * ab aquilóne & mari.

Erravérunt in solitúdine in inaquóso, * viam civitátis habitáculi non invenérunt.

Esuriéntes & sitiéntes, * ánima eórum in ipsis defécit.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur; * & de necessitátibus eórum erípuit eos.

Et dedúxit eos in viam rectam, * ut irent in civitátem habitatiónis.

Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum:

Quia satiávit ánimam inánem, * & ánimam esuriéntem satiávit bonis.

Sedéntes in ténebris & umbra mortis, * vinctos in mendicitáte & ferro,

Quia exacerbavérunt elóquia Dei, * & consílium Altíssimi irritavérunt.

Et humiliátum est in labóribus cor eórum; * infirmáti sunt, nec fuit qui adjuváret.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur; * & de necessitátibus eórum liberávit eos.

Et edúxit eos de ténebris, & umbra mortis; * & víncula eórum disrúpit.

Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum:

Quia contrívit portas æreas, * & vectes férreos confrégit.

Ant. Non est álius Deus quàm tu, Dómine, cui cura est de ómnibus. *Sap.* 12. 13.

Ant. 8. G. Díligis.

Divisio Psalmi 106.

SUscépit eos [Dóminus] de via iniquitátis eórum; * propter injustítias enim suas humiliáti sunt.

Omnem escam abomináta est ánima eórum, * & appropinquavérunt usque ad portas mortis.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur; * & de necessitátibus eórum liberávit eos.

Misit verbum suum, & sanávit eos, * & erípuit eos de interitiónibus eórum.

Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum.

Et sacríficent sacrifícium laudis, * & annúntient ópera ejus in exultatióne.

Qui descéndunt mare in návibus, * faciéntes operatiónem in aquis multis,

Ipsi vidérunt ópera Dó-

mini, * & mirabília ejus in profúndo.

Dixit; & stetit spíritus procéllæ, * & exaltáti sunt fluctus ejus:

Ascéndunt usque ad cœlos, & descéndunt usque ad abyssos; * ánima eórum in malis tabescébat:

Turbáti sunt, & moti sunt sicut ébrius: * & omnis sapiéntia eórum devoráta est.

Et clamavérunt ad Dóminum cùm tribularéntur; * & de necessitátibus eórum edúxit eos:

Et státuit procéllam ejus in auram; * & siluérunt fluctus ejus:

Et lætáti sunt quia siluérunt; * & dedúxit eos in portum voluntátis eórum.

Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum:

Et exáltent eum in ecclésia plebis, * & in cáthedra seniórum laudent eum.

Ant. Díligis ómnia quæ sunt, & nihil odísti eórum quæ fecísti. *Sap.* 11. 25.

Ant. 6. E. Quómodo.

Altera divisio Psal. 106.

POsuit [Dóminus] flúmina in desértū; * & éxitus aquárum in sitim;

Terram fructíferam in salsúginem, * à malítia inhabitántium in ea.

Pósuit desértum in stagna aquárum, * & terram sinè aqua in éxitus aquárum:

Et collocávit illic esuriéntes; * & constituérunt civitátem habitatiónis;

Et seminavérunt agros, & plantavérunt víneas; * & fecérunt fructum nativitátis.

Et benedíxit eis, & multiplicáti sunt nimis; * & juménta eórum non minorávit.

Et pauci facti sunt; * & vexáti sunt à tribulatióne malórum, & dolóre.

Effúsa est contémptio super príncipes; * & erráre fecit eos in ínvio, & non in via:

Et adjúvit paúperem de inópia, * & pósuit sicut oves famílias.

Vidébunt recti, & lætabúntur; * & omnis iníquitas oppilábit os suum.

Quis sápiens, & custódiet hæc? * & intélliget misericórdias Dómini?

Ant. Quómodo posset áliquid permanére, nisì tu voluísses? aut quod à te vocátum non esset, conservarétur? *Sap.* 11. 26.

Ant. 1. f. Tua.

CANTICUM MOYSI PRIMUM. *Exod. c.* 15. *v.* 1. *ad* 19.

Israël ab inimicis suis liberatus Deo gratias agit.

CAntémus Dómino, gloriósè enim magnificátus est, * equum & ascensórem dejécit in mare.

Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus; * & factus est mihi in salútem.

Iſte Deus meus, & glorificábo eum; * Deus patris mei, & exaltábo eum.

Dóminus quaſi vir pugnátor, omnípotens nomen ejus; * currus Pharaónis, & exércitum ejus projécit in mare:

Elécti príncipes ejus ſubmérſi ſunt in mari rubro, abýſſi operuérunt eos, * deſcendérunt in profúndum quaſi lapis.

Déxtera tua, Dómine, magnificáta eſt in fortitúdine; déxtera tua, Dómine, percúſſit inimícum; * & in multitúdine glóriæ tuæ depoſuíſti adversários tuos.

Misíſti iram tuam quæ devorávit eos ſicut ſtípulam; * & in ſpíritu furóris tui congregátæ ſunt aquæ.

Stetit unda fluens; * congregátæ ſunt abýſſi in médio mari.

Dixit inimícus: Pérſequar, & comprehéndam, * dívidam ſpólia, implébitur ánima mea:

Evaginábo gládium meum, * interfíciet eos manus mea.

Flavit ſpíritus tuus, & opéruit eos mare; * ſubmérſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus.

Quis símilis tuî in fórtibus, Dómine? * quis símilis tuî, magníficus in ſanctitáte, terríbilis, atque laudábilis, fáciens mirabília?

Extendíſti manum tuam, * & devorávit eos terra.

Dux fuíſti in miſericórdia tua * pópulo quem redemíſti;

Et portáſti eum in fortitúdine tua, * ad habitáculum ſanctum tuum.

Aſcendérunt pópuli, & iráti ſunt; * dolóres obtinuérunt habitatóres Philíſtiim.

Tunc conturbáti ſunt príncipes Edom, robúſtos Moab obtínuit tremor; * obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat ſuper eos formído & pavor, * in magnitúdine bráchii tui:

Fiant immóbiles quaſi lapis, donec pertránſeat pópulus tuus, Dómine; * donec pertránſeat pópulus tuus iſte, quem poſſedíſti.

Introdúces eos, & plantábis in monte hæreditátis tuæ, * firmíſſimo habitáculo tuo, quod operátus es, Dómine:

Sanctuárium tuum, Dómine: * quod firmavérunt manus tuæ.

Dóminus regnábit * in ætérnum & ultrà.

Ingréſſus eſt enim eques Phárao cum cúrribus & equítibus ejus in mare; * & redúxit ſuper eos Dóminus aquas maris:

Fílii autem Iſraël ambulavérunt per ſiccum * in médio ejus.

Ant. Tua, Pater, providéntia gubérnat. *Sap.* 14. 3.

3.. à. Omnia.
ALMUS 134.
universa in popu-
suum beneficia lau-
us. Idolorum vani-

ıdáte nomen Dómi-
; * laudáte, servi,
um,
statis in domo Dó-
* in átriis domûs
tri.
áte Dóminum, quia
Dóminus; * psállite
ejus, quóniam

niam Jacob elégit
minus, * Israël in
ónem sibi.
ego cognóvi, quòd
est Dóminus, * &
noster præ ómnibus

ia quæcúmque vó-
Dóminus fecit * in
: in terra, in mari
nnibus abýssis.
ens nubes ab extré-
æ, * fúlgura in plú-
ecit;
prodúcit ventos de
is suis; * qui per-
rimogénita Ægýpti
nine usque ad pe-

isit signa & prodígia
lio tuî, Ægýpte; *
raónem, & in om-
vos ejus.
percússit gentes mul-
& occídit reges for-

n regem Amorrhæó-
: Og regem Basan,
nia regna Chánaan:

Et dedit terram eórum hæreditátem, * hæreditátem Israël pópulo suo.

Dómine, nomen tuum in ætérnum; * Dómine, memoriále tuum in generatiónem & generatiónem;

Quia judicábit Dóminus pópulum suum, * & in servis suis deprecábitur.

Simulácra géntium argéntum & aurum, * ópera mánuum hóminum:

Os habent, & non loquéntur; * óculos habent, & non vidébunt;

Aures habent, & non aúdient; * neque enim est spíritus in ore ipsórum.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes qui confídunt in eis.

Domus Israël, benedícite Dómino; * domus Aaron, benedícite Dómino.

Domus Levi, benedícite Dómino; * qui timétis Dóminum, benedícite Dómino;

Benedíctus Dóminus ex Sion, * qui hábitat in Jerúsalem.

Ant. Omnia in mensúra, & número, & póndere, dispusuísti. *Sap.* 11. 21.

CAPITULUM. *Philip.* 4. 6.

NIhil sollíciti sitis: sed in omni oratióne, & obsecratióne cum gratiárum actióne, petitiónes vestræ innotéscant apud Deum.

HYMNUS.

NON cæca sors mundum regit,
Nec versat humánas vices;
Has lege certâ pónderat
Inténtus è cœlo Deus.

Hic dat mori, dat vívere:
Hic sceptra Regum dírigit:
Pacísque solus árbiter,
Aut bella sedat, aut movet.

Hic ímpios ultrò sinit
Caput supérbum tóllere;
Sed imminéntem vértici
Cladem sceléfto præparat.

Hic paúperi tendens manum,
Humi jacéntem súblevat;
Tactus poténti dexterâ,
Dum dives ex alto ruit.

Seu te secúnda sors beat,
Advérsa seu te déprimit,
Dispénsat advérsam Deus,
Idémque mittit prósperam.

Tibi, Pater, cum Fílio,
Almo simul cum Spíritu,
Deo perénni, próvido,
Honor, decus, laus, glória. Amen.

℣. Ecce óculi Dómini super metuéntes eum, ℟. Et in eis qui sperant super misericórdia ejus. *Ps.* 32. 18.

Ad Benedíctus, *Ant.* 6. F. O quàm bonus, & suávis est, Dómine, spíritus tuus in ómnibus! *Sap.* 12. 1.

Suffragia habentur infrà post Completorium Sabbati.

AD PRIMAM.

Ant. 8. *g.* Cogitatiónes.

PSALMUS 9.

Ecclesia pro victoriis jam reportatis grates reddit, pro reportandis opem poscit.

COnfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo; * narrábo ómnia mirabília tua.

Lætábor & exultábo in te; * psallam nómini tuo, Altíssime.

In converténdo inimícum meum retrórsùm, * infirmabúntur, & períbunt à fácie tua.

Quóniam fecísti judícium meum & causam meam: * sedísti super thronum, qui júdicas justítiam.

Increpásti gentes, & périit ímpius: * nomen eórum delésti in ætérnum, & in séculum séculi.

Inimíci defecérunt frámeæ in finem; * & civitátes eórum destruxísti.

Périit memória eórum cum sónitu; * & Dóminus in ætérnum pérmanet.

Parávit in judício thronum suum; * & ipse judicábit orbem terræ in æquitáte, judicábit pópulos in justítia.

Et factus est Dóminus refúgium paúperi; * adjútor in opportunitátibus, in tribulátione.

Et sperent in te, qui novérunt nomen tuum; * quóniam non dereliquísti quæréntes te, Dómine.

e Dómino qui há-
Sion ; * annun-
er gentes stúdia

iam requírens sán-
, eórum recordá-
* non est oblítus
n paúperum.
isio Psalmi 9.
rére meî , Dómi-
: * vide humilitá-
am de inimícis

táltas me de portis
* ut annúntiem
udatiónes tuas in
liæ Sion.
ibo in salutári tuo :
sunt gentes in in-
em fecérunt.
ueo isto quem abs-
nt , * comprehén-
es eórum.
oscétur Dóminus
fáciens : * in
mánuum suárum
énsus est peccá-

ertántur peccató-
férnum , * omnes
uæ oblivíscúntur

iam non in finem
erit paúperis ; *
paúperum non
n finem.
e , Dómine , non
tur homo ; * judi-
entes in conspéctu

ítue , Dómine , le-
m super eos , * ut
entes quóniam hó-
ant.

Altera divisio Psalmi 9.
[*Secundùm Heb. Ps.* 10.]

UT quid , Dómine , recessísti longè , * déspicis in opportunitátibus , in tribulatióne ?

Dum supérbit ímpius , incénditur pauper : * comprehendúntur in consíliis quibus cógitant.

Quóniam laudátur peccátor in desidériis ánimæ suæ ; * & iníquus benedícitur.

Exacerbávit Dóminum peccátor , * secúndùm multitúdinem iræ suæ non quæret.

Non est Deus in conspéctu ejus : * inquinátæ sunt viæ illíus in omni témpore.

Auferúntur judícia tua à fácie ejus : * ómnium inimicórum suórum dominábitur.

Dixit enim in corde suo : * Non movébor à generatióne in generatiónem sinè malo.

Cujus maledictióne os plenum est , & amaritúdine & dolo : * sub lingua ejus labor & dolor.

Sedet in insídiis cum divítibus in occúltis ; * ut interfíciat innocéntem.

Oculi ejus in paúperem respíciunt : * insidiátur in abscóndito , quasi leo in spelúnca sua ;

Insidiátur ut rápiat paúperem ; * rápere paúperem dum áttrahit eum.

In láqueo suo humiliábit

eum ;* inclinábit se, & cadet cùm dominátus fúerit paúperum.

Dixit enim in corde suo : Oblitus est Deus, * avértit fáciem suam ne vídeat in finem.

Exúrge, Dómine Deus, exaltétur manus tua : * ne oblivíscáris paúperum.

Propter quid irritávit ímpius Deum ? * dixit enim in corde suo : Non requíret.

Vides, quóniam tu labórem & dolórem consíderas, * ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelíctus est pauper : * órphano tu eris adjútor.

Cóntere bráchium peccatóris & malígni : * quærétur peccátum illíus, & non inveniétur.

Dóminus regnábit in ætérnum, & in séculum séculi : * períbitis, gentes, de terra illíus.

Desidérium paúperum exaudívit Dóminus : * præparatiónem cordis eórum audívit auris tua.

Judicáre pupíllo & húmili, * ut non appónat ultrà magnificáre se homo super terram.

Ant. Cogitatiónes mortálium tímidæ, & incértæ providéntiæ nostræ. *Sap*. 9. 14.

Capitulum. *Eccli*. 2. 11.

RESpícite, fílii, natiónes hóminum, & scitóte quia nullus sperávit in Dómino, & confúsus est.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Pater.

Psalmus 5.

Ecclesia à Deo summè justo adversùs iniquos opem petit.

VErba mea aúribus pércipe, Dómine ; * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * Rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo ; * Dómine, manè exaúdies vocem meam.

Manè astábo tibi, & vidébo, * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malígnus, * neque permanébunt injústi ante óculos tuos.

Odísti omnes qui operántur iniquitátem ; * perdes omnes qui loquúntur mendácium.

Virum sánguinum & dolósum * abominábitur Dóminus.

Ego autem in multitúdine misericórdiæ tuæ introíbo in domum tuam, * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in justítia tua, propter inimícos meos : * dírige in conspéctu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum véritas ; * cor eórum vanum est.

Sepúlcrum patens est guttur eórum, linguis suis

dolósè agébant : * júdica illos, Deus.

Décidant à cogitatiónibus suis, * secúndùm multitúdinem impietátum eórum expélle eos, quóniam irritavérunt te, Dómine.

Et lætentur omnes qui sperant in te; * in ætérnum exultábunt, & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes qui díligunt nomen tuum; * quóniam tu benedíces justo.

Dómine, ut scuto bonæ voluntátis tuæ * coronásti nos.

PSALMUS 33.

Deus semper benedicendus : non est inopia timentibus eum.

BEnedícam Dóminum in omni témpore; * semper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea; * aúdiant mansuéti, & lætentur.

Magnificáte Dóminum mecum, * & exaltémus nomen ejus in idípsum.

Exquisívi Dóminum, & exaudívit me : * & ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me.

Accédite ad eum, & illuminámini; * & fácies vestræ non confundéntur.

Iste pauper clamávit, & Dóminus exaudívit eum, * & de ómnibus tribulatiónibus ejus salvávit eum.

Immíttet Angelus Dómini in circúitu timéntium eum, * & erípiet eos.

Gustáte, & vidéte quóniam suávis est Dóminus : * beátus vir qui sperat in eo.

Timéte Dóminum omnes sancti ejus; * quóniam non est inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt & esuriérunt; * inquiréntes autem Dóminum non minuéntur omni bono.

Divisio Psalmi 33.

VEníte, fílii, audíte me : * timórem Dómini docébo vos.

Quis est homo qui vult vitam, * díligit dies vidére bonos?

Próhibe linguam tuam à malo, * & lábia tua ne loquántur dolum.

Divérte à malo, & fac bonum : * inquíre pacem, & perséquere eam.

Oculi Dómini super justos; * & aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini super faciéntes mala; * ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt justi, & Dóminus exaudívit eos; * & ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos.

Juxtà est Dóminus iis qui tribuláto sunt corde; * & húmiles spíritu salvábit.

Multæ tribulatiónes justórum, * & de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Custódit Dóminus ómnia ossa eórum; * unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péssima: * & qui odérunt justum delínquent.

Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum; * & non delínquent omnes qui sperant in eo.

Ant. Pater, panem nostrum quotidiánum da nobis hódie. *Luc.* 11. 3.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 5. 6. 7.

HUmiliámini sub poténti manu Dei, ut vos exáltet in témpore visitatiónis: omnem sollicitúdinem vestram projiciéntes in eum, quóniam ipsi cura est de vobis.

℟. *breve.* Dóminus regit me, * Et nihil mihi déerit. ℟. Dóminus. ℣. In loco páscuæ ibi me collocávit. * Et nihil. Glória. ℟. Dóminus. *Ps.* 22. 1. 2.

℣. Dat escam omni carni, ℟. Quóniam in ætérnum misericórdia ejus. *Ps.* 135. 25.

AD SEXTAM.

Ant. 3. b. Deus.

PSALMUS 56.

Christi pro nobis patientis oratio: Resurrectio & ascensio ejus prænuntiantur.

MIserére meî, Deus, miserére meî; * quóniam in te confídit ánima mea;

Et in umbra alárum tuárum sperábo * donec tránseat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíssimum, * Deum qui benefécit mihi.

Misit de cœlo, & liberávit me; * dedit in oppróbrium conculcántes me.

Misit Deus misericórdiam suam & veritátem suam; * & erípuit ánimam meam de médio catulórum leónum; dormívi conturbátus.

Fílii hóminum, dentes eórum arma & sagíttæ, * & lingua eórum gládius acútus.

Exaltáre super cœlos, Deus; * & in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis, * & incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam, * & incidérunt in eam.

Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum; * cantábo & psalmum dicam.

Exúrge, glória mea; exúrge, psaltérium & cíthara; * exúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine, * & psalmum dicam tibi in géntibus.

Quóniam magnificáta est usque ad cœlos misericórdia tua, * & usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super cœlos, Deus, * & super omnem terram glória tua.

PSALMUS 93.

Ecclesia inter hujus mundi procellas auxilium petit à Deo superborum eversore.

DEus ultiónum Dóminus, * Deus ultiónum líberè egit.

Exaltáre, qui júdicas terram, * redde retributiónem supérbis.

Usquequò peccatóres, Dómine, * úsquequò peccatóres gloriabúntur?

Effabúntur & loquéntur iniquitátem, * loquéntur omnes qui operántur injustítiam.

Pópulum tuum, Dómine, humiliavérunt; * & hæreditátem tuam vexavérunt:

Víduam & ádvenam interfecérunt, * & pupíllos occidérunt:

Et dixérunt: Non vidébit Dóminus, * nec intélliget Deus Jacob.

Intellígite, insipiéntes in pópulo; * & stulti, aliquándo sápite.

Qui plantávit aurem, non aúdiet? * aut qui finxit óculum, non consíderat?

Qui córripit gentes, non árguet? * qui docet hóminem sciéntiam?

Dóminus scit cogitatiónes hóminum, * quóniam vanæ sunt.

Divisio Psalmi 93.

BEátus homo quem tu erudíeris, Dómine, * & de lege tua docúeris eum;

Ut mítiges ei à diébus malis, * donec fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repéllet Dóminus plebem suam, * & hæreditátem suam non derelínquet.

Quoadúsque justítia convertátur in judícium; * & qui juxta illam, omnes qui recto sunt corde.

Quis consúrget mihi advérsùs malignántes? * aut quis stabit mecum advérsùs operántes iniquitátem?

Nisì quia Dóminus adjúvit me, * paulò minùs habitásset in inférno ánima mea.

Si dicébam: Motus est pes meus; * misericórdia tua, Dómine adjuvábat me.

Secúndùm multitúdinem dolórum meórum in corde meo, * consolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam.

Numquid adhæret tibi sedes iniquitátis, * qui fingis labórem in præcépto?

Captábunt in ánimam justi; * & sánguinem innocéntem condemnábunt.

Et factus est mihi Dóminus in refúgium, * & Deus meus in adjutórium spei meæ.

Et reddet illis iniquitátem ipsórum, & in malítia eórum dispérdet eos; * dispérdet illos Dóminus Deus noster.

Ant. Deus dat ómnibus

vitam, & inſpiratiónem, & ómnia. *Act.* 17. 25.

CAPITULUM. *Eccle.* 5. 5.

NE dicas coram Angelo: Non eſt providéntia; ne fortè irátus Deus contra ſermónes tuos, díſſipet cuncta ópera mánuum tuárum.

℟. *breve.* Cantáte Dómino, * Et psállite ei. ℟. Cantáte. ℣. Narráte ómnia mirabília ejus. * Et. Glória. ℟. Cantáte. *Pſ.* 104. 2.

℣. Aperiénte te manum tuam, Dómine, ℟. Omnia implebúntur bonitáte. *Pſ.* 103. 28.

AD NONAM.

Ant. 7. d. Non eſt.

PSALMUS 43.

Eccleſia priora in ſe Dei beneficia recolens, poſterioraque exponens mala, opem ſibi a Deo poſcit.

DEus, aúribus noſtris audívimus, patres noſtri annuntiavérunt nobis opus, * quod operátus es in diébus eórum, & in diébus antíquis.

Manus tua gentes diſpérdidit; & plantáſti eos: * afflixíſti pópulos, & expulíſti eos.

Nec enim in gládio ſuo poſſedérunt terram, * & bráchium eórum non ſalvávit eos:

Sed déxtera tua, & bráchium tuum, & illuminátio vultûs tui; * quóniam complacuíſti in eis.

Tu es ipſe rex meus, & Deus meus, * qui mandas ſalútes Jacob.

In te inimícos noſtros ventilábimus cornu; * & in nómine tuo ſpernémus inſurgéntes in nobis.

Non enim in arcu meo ſperábo; * & gládius meus non ſalvábit me.

Salváſti enim nos de affligéntibus nos, * & odiéntes nos confudíſti.

Diviſio Pſalmi 43.

IN Deo laudábimur totâ die; * & in nómine tuo confitébimur in séculum.

Nunc autem repulíſti, & confudíſti nos; * & non egrediéris, Deus, in virtútibus noſtris.

Avertíſti nos retrórsùm poſt inimícos noſtros; * & qui odérunt nos diripiébant ſibi.

Dedíſti nos tanquam oves eſcárum; * & in géntibus diſpersíſti nos.

Vendidíſti pópulum tuũ ſinè prétio; * & non fuit multitúdo in commutatiónibus eórum.

Poſuíſti nos oppróbrium vicínis noſtris, * ſubſannatiónem & deríſum his qui ſunt in circúitu noſtro.

Poſuíſti nos in ſimilitúdinem géntibus, * commotiónem cápitis in pópulis.

Totâ die verecúndia mea contra me eſt, * & confúſio faciéi meæ coopéruit me,

A voce exprobrántis & obloquéntis, * à fácie inimíci & perſequéntis.

Hæc ómnia venérunt super nos, nec obliti sumus te, * & iníquè non égimus in testaménto tuo :

Et non recéssit retrò cor nostrum, * & declinásti sémitas nostras à via tua.

Quóniam humiliásti nos in loco afflictiónis, * & coopéruit nos umbra mortis.

Altera divisio Psal. 43.

SI obliti sumus nomen Dei nostri, * & si expándimus manus nostras ad Deum aliénum,

Nonne Deus requíret ista? * ipse enim novit abscóndita cordis.

Quóniam propter te mortificámur totâ die, * æstimáti sumus sicut oves occisiónis.

Exúrge, quare obdórmis, Dómine? * exúrge, & ne repéllas in finem.

Quare fáciem tuam avértis? * oblivísceris inópiæ nostræ, & tribulatiónis nostræ?

Quóniam humiliáta est in púlvere ánima nostra, * conglutinátus est in terra venter noster.

Exúrge, Dómine, ádjuva nos, * & rédime nos propter nomen tuum.

Ant. Non est sapiéntia, non est prudéntia, non est consílium contra Dóminum. *Prov.* 21. 30.

CAPITULUM. *Job.* 12. 13.

APud ipsum est sapiéntia & fortitúdo : ipse habet consílium & intelligéntiam.

℟. *breve.* Quò ibo * A spíritu tuo, Dómine. ℟. Quò ibo. ℣. Et quò à fácie tua fúgiam? * A spíritu. Glória. ℟. Quò ibo. *Ps.* 138. 7.

℣. Sémitam meam, & funículum meum investigásti, ℟. Et omnes vias meas prævidísti. *Ps.* 138. 3. 4.

AD VESPERAS.

Ant. 4. a. Deus.

PSALMUS 119.

Ecclesia vitæ præsentis mala luget.

AD Dóminum, cùm tribulárer, clamávi; * & exaudívit me.

Dómine, líbera ánimam meam à lábiis iníquis, * & à lingua dolósa.

Quid detur tibi, aut quid apponátur tibi, * ad linguam dolósam?

Sagíttæ poténtis acútæ, * cum carbónibus desolatóriis.

Heu mihi! quia incolátus meus prolongátus est; habitávi cum habitántibus Cedar; * multùm íncola fuit ánima mea.

Cum his qui odérunt pacem, eram pacíficus; * cùm loquébar illis, impugnábant me gratis.

Ant. Deus nos liberávit, & vocávit vocatióne suâ sanctâ. 2. *Tim.* 1. 9.

Ant. 8. G. Grátia.

PSALMUS 120.

Dominus custos Ecclesiæ suæ.

LEvávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum, * neque dormítet qui custódit te.

Ecce non dormitábit, neque dórmiet * qui custódit Israël.

Dóminus custódit te; Dóminus protéctio tua * super manum déxteram tuam.

Per diem sol non uret te, * neque luna per noctē.

Dóminus custódit te ab omni malo; * custódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus custódiat introítum tuum, & éxitum tuum * ex hoc nunc & usque in séculum.

Ant. Grátia data est nobis in Christo Jesu, ante témpora seculária. 2. *Tim.* 1. 9.

Ant. 2. D. Habémus.

PSALMUS 123.

Ecclesiæ à periculis ereptæ gratiarum actio.

NIsì quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Israël, * nisì quia Dóminus erat in nobis,

Cùm exúrgerent hómines in nos, * fortè vivos deglutíssent nos.

Cùm irasceré́tur furor eórum in nos, * fórsitan aqua absorbuísset nos.

Torréntem pertransívit ánima nostra; * fórsitan pertransísset ánima nostra aquam intolerábilem.

Benedíctus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima nostra, sicut passer, erépta est * de láqueo venántium;

Láqueus contrítus est, * & nos liberáti sumus.

Adjutórium nostrum in nómine Dómini, * qui fecit cœlum & terram.

Ant. Habémus thesaúrum istum in vasis fictílibus; ut sublímitas sit virtútis Dei, & non ex nobis. 2. *Cor.* 4. 7.

Ant. 3. *à.* Ait Deus.

PSALMUS 124.

Fidelium Deus ipse tutela. Iniqui perituri.

QUi confídunt in Dómino, sicut mons Sion; * non commovébitur in ætérnum qui hábitat in Jerúsalem.

Montes in circúitu ejus, * & Dóminus in circúitu pópuli sui ex hoc nunc & usque in séculum.

Quia non relínquet Dóminus virgam peccatórum super sortem justórum, * ut non exténdant justi ad iniquitátem manus suas.

Bénefac, Dómine, bonis, * & rectis corde.

Declinántes autem in obligatiónes addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem: * pax super Israël.

Ant. Ait Deus: Témpore accépto exaudívi te, & in die salútis adjúvi te. 2. *Cor.* 6. 2.

Ant. 7. *d.* Vult Deus.

PSALMUS 126.
Vani labores hominum quibus Deus non opitulatur.

NIsì Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisì Dóminus custodíerit civitátem, * frustrà vígilat quì custódit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquàm sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit diléctis suis somnum, * ecce hæréditas Dómini, filii, merces, fructus ventris.

Sicut sagíttæ in manu poténtis, * ità filii excussórum.

Beátus vir qui implévit desidérium suum ex ipsis; * non confundétur cùm loquétur inimícis suis in porta.

Ant. Vult Deus omnes hómines salvos fíeri, & ad agnitiónem veritátis veníre. 1. *Tim.* 2. 4.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 1. 13. 14.

SUccíncti lumbos mentis vestræ, sóbrii, perféctè speráte in eam quæ offértur vobis grátiam, in revelatiónem Jesu Christi, quasi filii obediéntiæ, non configuráti prióribus ignorántiæ vestræ desidériis.

HYMNUS.

SUPERBA gens mortálium,
Fastu profáno quid tumes?
Quodcúmque rectum pérficis,
Dei favéntis munus est.

NIL víribus debes tuis:
Ni, fons salútis, grátia
Tuos labóres próvehat,
Nil vana virtus ésficit.

DAT velle, dat rectum sequi,
Dat ipse, quod jubet Deus:
Dum nos corónat, & sua
Simul corónat múnera.

POSCAMUS ergo súpplices
Cœléste donum grátiæ:
Nec, spontè quod præbet Deus,
Rebélle pectus réspuat.

SIT laus Patri, laus Fílio,
Sit par tibi laus, Spíritus:
De corde nostro fac tuæ
Virtus triúmphet grátiæ.
Amen.

℣. Quid est homo, Dómine, quòd memor es ejus?
℟. Aut fílius hóminis, quóniam vísitas eum? *Ps.* 8. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Deus, qui dives est in misericórdia, propter nímiam caritátem suam quâ diléxit nos, & cùm essémus mórtui peccátis, convivificávit nos in Christo. *Eph.* 2. 4. 5.

Suffragia habentur infrà post Completorium Sabbati.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 3. *a.* Ipse.

PSALMUS 10.
Animæ in Deo confidentis securitas.

IN Dómino confído: * quómodo dícitis ánimæ meæ; Tránsmigra in mon-

rem ſicut paſſer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt ſagíttas ſuas in pháretra, * ut ſagíttent in obſcúro rectos corde.

Quóniam quæ perfecíſti, deſtruxérunt: * juſtus autem quid fecit?

Dóminus in templo ſancto ſuo, * Dóminus in cœlo ſedes ejus:

Oculi ejus in paúperem reſpíciunt; * pálpebræ ejus intérrogant fílios hóminum.

Dóminus intérrogat juſtum & ímpium: * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam ſuam.

Pluet ſuper peccatóres láqueos: * ignis, & ſulphur, & ſpíritus procellárum, pars cálicis eórum.

Quóniam juſtus Dóminus, & juſtítias diléxit: * æquitátem vidit vultus ejus.

PSALMUS II.

Juſtorum paucitas. Eloquiorum Domini laus.

SAlvum me fac, Dómine, quóniam defécit ſanctus, * quóniam diminútæ ſunt veritátes à fíliis hóminum.

Vana locúti ſunt unuſquíſque ad próximum ſuum; * lábia dolóſa, in corde & corde locúti ſunt.

Diſpérdat Dóminus univérſa lábia dolóſa, * & linguam magníloquam,

Qui dixérunt: Linguam noſtram magnificábimus, lábia noſtra à nobis ſunt; * quis noſter Dóminus eſt?

Propter miſériam ínopum, & gémitum paúperum, * nunc exúrgam, dicit Dóminus.

Ponam in ſalutári; * fiduciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia caſta; * argéntum igne examinátum, probátum terræ, purgátum ſéptuplùm.

Tu, Dómine, ſervábis nos: * & cuſtódies nos à generatióne hac in ætérnum.

In circúitu ímpii ámbulant: * ſecúndùm altitúdinem tuam multiplicáſti fílios hóminum.

PSALMUS 12.

Animæ fidelis in tribulatione ad Deum deprecatio.

USquequò, Dómine, oblivíſceris me in finem? * úſquequò avértis fáciem tuam à me?

Quándiu ponam consília in ánima mea, * dolórem in corde meo per diem?

Uſquequò exaltábitur inimícus meus ſuper me? * réſpice, & exaúdi me, Dómine Deus meus.

Illúmina óculos meos, ne unquam obdórmiam in morte: * nequándo dicat inimícus meus: Præválui advérsùs eum.

Qui tríbulant me, exultábunt ſi motus fúero; * ego autem in miſericórdia tua ſperávi.

Exultábit cor meum in ſalutári tuo: * cantábo Dó-

mino qui bona tríbuit mihi, & psallam nómini Dómini altíssimi.

Ant. Ipse Spíritus testimónium reddit spirítui nostro, quòd sumus fílii Dei. *Rom.* 8. 16.

Hymnus. Grates peráсto jam die. *Infrà.*

CAPITULUM. I. *Petr.* 5. 8. 9.

SObrii estóte & vigiláte; quia adversárius vester diábolus tanquam leo rúgiens círcuit, quærens quem dévoret; cui resístite fortes in fide.

℟. *breve.* In manus. *Infrà.*

Ad Nunc dimíttis. *Ant.* 5. a. Grátia Dei vita ætérna, in Christo Jesu Dómino nostro. *Rom.* 6. 23.

Preces & Oratio, infrà.

FERIA QUARTA, AD OFFIC. NOCTURN.

Invitatorium. Unum Legislatórem Dóminum, * Veníte, adorémus. *Jac.* 4. 12.

Psalmus Veníte. *p.* 2.

HYMNUS.

DE montis alto cúlmine
Clangunt tubæ, fulmen micat,
Ignes corúscant fúlgurum,
Numénque præsens núntiant.

VOCEM Tonántis árbitram
Arrécta tellus aúdiat;
Legem veréndi Núminis,
Orbis, tremíscens áccipe.

QUI jura præscrípsit polo,
Astrísque signávit viam,
Fluctus maris qui témperat,
Hic jussa dat mortálibus.

HUIC terra, pontus, sídera,
Cultu perénni sérviunt;
An sola gens mortálium
Cultum rebéllis ábnuat?

PRÆSTA, beáta Trínitas,
Ut, legis ad facem tuæ,
Vitémus omne quod vetas,
Sectémur omne quod jubes. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Deus.

PSALMUS 36.

Lex Dei perseveranter servanda. Bonorum & malorum quàm dispar status & exitus.

NOli æmulári in malignántibus, * neque zeláveris faciéntes iniquitátem:

Quóniam tanquam fœnum velóciter aréscent; * & quemádmodum ólera herbárum citò décident.

Spera in Dómino, & fac bonitátem; * & inhábita terram, & pascéris in divítiis ejus.

Delectáre in Dómino; * & dabit tibi petitiónes cordis tui.

Revéla Dómino viam tuam, & spera in eo; * & ipse fáciet.

Et edúcet quasi lumen justítiam tuam, * & judícium tuum tanquam merídiem.

Súbditus esto Dómino, * & ora eum.

Noli æmulári in eo qui prosperátur in via sua ; * in hómine faciénte injustítias.

Désine ab ira, & derelínque furórem ; * noli æmulári ut malignéris :

Quóniam qui malignántur, exterminabúntur ; * sustinéntes autem Dóminum, ipsi hæreditábunt terram.

Et adhuc pusíllum, & non erit peccátor ;* & quæres locum ejus, & non invénies.

Mansuéti autem hæreditábunt terram ; * & delectabúntur in multitúdine pacis.

Obsérvábit peccátor justum, * & stridébit super eum déntibus suis.

Dóminus autem irridébit eum, * quóniam próspicit quòd véniet dies ejus.

Gládium evaginavérunt peccatóres, intendérunt arcum suum ; * ut dejíciant paúperem & ínopem, ut trucídent rectos corde.

Gládius eórum intret in corda ipsórum ; * & arcus eórum confringátur.

Mélius est módicum justo,* super divítias peccatórum multas ;

Quóniam bráchia peccatórum conteréntur ; * confírmat autem justos Dóminus.

Divisio Psalmi 36.

NOvit Dóminus dies immaculatórum, * & hæréditas eórum in ætérnum erit.

Non confundéntur in témpore malo, * & in diébus famis saturabúntur :

Quia peccatóres * períbunt :

Inimíci verò Dómini, mox ut honorificáti fúerint & exaltáti, * deficiéntes quemádmodum fumus defícient.

Mutuábitur peccátor, & non solvet : * justus autem miserétur, & tríbuet.

Quia benedicéntes ei hæreditábunt terram ; * maledicéntes autem ei dispeﾭríbunt.

Apud Dóminum gressus hóminis dirigéntur ; * & viam ejus volet.

Cùm cecíderit, non collidétur ; * quia Dóminus suppónit manum suam.

Júnior fui, étenim sénui ; * & non vidi justum derelíctum, nec semen ejus quærens panem.

Totâ die miserétur & cómmodat ; * & semen illíus in benedictióne erit.

Declína à malo, & fac bonum ; * & inhábita in séculum sécuii.

Quia Dóminus amat judícium, & non derelínquet sanctos suos ; * in ætérnum conservabúntur.

Injústi puniéntur, * & semen impiórum períbit.

Justi autem hæreditábunt terram, * & inhabitábunt in séculum séculi super eam.

Altera divisio Psal. 36.

OS justi meditábitur sapiéntiam, * & lingua ejus loquétur judícium.

Lex Dei ejus in corde ipsíus; * & non supplantabúntur gressus ejus.

Consíderat peccátor justum, * & quærit mortificáre eum;

Dóminus autem non derelínquet eum in mánibus ejus; * nec damnábit eum cùm judicábitur illi.

Expécta Dóminum, * & custódi viam ejus:

Et exaltábit te, ut hæreditáte cápias terram: * cùm períerint peccatóres, vidébis.

Vidi ímpium superexaltátum, * & elevátum sicut cedros Líbani:

Et transívi, & ecce non erat; * & quæsívi eum, & non est invéntus locus ejus.

Custódi innocéntiam, & vide æquitátem; * quóniam sunt relíquiæ hómini pacífico.

Injústi autem disperíbunt simul: * relíquiæ impiórum interíbunt:

Salus autem justórum à Dómino, * & protéctor eórum in témpore tribulatiónis.

Et adjuvábit eos Dóminus, & liberábit eos; & éruet eos à peccatóribus, & salvábit eos; * quia speravérunt in eo.

Ant. Deus excélsus in fortitúdine sua; & nullus ei símilis in legislatóribus. *Job.* 36. 22.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. f. In déxtera.

PSALMUS 48.

Homo de pristino suo statu per peccatum lapsus, divitiis non redimitur: nil contra infernum prosunt opes.

AUdíte hæc, omnes gentes, * auríbus percípite, omnes qui habitátis orbem,

Quique terrígenæ, & fílii hóminum, * simul in unum dives & pauper.

Os meum loquétur sapiéntiam, * & meditátio cordis mei prudéntiam.

Inclinábo in parábolam aurem meam, * apériam in psaltério propositiónem meam.

Cur timébo in die mala? * iníquitas calcánei mei circúmdabit me.

Qui confídunt in virtúte sua, * & in multitúdine divitiárum suárum gloriántur.

Frater non rédimit, rédimet homo? * non dabit Deo placatiónem suam,

Et prétium redemptiónis ánimæ suæ: * & laborábit in ætérnum, & vivet adhuc in finem.

Non vidébit intéritum, cùm víderit sapiéntes moriéntes: * simul insípiens & stultus períbunt.

Et relínquent aliénis divítias suas; * & sepúlcra eórum domus illórum in ætérnum.

Tabernácula eórum in progénie & progénie : * vocavérunt nómina sua in terris suis.

Et homo, cùm in honóre esset, non intelléxit : * comparátus est juméntis insipiéntibus, & símilis factus est illis.

Hæc via illórum scándalum ipsis : * & pósteà in ore suo complacébunt.

Sicut oves in inférno pósiti sunt : * mors depáscet eos.

Et dominabúntur eórum justi in matutíno : * & auxílium eórum veteráscet in inférno à glória eórum.

Verúmtamen Deus rédimet ánimam meam de manu ínferi, * cùm accéperit me.

Divisio Psalmi 48.

Ne timúeris cùm dives factus fúerit homo, * & cùm multiplicáta fúerit glória domûs ejus.

Quóniam cùm interíerit, non sumet ómnia; * neque descéndet cum eo glória ejus :

Quia ánima ejus in vita ipsíus benedicétur; * confitébitur tibi, cùm benefé-ceris ei.

Introíbit usque in progénies patrum suórum; * & usque in ætérnum non vidébit lumen.

Homo, cùm in honóre esset, non intelléxit : * comparátus est juméntis insipiéntibus, & símilis factus est illis.

PSALMUS 52.

Impii frustrà sibi dicunt Deum non esse. Christi adventus postulatur.

Dixit insípiens in corde suo : * Non est Deus.

Corrúpti sunt, & abomi-nábiles facti sunt in iniquitátibus : * non est qui fáciat bonum.

Deus de cœlo prospéxit super fílios hóminum, * ut vídeat si est intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, simul inútiles facti sunt; * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Nonne scient omnes qui operántur iniquitátem, * qui dévorant plebem meã, ut cibum panis ?

Deum non invocavérunt : * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Deus dissipávit ossa eórum qui homínibus placent : * confúsi sunt, quóniam Deus sprevit eos.

Quis dabit ex Sion salutáre Israël ? * cùm convérterit Deus captivitátem plebis suæ, exultábit Jacob, & lætábitur Israël.

Ant. In déxtera ejus ígnea lex : diléxit pópulos. *Deut.* 33. 2. 3.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Mandátum.

PSALMUS 72.

Dum improbi in hac vita videntur felices, probi, quòd sua quemque ma-

neant præmia, consolatione levantur.

QUàm bonus Israël Deus * his qui recto sunt corde!

Mei autem penè moti sunt pedes, * penè effusi sunt gressus mei:

Quia zelávi super iníquos, * pacem peccatórum videns:

Quia non est respéctus morti eórum, * & firmaméntum in plaga eórum:

In labóre hóminum non sunt, * & cum homínibus non flagellabúntur.

Ideò ténuit eos supérbia, * opérti sunt iniquitáte, & impietáte suâ:

Pródiit quasi ex ádipe iníquitas eórum; * transiérunt in afféctum cordis:

Cogitavérunt, & locúti sunt nequítiam, * iniquitátem in excélso locúti sunt:

Posuérunt in cœlum os suum, * & lingua eórum transívit in terra.

Ideò convertétur pópulus meus hîc, * & dies pleni inveniéntur in eis.

Et dixérunt: Quómodo scit Deus? * &, si est sciéntia in Excélso?

Ecce ipsi peccatóres, & abundántes in século * obtinuérunt divítias.

Et dixi: Ergo sinè causa justificávi cor meum, * & lavi inter innocéntes manus meas:

Et fui flagellátus totâ die, * & castigátio mea in matutínis.

Si dicébam: Narrábo sic; * ecce natiónem filiórum tuórum reprobávi.

Existimábam ut cognóscerem hoc; * labor est ante me,

Donec intrem in sanctuárium Dei, * & intélligam in novíssimis eórum.

Verúmtamen propter dolos posuísti eis, * dejecísti eos dum allevaréntur.

Quómodo facti sunt in desolatiónem! * súbitò defecérunt, periérunt propter iniquitátem suam.

Velut sómnium surgéntium, * Dómine, in civitáte tua imáginem ipsórum ad níhilum rédiges.

Quia inflammátum est cor meum, & renes mei commutáti sunt; * & ego ad níhilum redáctus sum, & nescívi.

Ut juméntum factus sum apud te; * & ego semper tecum.

Divisio Psalmi 72.

TEnuísti, [Dómine], manum déxteram meam, & in voluntáte tua deduxísti me, * & cum glória suscepísti me.

Quid enim mihi est in cœlo? * & à te quid vólui super terram?

Defécit caro mea, & cor meum; * Deus cordis mei, & pars mea Deus in ætérnum.

Quia ecce, qui elóngant se à te, períbunt; * perdidísti omnes qui fornicántur abs te.

Mihi autem adhærére Deo bonum est, * pónere in Dómino Deo spem meam ;.

Ut annúntiem omnes prædicatiónes tuas,* in portis fíliæ Sion.

PSALMUS 74.

Frustrà extollunt se iniqui : Deus judex est.

CONfitébimur tibi, Deus ; * confitébimur, & invocábimus nomen tuum.

Narrábimus mirabília tua * : cùm accépero tempus, ego justítias judicábo.

Liquefácta est terra, & omnes qui hábitant in ea ; * ego confirmávi colúmnas ejus.

Dixi iníquis : Nolíte iníquè ágere ; * & delinquéntibus : Nolíte exaltáre cornu :

Nolíte extóllere in altum cornu vestrum, * nolíte loqui advérsùs Deum iniquitátem.

Quia neque ab Oriénte, neque ab Occidénte, * neque à desértis móntibus.

Quóniam Deus judex est, * hunc humíliat, & hunc exáltat :

Quia calix in manu Dómini vini meri plenus mixto, * & inclinávit ex hoc in hoc ;

Verúmtamen fæx ejus non est exinaníta ; * bibent omnes peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in séculum ; * cantábo Deo Jacob :

Et ómnia córnua peccatórum confríngam ; * & exaltabúntur córnua justi.

Ant. Mandátum lucérna est ; & lex lux ; & via vitæ increpátio disciplínæ. *Prov. 6. 23.*

℣. Lex Dómini immaculáta, convértens ánimas :

℟. Testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans párvulis. *Ps.* 18. 8.

Pater noster, &c. *ut suprà.*

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Beátus homo quem tu erudíeris, Dómine. ℟. Et de lege tua docúeris eum. *Ps.* 93. 12.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 8. *g.* Ad montem.

PSALMUS 67.

Carmen triumphale de Christi & Ecclesiæ victoriis ab Ascensione Christi usque ad ultimum ejus adventum.

EXúrgat Deus, & dissipéntur inimíci ejus ; * & fúgiant qui odérunt eum à fácie ejus :

Sicut déficit fumus, defíciant : * sicut fluit cera à fácie ignis, sic péreant peccatóres à fácie Dei.

Et justi epuléntur, & exúltent in conspéctu Dei,* & delecténtur in lætítia.

Cantáte Deo, psalmum dícite nómini ejus : * iter fácite ei qui ascéndit super occásum ; Dóminus nomen illi.

Exultáte in conspéctu

:urbabúntur à fácie
atris orphanórum,
is viduárum.
in loco sancto suo;*
ui inhabitáre facit
ioris in domo.
edúcit vinctos in
line, * símiliter eos
sperant, qui hábi-
sepúlcris.
:,cùm egrederéris in
ctu pópuli tui,* cùm
síres in desérto,
a mota est,* étenim
istillavérunt à fácie
inaï, à fácie Dei

iam voluntáriam se-
is, Deus, hæreditáti
& infirmáta est, tu
:rfecísti eam.
nália tua habitábunt
* parásti in dulcédi-
paúperi, Deus.
. Ad montem Sínaï
dísti, Dómine, &
s es cum pátribus no-
e cœlo. 2. *Esdr.*

. 7. d. Dedísti.
visio Psalmi 67.
minus dabit verbum
rangelizántibus, *
: multâ.
virtútum dilécti, di-
* & speciéi domûs
re spólia.
ormiátis inter médios
, * pennæ colúmbæ
:ntátæ, & posterióra
jus in pallóre auri.
n discérnit cœléstis
super eam, * nive
búntur in Selmon.
is Dei, mons pin-
guis; * mons coagulátus,
mons pinguis:

Ut quid suspicámini
montes coagulátos? * mons
in quo beneplácitum est
Deo habitáre in eo, étenim Dóminus habitábit in
finem.

Currus Dei decem míllibus múltiplex, míllia lætántium :* Dóminus in eis
in Sina, in sancto.

Ascendísti in altum, cepísti captivitátem; * accepísti dona in homínibus.

Etenim non credéntes *
inhabitáre Dóminum Deū.

Benedíctus Dóminus die
quotídie: * prósperum iter
fáciet nobis Deus salutárium nostrórum.

Deus noster, Deus salvos faciéndi; * & Dómini
Dómini éxitus mortis.

Verúmtamen Deus confrínget cápita inimicórum
suórum; * vérticem capílli
perambulántium in delíctis
suis.

Dixit Dóminus: Ex Basan convértam, * convértam in profúndum maris:

Ut intingátur pes tuus in
sánguine, * lingua canum
tuórum ex inimícis ab ipso.

Ant. Dedísti eis judícia
recta & legem veritátis,
ceremónias & præcépta bona. 2. *Esdr.* 9. 13.

Ant. 1. a. Non.

Altera divisio Psal. 67.

VIdérunt ingréssus tuos,
Deus, * ingréssus Dei
mei, Regis mei qui est in
sancto.

Prævenérunt príncipes conjúncti psalléntibus, * in médio juvenculárum tympanistriárum.

In ecclésiis benedícite Deo, * Dómino de fóntibus Israël.

Ibi Bénjamin adolescéntulus, * in mentis excéssu.

Príncipes Juda duces eórum; * príncipes Zabúlon, príncipes Néphthali.

Manda, Deus, virtúti tuæ: * confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis.

A templo tuo in Jerúsalem, * tibi ófferent reges múnera.

Increpa feras arúndinis, congregátio taurórum in vaccis populórum, * ut exclúdant eos qui probáti sunt argénto.

Díssipa gentes quæ bella volunt: * vénient legáti ex Ægýpto, Æthiópia prævéniet manus ejus Deo.

Regna terræ, cantáte Deo; * psállite Dómino, psállite Deo,

Qui ascéndit super cœlum cœli ad Oriéntem; * ecce dabit voci suæ vocem virtútis.

Date glóriam Deo; * super Israël magnificéntia ejus, & virtus ejus in núbibus.

Mirábilis Deus in sanctis suis, Deus Israël, ipse dabit virtútem & fortitúdinem plebi suæ: * benedíctus Deus.

Ant. Non nativitátis fructus pascunt hómines; sed sermo tuus, hos qui in te credíderint, consérvat. *Sap.* 16. 26.

Ant. 3. c. Custódis.

CANTICUM BARUCH. *c.* 4. *v.* 1. *ad* 4.

Beati qui Dei legem habent & tenent.

OMnes qui tenent legem, pervénient ad vitam; * qui autem derelíquérunt eam, in mortem.

Convértere, Jacob, * & apprehénde eam;

Ambula per viam ad splendórem ejus, * contra lumen ejus.

Ne tradas álteri glóriam tuam, * & dignitátem tuam genti aliénæ.

Beáti sumus, Israël; * quia quæ Deo placent, manifésta sunt nobis.

Ant. Custódis pactum & misericórdiam servis tuis, qui ámbulant coram te in toto corde suo. 3. *Reg.* 8. 23.

Ant. 5. a. Convérte nos.

PSALMUS 146.

Laudandus Deus, cui beneplacitum est super timentes eum.

LAudáte Dóminum, quóniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit jucúnda, decóraque laudátio.

Ædíficans Jerúsalem Dóminus, * dispersiónes Israélis congregábit:

Qui sanat contrítos corde, * & álligat contritiónes eórum:

Qui númerat multitúdi-

llárum, * & ómni-
ıómina vocat.
us Dóminus noster,
a virtus ejus; * &
e ejus non est nú-

piens mansuétos
is; * humílians au-
ccatóres usque ad

nite Dómino in
ne; * psállite Deo
ı cíthara,
iperit cœlum núbi-
& parat terræ plú-

roducit in mónti-
ium, * & herbam
hóminum:
lat juméntis escam
, * & pullis corvó-
ocántibus eum.
in fortitúdine equi
tem habébit; * nec
viri beneplácitum

plácitum est Dómi-
timéntes eum, * &
qui sperant super
rdia ejus.
Convérte nos, Dó-
d te, & converté-
nova dies nostros,
princípio. *Orat.*
ıı.
ULUM. *Josue.* 1. 8.
ı recédat volúmen
is hujus ab ore tuo:
litáberis in eo dié-
ıóctibus, ut custó-
fácias ómnia quæ
unt in eo.
YMNUS.
e jussa saxo crédidit
vína, cælans déxte-
a,

Ætérna dudùm véritas
In corde nostro scúlpserat.
O SANCTA lex, certam poli
Pandis viam mortálibus;
Tu méntibus præfers facem,
Gressúsque nostros dírigis.
ERRORIS expers ámbulat
Quicúmque te velit ducem;
A calle dévius perit
Te quisquis amens ábdicat.
VITAM dabis fidélibus,
Necem mináris ímpiis;
Si pœna terret ímminens,
Accéndat ingens prǽmium.
PRÆSTA, beáta Trínitas,
Ut, legis ad facem tuæ,
Vitémus omne quod vetas,
Sectémur omne quod jubes. Amen.

℣. Non fecit táliter omni natióni, ℟. Et judícia sua non manifestávit eis. *Psal.* 147. 20.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. Super ómnibus his, Dómine, nos ipsi percútimus fœdus. 2. *Esdr.* 9. 38.

Suffragia habentur infrà post Completorium Sabbati.

AD PRIMAM.

Ant. 8. c. Hæc est.

PSALMUS 88.

Misericordia & veritas Dei in populum suum celebranda. Promissiones quas Christo & Ecclesiæ fecit, immutabiles sunt; nec adversis hujus vitæ dolentur.

MIsericórdias Dómini* in ætérnum cantábo.
In generatiónem & ge-

neratiónem * annuntiábo veritátem tuam in ore meo;

Quóniam dixísti: In ætérnum misericórdia ædificábitur in cœlis, * præparábitur véritas tua in eis:

Dispósui testaméntum eléctis meis, * jurávi David servo meo:

Usque in ætérnum præparábo semen tuum; * & ædificábo in generatiónem & generatiónem sedem tuam.

Confitebúntur cœli mirabília tua, Dómine; * étenim veritátem tuam in ecclésia sanctórum.

Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino,* símilis erit Deo in fíliis Dei?

Deus qui glorificátur in concílio sanctórum, * magnus & terríbilis super omnes qui in circúitu ejus sunt.

Dómine Deus virtútum, quis símilis tibi? * potens es, Dómine, & véritas tua in circúitu tuo.

Tu domináris potestáti maris, * motum autem flúctuum ejus tu mítigas.

Tu humiliásti sicut vulnerátum, supérbum; * in bráchio virtútis tuæ dispersísti inimícos tuos.

Tui sunt cœli, & tua est terra; orbem terræ, & plenitúdinem ejus tu fundásti: * aquilónem & mare tu creásti.

Thabor & Hermon in nómine tuo exultábunt: * tuum bráchium cum poténtia.

Firmétur manus tua, & exaltétur déxtera tua: * justítia & judícium præparátio sedis tuæ.

Misericórdia & véritas * præcédent fáciem tuam.

Divisio Psalmi 88.

Beátus pópulus qui scit jubilatiónem: * Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt;

Et in nómine tuo exultábunt totâ die; * & in justítia tua exaltabúntur.

Quóniam glória virtútis eórum tu es: * & in beneplácito tuo exaltábitur cornu nostrum:

Quia Dómini est assúmptio nostra, * & Sancti Israël, Regis nostri.

Tunc locútus es in visióne sanctis tuis, & dixísti: * Pósui adjutórium in poténte, & exaltávi eléctum de plebe mea.

Invéni David servum meum, * óleo sancto meo unxi eum:

Manus enim mea auxiliábitur ei,* & bráchium meum confortábit eum:

Nihil profíciet inimícus in eo, * & fílius iniquitátis non appónet nocére ei.

Et concídam à fácie ipsíus inimícos ejus, * & odiéntes eum in fugam convértam.

Et véritas mea, & misericórdia mea cum ipso: * & in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Et ponam in mari manum ejus, * & in flumínibus déxteram ejus.

Ipse invocábit me: Pater meus es tu, * Deus meus, & suscéptor salútis meæ :
Et ego primogénitum ponam illum, * excélsum præ régibus terræ.
In ætérnum servábo illi misericórdiam meam, * & testaméntum meum fidéle ipsi.
Et ponam in séculum séculi semen ejus, * & thronum ejus sicut dies cœli.
Si autem derelíquerint filii ejus legem meam, * & in judíciis meis non ambuláverint:
Si justítias meas profanáverint, * & mandáta mea non custodíerint:
Visitábo in virga iniquitátes eórum, * & in verbéribus peccáta eórum:
Misericórdiam autem meam non dispérgam ab eo, * neque nocébo in veritáte mea:
Neque profanábo testaméntum meum, * & quæ procédunt de lábiis meis non fáciam írrita.

Altera divisio Psal. 88.

SEmel jurávi in sancto meo, * si David méntiar:
Semen ejus in ætérnum manébit; * & thronus ejus sicut sol in conspéctu meo:
Et sicut luna perfécta in ætérnum; * & testis in cœlo fidélis.
Tu verò repulísti, & despexísti, * distulísti christum tuum:
Evertísti testaméntum servi tui, * profanásti in terra sanctuárium ejus:
Destruxísti omnes sepes ejus, * posuísti firmaméntum ejus formídinem:
Diripuérunt eum omnes transeúntes viam: * factus est oppróbrium vicínis suis:
Exaltásti déxteram depriméntium eum, * lætificásti omnes inimícos ejus:
Avertísti adjutórium gládii ejus, * & non es auxiliátus ei in bello:
Destruxísti eum ab emundatióne, * & sedem ejus in terram collisísti:
Minorásti dies témporis ejus, * perfudísti eum confusióne.
Usquequò, Dómine, avértis in finem, * exardéscet sicut ignis ira tua?
Memoráre quæ mea substántia: * numquid enim vanè constituísti omnes fílios hóminum?
Quis est homo qui vivet, & non vidébit mortem? * éruet ánimam suam de manu ínferi?
Ubi sunt misericórdiæ tuæ antíquæ, Dómine, * sicut jurásti David in veritáte tua?
Memor esto, Dómine, oppróbrii servórum tuórum, * quod contínui in sinu meo, multárum géntium:
Quod exprobravérunt inimíci tui, Dómine, * quod exprobravérunt commutatiónem christi tui.
Benedíctus Dóminus in ætérnum. * Fiat, fiat.

Ant. Hæc est cáritas Dei, ut mandáta ejus custodiámus. 1. *Joan.* 5. 3.

CAPITULUM. *Eph.* 5. 8. 9. 10.

ERátis aliquándo ténebræ, nunc autem lux in Dómino; ut fílii lucis ambuláte; fructus enim lucis est in omni bonitáte, & justítia, & veritáte, probántes quid sit beneplácitum Deo.

AD TERTIAM.

Ant. 4. A. Deus.

PSALMUS 28.

Christi regnum: vox prædicationis evangelicæ.

AFférte Dómino, fílii Dei, * afférte Dómino fílios aríetum.

Afférte Dómino glóriam & honórem, afférte Dómino glóriam nómini ejus; * adoráte Dóminum in átrio sancto ejus.

Vox Dómini super aquas, Deus majestátis intónuit; * Dóminus super aquas multas.

Vox Dómini in virtúte, * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringéntis cedros; * & confrínget Dóminus cedros Líbani.

Et comminúet eas tanquam vítulum Líbani: * & diléctus quemádmodum fílius unicórnium.

Vox Dómini intercidéntis flammam ignis: vox Dómini concutiéntis desértum; * & commovébit Dóminus desértum Cades.

Vox Dómini præparántis cervos, & revelábit condénsa; * & in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit; * & sedébit Dóminus rex in ætérnum.

Dóminus virtútem pópulo suo dabit; * Dóminus benedícet pópulo suo in pace.

PSALMUS 49.

Ultimus Christi adventus prænuntiatur. Non ex cæsis victimis, sed ex animi puritate judicandi homines.

DEus deórum Dóminus locútus est, * & vocávit terram à solis ortu usque ad occásum.

Ex Sion spécies decóris ejus: * Deus maniféstè véniet; Deus noster, & non silébit.

Ignis in conspéctu ejus exardéscet; * & in circúitu ejus tempéstas válida.

Advocábit cœlum desúrsùm, & terram, * discérnere pópulum suum.

Congregáte illi sanctos ejus, * qui órdinant testaméntum ejus super sacrifícia.

Et annuntiábunt cœli justítiam ejus, * quóniam Deus judex est.

Divisio Psalmi 49.

AUdi, pópulus meus, & loquar; Israël, & testificábor tibi: * Deus Deus tuus ego sum.

Non in sacrifíciis tuis árguam te; * holocaústa autem tua in conspéctu meo sunt semper.

Non accípiam de domo tua vítulos, * neque de grégibus tuis hircos;

Quóniam meæ sunt omnes feræ sylvárum, * juménta in móntibus, & boves.

Cognóvi ómnia volatília cœli; * & pulchritúdo agri mecum est.

Si esuríero, non dicam tibi; * meus est enim orbis terræ, & plenitúdo ejus.

Numquid manducábo carnes taurórum, * aut sánguinem hircórum potábo?

Immola Deo sacrifícium laudis, * & redde Altíssimo vota tua.

Et ínvoca me in die tribulatiónis: * éruam te, & honorificábis me.

Peccatóri autem dixit Deus: * Quare tu enárras justítias meas, & assúmis testaméntum meum per os tuum?

Tu verò odísti disciplínam, * & projecísti sermónes meos retrórsùm.

Si vidébas furem, currébas cum eo; * & cum adúlteris portiónem tuam ponébas.

Os tuum abundávit malítiâ, * & lingua tua concinnábat dolos.

Sedens advérsùs fratrem tuum loquebáris, & advérsùs fílium matris tuæ ponébas scándalum: * hæc fecísti, & tácui.

Existimásti iníquè, quòd ero tuî símilis: * árguam te, & státuam contra fáciem tuam.

Intellígite hæc, qui obliviscímini Deum; * nequándo rápiat, & non sit qui erípiat.

Sacrifícium laudis honorificábit me: * & illic iter, quo osténdam illi salutáre Dei.

Ant. Deus cáritas est; & qui manet in caritáte in Deo manet, & Deus in eo. 1. *Joan.* 4. 16.

CAPITULUM. *Deut.* 6. 4. 5.

AUdi, Israël; Dóminus Deus noster, Dóminus unus est. Díliges Dóminum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex tota fortitúdine tua.

℟. *breve.* Quid mihi est in cœlo, & * A te quid vólui super terram? ℟. Quid. ℣. Deus cordis mei & pars mea. * A te. Glória. ℟. Quid. *Ps.* 72. 25. 26.

℣. Mihi adhærére Deo bonum est, ℟. Pónere in Dómino Deo spem meam. *Ps.* 72. 28.

AD SEXTAM.

Ant. 3. à. Si quis.

PSALMUS 77.

Beneficia olim Judæis à Deo præstita in parabolis enarrantur, ut inde discat populus Dei ponere in Deo spem suam, & mandata ejus servare.

ATténdite, pópule meus, legem meam, * inclináte aurem vestram in verba oris mei.

Apériam in parábolis os meum, * loquar propositiónes ab inítio;

Quanta audívimus, & cognóvimus ea, * & patres nostri narravérunt nobis.

Non sunt occultáta à fíliis eórum * in generatióne áltera.

Narrántes laudes Dómini, & virtútes ejus, * & mirabília ejus quæ fecit.

Et suscitávit testimónium in Jacob, * & legem pósuit in Israël:

Quanta mandávit pátribus nostris nota fácere ea fíliis suis, * ut cognóscat generátio áltera;

Fílii qui nascéntur, & exúrgent, * & narrábunt fíliis suis,

Ut ponant in Deo spem suam, & non obliviscántur óperum Dei, * & mandáta ejus exquírant:

Ne fiant sicut patres eórum, * generátio prava & exásperans;

Generátio quæ non diréxit cor suum, * & non est créditus cum Deo spíritus ejus.

Prima divisio Psal. 77.

FIlii Ephrem intendéntes & mitténtes arcum, * convérsi sunt in die belli.

Non custodiérunt testaméntum Dei, * & in lege ejus noluérunt ambuláre.

Et oblíti sunt benefactórum ejus, * & mirabílium ejus quæ osténdit eis.

Coram pátribus eórum fecit mirabília in terræ Ægýpti, * in campo Táneos.

Interrúpit mare, & perdúxit eos, * & státuit aquas quasi in utre.

Et dedúxit eos in nube diéi, * & totâ nocte in illuminatióne ignis.

Interrúpit petram in eremo, * & adaquávit eos velut in abýsso multa.

Et edúxit aquam de petra, * & dedúxit tanquam flúmina aquas.

Et apposuérunt adhuc peccáre ei, * in iram excitavérunt Excélsum in inaquóso.

Et tentavérunt Deum in córdibus suis, * ut péterent escas animábus suis.

Et malè locúti sunt de Deo; * dixérunt: Numquid póterit Deus paráre mensam in desérto?

Quóniam percússit petram, & fluxérunt aquæ, * & torréntes inundavérunt.

Numquid & panem póterit dare, * aut paráre mensam pópulo suo?

Ideò audívit Dóminus, & dístulit; * & ignis accénsus est in Jacob, & ira ascéndit in Israël.

Quia non credidérunt in Deo, * nec speravérunt in salutári ejus.

Et mandávit núbibus désuper, * & jánuas cœli apéruit,

Et pluit illis manna ad manducándum, * & panem cœli dedit eis:

Panem Angelórum man-

t homo ; * cibária
is in abundántia.
da divisio Psal. 77.
ánstulit Austrum de
cœlo, * & indúxit in
: sua Africum:
pluit super eos sicut
em carnes, * & si-
'nam maris volatília
ta ;
:ecidérunt in médio
:um eórum, * circa
ácula eórum :
manducavérunt, &
i sunt nimis, & desi-
a eórum áttulit eis ; *
nt fraudáti à desidé-
.
iuc escæ eórum erant
: ipsórum, * & ira
scéndit super eos :
occídit pingues eó-
* & eléctos Israël im-
t.
mnibus his peccavé-
dhuc ; * & non credi-
: in mirabílibus ejus.
lefecérunt in vanitá-
s eórum, * & anni
cum festinatióne.
n occíderet eos, quæ-
: eum, & revertebán-
* & dilúculo venié-
d eum.
ememoráti sunt quia
adjútor est eórum, *
s excélsus redémptor
est.
ilexérunt eum in ore
& linguâ suâ mentí-
ei :
autem eórum non
ctum cum eo, * nec
hábiti sunt in testa-
ejus.

Ipse autem est miséricors, & propítius fiet peccátis eórum, * & non dispérdet eos.

Ant. Si quis díxerit, quóniam dílígo Deum, & fratrem suum óderit, mendax est. 1. *Joan.* 4. 20.

CAPITULUM. 1. *Joan.* 4. 11. 12.

Caríssimi, si sic Deus diléxit nos, & nos debémus altérutrum dilígere. Deum nemo vidit unquam; si diligámus ínvicem, Deus in nobis manet, & cáritas ejus in nobis perfécta est.

℟. *breve.* Odísti, Dómine, omnes * Qui operántur iniquitátem. ℟. Odísti. ℣. Perdes omnes, qui loquúntur mendácium. * Qui. Glória. ℟. Odísti. *Ps.* 5. 7.

℣. Virum sánguinum & dolósum ℟. Abominábitur Dóminus. *Ps.* 5. 8.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Mihi.

Tertia divisio Psal. 77. Et

Abundávit [Dóminus] ut avérteret iram suam; * & non accéndit omnem iram suam :

Et recordátus est quia caro sunt, * spíritus vadens, & non rédiens.

Quóties exacerbavérunt eum in desérto, * in iram concitavérunt eum in inaquóso !

Et convérsi sunt, & tentavérunt Deum, * & Sanctũ Israël exacerbavérunt.

Non sunt recordáti manûs ejus * die quâ redémit eos de manu tribulántis.

Sicut pósuit in Ægýpto signa sua, * & prodígia sua in campo Táneos.

Et convértit in sánguinem flúmina eórum, * & imbres eórum ne bíberent.

Misit in eos cœnomýiam, & comédit eos; * & ranam, & dispérdidit eos.

Et dedit ærúgini fructus eórum, * & labóres eórum locústæ.

Et occídit in grándine víneas eórum, * & moros eórum in pruína.

Et trádidit grándini juménta eórum, * & posséssiónem eórum igni.

Misit in eos iram indignatiónis suæ, indignatiónem, & iram, & tribulatiónem; * immissiónes per ángelos malos.

Viam fecit sémitæ iræ suæ, & non pepércit á morte animábus eórum; * & juménta eórum in morte conclúsit.

Et percússit omne primogénitum in terra Ægýpti, * primítias omnis labóris eórum in tabernáculis Cham.

Quarta divisio Psal. 77.

ET ábstulit sicut oves pópulum suum, * & perdúxit eos tanquam gregem in desérto.

Et dedúxit eos in spe, & non timuérunt; * & inimícos eórum opéruit mare.

Et indúxit eos in montem sanctificatiónis suæ, * montem quem acquisívit déxtera ejus.

Et ejécit à fácie gentes, * & sorte eis terram in funícul butiónis;

Et habitáre fecit i náculis eórum * tri raël.

Et tentávêrunt, cerbavérunt Deum sum, * & testimón non custodiérunt.

Et avertérunt se, servavérunt pactun ádmodum patres eć convérsi sunt in arc vum.

In iram concit eum in cóllibus sui in sculptílibus suis a latiónem eum prov runt.

Audívit Deus, vit; * & ad níhilu git valde Israël.

Et répulit tabern Silo; * tabernáculu ubi habitávit in hon

Et trádidit in ca tem virtútem eóru pulchritúdinem eó manus inimíci.

Et conclúsit in pópulum suum, * & ditátem suam sprev

Júvenes eórum c ignis; * & vírgine non sunt lamentáta

Sacerdótes eórum dio cecidérunt; * & eórum non plorabár

Ultima divisio Psa

ET excitátus est dórmiens Dóm tanquam potens cra à vino.

Et percússit inimícos suos in posterióra, * oppróbrium sempitérnum dedit illis.

Et répulit tabernáculum Joseph, * & tribû Ephraïm non elégit:

Sed elégit tribum Juda, * montem Sion quem diléxit.

Et ædificávit sicut unicórnium sanctifícium suum in terra, * quam fundávit in sécula.

Et elégit David servum suum, * & sústulit eum de grégibus óvium:

De post fœtántes accépit eum, * páscere Jacob servum suum, & Israël hæreditátem suam.

Et pavit eos in innocéntia cordis sui, * & in intelléctibus mánuum suárum dedúxit eos.

Ant. Mihi vindícta; Ego retríbuam, dicit Dóminus. *Rom.* 12. 19.

CAPITULUM. *Rom.* 12. 20. 21.

SI esuríerit inimícus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: Hoc enim fáciens, carbónes ignis cóngeres super caput ejus. Noli vinci à malo; Sed vince in bono malum.

℟. *breve.* Cum his qui odérunt pacem * Eram pacíficus; ℟. Cum. ℣. Cùm loquébar illis impugnábant me gratìs. * Eram. Glória. ℟. Cum. *Ps.* 119. 7.

℣. Posuérunt advérsùm me mala pro bonis; ℟. Et ódium pro dilectióne mea. *Ps.* 108. 5.

AD VESPERAS.

Ant. 1. a. Finis.

PSALMUS 122.

Mens in Deum erigenda tempore tribulationis.

AD te levávi óculos meos, * qui hábitas in cœlis.

Ecce, sicut óculi servórum * in mánibus dominórum suórum;

Sicut óculi ancíllæ in mánibus dóminæ suæ, * ità óculi nostri ad Dóminum Deum nostrum, donec misereátur nostrî.

Miserére nostrî, Dómine, miserére nostrî; * quia multùm replèti sumus despectióne;

Quia multùm repléta est ánima nostra; * oppróbriũ abundántibus, & despéctio supérbis.

Ant. Finis legis Christus, ad justítiam omni credénti. *Rom.* 10. 4.

Ant. 2. D. Factus est.

PSALMUS 130.

Non in se, sed in Deo, sperandum est.

DOmine, non est exaltátum cor meum, * neque eláti sunt óculi mei;

Neque ambulávi in magnis, * neque in mirabílibus super me.

Si non humíliter sentiébam, * sed exaltávi ánimam meam.

Sicut ablactátus est super matre sua, * ità retribútio in ánima mea.

Speret Israël in Dómino

* ex hoc nunc & usque in séculum.

Ant. Factus est nobis sapiéntia à Deo, & justítia, & sanctificátio, & redémptio. 1. *Cor.* 1. 30.

Ant. 8. G. Non.

PSALMUS 144.

Dei magnitudo & beneficentia celebrantur.

EXaltábo te, Deus meus Rex, * & benedícam nómini tuo in séculum, & in séculum séculi.

Per síngulos dies benedícam tibi, * & laudábo nomen tuum in séculum, & in séculum séculi.

Magnus Dóminus, & laudábilis nimis, * & magnitúdinis ejus non est finis.

Generátio & generátio laudábit ópera tua, * & poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ sanctitátis tuæ loquéntur, * & mirabília tua narrábunt;

Et virtútem terribílium tuórum dicent, * & magnitúdinem tuam narrábunt:

Memóriam abundántiæ suavitátis tuæ eructábunt, * & justítiâ tuâ exultábunt.

Miserátor & miséricors Dóminus; * pátiens & multùm miséricors.

Suávis Dóminus univérsis, * & miseratiónes ejus super ómnia ópera ejus.

Ant. Non ex opéribus justítiæ quæ fécimus nos, sed secúndùm suam misericórdiam salvos nos fecit. *Tit.* 3. 5.

Ant. 4. f. Quóniam.

Divisio Psalmi 144.

COnfiteántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua; * & sancti tui benedícant tibi:

Glóriam regni tui dicent, * & poténtiam tuam loquéntur.

Ut notam fáciant fíliis hóminum poténtiam tuam, * & glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum, regnum ómnium seculórum; * & dominátio tua in omni generatióne, & generatiónem.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis suis, * & sanctus in ómnibus opéribus suis.

Allevat Dóminus omnes qui córruunt, * & érigit omnes elísos.

Oculi ómnium in te sperant, Dómine; * & tu das escam illórum in témpore opportúno:

Aperis tu manum tuam, * & imples omne ánimal benedictióne.

Ant. Quóniam in lege nemo justificátur apud Deum, maniféstum est quia justus ex fide vivit. *Gal.* 3. 11.

Ant. 6. F. Quómodo.

Altera divisio Psal. 144.

JUstus Dóminus in ómnibus viis suis; * & sanctus in ómnibus opéribus suis.

: est Dóminus óm-
ıvocántibus eum, *
s invocántibus eum
ıte.
ntátem timéntium
t, & deprecatió-
rum exaúdiet, * &
íciet eos.
ódit Dóminus om-
géntes se; * & om-
catóres dispérdet.
atiónem Dómini lo-
s meum; * & bene-
mnis caro nómini
ejus in séculum, &
um séculi.
Quómodo Christus
à mórtuis per gló-
atris; ità & nos in
e vitæ ambulémus.
. 4.
TULUM. *Hebr.* 4.

us est sermo Dei,
éfficax, & penetra-
mni gládio ancípiti,
ngens usque ad di-
m ánimæ ac spíri-
mpágum quoque ac
árum, & discrétor
iónum & intentió-
rdis.
IYMNUS.
RATA gens mortá-
lium,
profános míttite,
a legi Núminis
: corda díscite.
OD terra clamat &
lus,
quod cunctos do-
:,
ex Tonántis præci-
,
Numen díscite.

OMNES jubet quos cóndidit
Ætérnus ómnium Parens,
Amóre necti mútuo,
Amáre fratres díscite.
PERENNE pondus glóriæ
Et pura cœli gaúdia
Præférte nugis séculi;
Amáre vosmet díscite.
PRÆSTA, beáta Trínitas,
Ut, legis ad facem tuæ,
Vitémus omne quod vetas,
Sectémur omne quod jubes. Amen.

℣. Utinam, Dómine, dirigántur viæ meæ, ℟. Ad custodiéndas justificatiónes tuas! *Ps.* 118. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Non auditóres legis justi sunt apud Deum; sed factóres legis justificabúntur. *Rom.* 2. 13.

Suffragia habentur infrà post Completorium Sabbati.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 2. D. Sicut.

PSALMUS 13.

Impii frustrà sibi dicunt Deum non esse. Christi adventus postulatur.

DIxit insípiens in corde suo: * Non est Deus.

Corrúpti sunt, & abominábiles facti sunt in stúdiis suis: * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Dóminus de cœlo prospéxit super fílios hóminum, * ut vídeat si est intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt;

simul inútiles facti sunt: * non est qui fáciat bonum, non est usque ad unum.

Sepúlcrum patens est guttur eórum; linguis suis dolósè agébant;* venénum áspidum sub lábiis eórum,

Quorum os maledictióne & amaritúdine plenum est: * velóces pedes eórum ad effundéndum sánguinem.

Contrítio & infelícitas in viis eórum, & viam pacis non cognovérunt: * non est timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognóscent omnes qui operántur iniquitátem,* qui dévorant plebem meam sicut escam panis?

Dóminum non invocavérunt: * illic trepidavérunt timóre, ubi non erat timor.

Quóniam Dóminus in generatióne justa est:* consílium ínopis confudístis, quóniam Dóminus spes ejus est.

Quis dabit ex Sion salutáre Israël? * cùm avérterit Dóminus captivitátem plebis suæ, exultábit Jacob, & lætábitur Israël.

PSALMUS 14.

Quibus virtutum exercitis salus obtineatur.

DOmine, quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiéscet in monte sancto tuo?

Qui ingréditur sinè mácula, * & operátur justítiam:

Qui lóquitur veritátem in corde suo;* qui non egit dolum in lingı

Nec fecit pr malum, * & o non accépit ad ximos suos.

Ad níhilum d in conspéctu e gnus;* timéntes minum glorífica

Qui jurat pró & non décipit; niam suam non usúram, & mú innocéntem non

Qui facit hæc vébitur in ætérn

PSALMU

Misericordia De peccatorem pe suam justifica mendatur.

BEáti quorur sunt iniquit quorum tecta sur

Beátus vir cui távit Dóminus p nec est in spíritu

Quóniam tácu ravérunt ossa me clamárem totâ d

Quóniam die graváta est super tua: * convérsı ærúmna mea, d gitur spina.

Delíctum me tum tibi feci: * tiam meam non

Dixi: Confité sùm me injustítia Dómino, * & tu impietátem pecc

Pro hac orábit nis sanctus, * i opportúno.

imtamen in dilúvio
m multárum, * ad
n approximábunt.
refúgium meũ à tri-
ne, quæ circúmde-
* exultátio mea, érue
ircumdántibus me.
llécum tibi dabo, &
m te in via hac quâ
is; * firmábo super
los meos.
te fieri sicut equus
us, * quibus non est
ctus.
amo & fræno maxíl-
um constrínge, * qui
próximant ad te.
ta flagélla peccató-
sperántem autem in
o misericórdia cir-
bit.
ámini in Dómino &
te, justi; * & gloriá-
omnes recti corde.
. Sicut corpus sinè
mórtuum est, ità &
sinè opéribus mór-
. *Jac.* 2. 26.
nnus Grates peráćto
ie. *Infrà.*
ITULUM. 2. *Petr.*
10.
atres, magìs satágite,
per bona ópera cer-
estràm vocatiónem &
ónem faciátis: hæc
faciéntes, non pec-
s aliquándo.
eve. In manus. *infrà.*
Nunc dimíttis. *Ant.*
Quid próderit, si fi-
quis dicat se habére,
autem non hábeat?
. 14.
ces & Oratio, infrà.

FERIA QUINTA,
AD OFFIC. NOCTURN.

Invitatorium. Panem vivum qui de cœlo descéndit, * Veníte, adorémus. *Joan.* 6. 51.

Psalmus, Veníte. *p.* 2.

HYMNUS.

VENITE, mortáles; Dei
Stupéte nostri pródigas
In nos opes: sic fílios
Amávit ille; sic amat.

CORPUS quod óbtulit semèl,
Jugem suis dat in cibum,
Iis & in potum parat,
Quo crux rigáta est, sánguinem.

HUMANITATIS párticeps
Terras beat præséntiâ;
Nos arte mirâ vult suæ
Divinitátis cómpotes.

HIC dum latet, præséntior
Membris caput conjúngitur;
Nobísque sic, per fœdera
Amóris hæret íntimi.

AMOR litávit hóstiam,
Amóre flagret párticeps.
Procul piger, procul tepens;
Hæc poscit esca férvidos.

HIC incruénto fúnere
Dum te sub aris ímmolas;
Da, Christe, semper víctimæ
Nos immolátæ cómmori.

QUI carne nos pascis tuâ,
Sit laus tibi, Pastor bone,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Non est.

PSALMUS 44.

Carmen nuptiale de Christi & Ecclesiæ dotibus.

ERuctávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea cálamus scribæ * velóciter scribéntis.

Speciósus formâ præ filiis hóminum, diffúsa est grátia in lábiis tuis: * proptéreà benedíxit te Deus in ætérnum.

Accíngere gládio tuo super femur tuum, * potentíssime:

Spécie tuâ & pulcritúdine tuâ inténde, * prósperè procéde;

Et regna propter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam; * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagíttæ tuæ acútæ, * pópuli sub te cadent, in corda inimicórum Regis.

Sedes tua, Deus, in séculum séculi: * virga directiónis, virga regni tui.

Dilexísti justítiam, & odísti iniquitátem: * proptéreà unxit te, Deus, Deus tuus óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cásia à vestiméntis tuis, à dómibus ebúrneis: * ex quibus delectavérunt te filiæ regum in honóre tuo.

Astitit Regína à dextris tuis in vestítu deauráto, * circúmdata varietáte.

Divisio Psalmi 44.

AUdi, filia, & vide, & inclína aurem tuam; * & oblivíscere pópulum tuum, & domum patris tui:

Et concupíscet Rex decórem tuum; * quóniam ipse est Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et filiæ Tyri in munéribus: * vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus filiæ regis ab intùs; * in fímbriis áureis circumamícta varietátibus.

Adducéntur Regi vírgines post eam, * próximæ ejus afferéntur tibi;

Afferéntur in lætítia & exultatióne, * adducéntur in templum Regis.

Pro pátribus tuis nati sunt tibi filii: * constítues eos príncipes super omnem terram.

Mémores erunt nóminis tui, * in omni generatióne & generatiónem.

Proptéreà pópuli confitebúntur tibi in ætérnum, * & in séculum séculi.

PSALMUS 45.

Ecclesia, in se habens Deum inhabitantem, non commovebitur.

DEus noster refúgium & virtus; * adjútor in tribulatiónibus, quæ invenérunt nos nimis.

Proptéreà non timébimus dum turbábitur terra: * & transferéntur montes in cor maris.

Sonuérunt

Sonuérunt, & turbátæ sunt aquæ eórum: * conturbáti sunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus.

Deus in médio ejus; non commovébitur: * adjuvábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ sunt gentes, & inclináta sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ pósuit prodígia super terram, * aúferens bella usque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confrínget arma, * & scuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego sum Deus; * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobíscum: * suscéptor noster Deus Jacob.

Ant. Non est ália nátio tam grandis, quæ hábeat Deos appropinquántes sibi, sicut Deus noster. *Deut.* 4. 7.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. f. Calix.

PSALMUS 64.

Inter adversa sperandum in Deo qui fidelibus suis cibum parat.

TE decet hymnus, Deus, in Sion; * & tibi reddétur votum in Jerúsalem.

Exaúdi oratiónem meam; * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt super nos; * & impietátibus nostris tu propitiáberis.

Beátus quem elegísti, & assumpsísti; * inhabitábit in átriis tuis.

Replébimur in bonis domûs tuæ: * sanctum est templum tuum, mirábile in æquitáte.

Exaúdi nos, Deus salutáris noster, * spes ómnium fínium terræ, & in mari longè.

Præparans montes in virtúte tua, accínctus poténtiâ: * qui contúrbas profúndum maris, sonum flúctuum ejus.

Turbabúntur gentes, & timébunt qui hábitant términos à signis tuis: * éxitus matutíni & véspere delectábis.

Visitásti terram, & inebriásti eam; * multiplicásti locupletáre eam.

Flumen Dei replétum est aquis: * parásti cibum illórum, quóniam ità est præparátio ejus.

Rivos ejus inébria, multíplica genímina ejus; * in stillicídiis ejus lætábitur gérminans.

Benedíces corónæ anni benignitátis tuæ; * & campi tui replebúntur ubertáte.

Pinguéscent speciósa desérti, * & exultatióne colles accingéntur.

Indúti sunt aríetes óviū, & valles abundábunt fruménto: * clamábunt, étenim hymnum dicent.

P S A L M U S 76.

Consolatio spiritalis ex benignitate Dei sumpta.

VOce meâ ad Dóminum clamávi, * voce meâ ad Deum, & inténdit mihi.

In die tribulatiónis meæ Deum exquisívi, mánibus meis nocte contra eum; * & non sum decéptus.

Rénuit consolári ánima mea; * memor fui Dei, & delectátus sum, & exercitátus sum, & defécit spíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei; * turbátus sum, & non sum locútus.

Cogitávi dies antíquos, * & annos ætérnos in mente hábui.

Et meditátus sum nocte cum corde meo, * & exercitábar, & scopébam spíritum meum.

Numquid in ætérnum projíciet Deus? * aut non appónet ut complacítior sit adhuc?

Aut in finem misericórdiam suam abscíndet, * à generatióne in generatiónem?

Aut obliviscétur miseréri Deus? * aut continébit in ira sua misericórdias suas?

Et dixi: Nunc cœpi: * hæc mutátio déxteræ Excélsi.

Divisio Psalmi 76.

MEmor fui óperum Dómini: * quia memor ero ab inítio mirabílium tuórum,

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis, * & in adinventiónibus tuis exercébor.

Deus, in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? * tu es Deus qui facis mirabília.

Notam fecísti in pópulis virtútem tuam; * redemísti in bráchio tuo pópulum tuum, fílios Jacob & Joseph.

Vidérunt te aquæ, Deus, vidérunt te aquæ, & timuérunt; * & turbátæ sunt abýssi.

Multitúdo sónitus aquárum; * vocem dedérunt nubes.

Etenim sagíttæ tuæ tránseunt; * vox tonítrui tui in rota;

Illuxérunt coruscatiónes tuæ orbi terræ; * commóta est, & contrémuit terra.

In mari via tua, & sémitæ tuæ in aquis multis, * & vestígia tua non cognoscéntur.

Deduxísti, sicut oves, pópulum tuum * in manu Móysi & Aaron.

Ant. Calix benedictiónis cui benedícimus, nonne communicátio sánguinis Christi est? & panis quem frángimus, nonne participátio Córporis Dómini est? 1. *Cor.* 10. 16.

. *NOCTURNO.*
ſ. a. Panis.
A L M U S 26.
Christo fidelium lu-
& ſalus. Auxilium
dversùs hoſtes peti-

iinus illuminátio
a, & ſalus mea: *
mébo?
inus protéctor vitæ
à quo trepidábo?
appropiant ſuper
éntes, * ut edant
neas.
ribulant me inimíci
ipſi infirmáti ſunt,
lérunt.
nsíſtant advérsùm
ra, * non timébit
um.
úrgat advérsùm me
a, * in hoc ego ſpe-

m pétii à Dómino,
quíram, * ut inhá-
n domo Dómini óm-
iébus vitæ meæ:
vídeam voluptátem
ii, * & víſitem tem-
jus.
niam abſcóndit me
rnáculo ſuo: * in die
um protéxit me, in
dito tabernáculi ſui.
etra exaltávit me: *
nc exaltávit caput
ſuper inimícos meos.
uívi, & immolávi in
áculo ejus hóſtiam
atiónis: * cantábo,
num dicam Dómino.
ivíſio Pſalmi 26.
aúdi, Dómine, vo-
m meam, quâ clamá-
vi ad te; * miſerére meî, & exaúdi me.

Tibi dixit cor meum, exquisívit te fácies mea: * fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avértas fáciem tuam à me; * ne declínes in ira à ſervo tuo.

Adjútor meus eſto, ne derelínquas me; * neque deſpícias me, Deus ſalutáris meus.

Quóniam pater meus & mater mea dereliquérunt me; * Dóminus autem aſſúmpſit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua; * & dírige me in sémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me: * quóniam inſurrexérunt in me teſtes iníqui, & mentíta eſt iníquitas ſibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expécta Dóminum, viríliter age, & confortétur cor tuum, * & súſtine Dóminum.

P S A L M U S 84.
Iſraël è captivitate liberatus, adventum Redemptoris expoſcit.

BEnedixíſti, Dómine, terram tuam, * avertíſti captivitátem Jacob.

Remiſíſti iniquitátem plebis tuæ, * operuíſti ómnia peccáta eórum.

Mitigáſti omnem iram tuam; * avertíſti ab ira indignatiónis tuæ.

Convérte nos, Deus salutáris noster, * & avérte iram tuam à nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis? * aut exténdes iram tuam à generatióne in generatiónem?

Deus, tu convérsus vivificábis nos, * & plebs tua lætábitur in te.

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam, * & salutáre tuum da nobis.

Aúdiam quid loquátur in me Dóminus Deus, * quóniam loquétur pacem in plebem suam,

Et super sanctos suos, * & in eos qui convertúntur ad cor.

Verúmtamen propè timéntes eum salutáre ipsíus, * ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia & véritas obviavérunt sibi, * justítia & pax osculátæ sunt.

Véritas de terra orta est, * & justítia de cœlo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem, * & terra nostra dabit fructum suum.

Justítia ante eum ambulábit, * & ponet in via gressus suos.

Ant. Panis Dei est qui de cœlo descéndit, & dat vitam mundo. *Joan.* 6. 33.

℣. Gustáte, & vidéte quóniam suávis est Dóminus; ℟. Beátus vir qui sperat in eo. *Ps.* 33. 9.

Pater noster, &c. *ut suprà.*

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Sacerdótes tui, Dómine, induántur justítiam; ℟. Et Sancti tui exúltent. *Psal.* 131. 9.

℣. Deus, in adjutórium.

Ant. 4. A. Angelórum.

PSALMUS 20.

Ecclesia pro Christi Regis sui victoriis gratias agit.

Domine, in virtúte tua lætábitur rex; * & super salutáre tuum exultábit veheménter.

Desidérium cordis ejus tribuísti ei, * & voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum.

Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis: * posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretióso.

Vitam pétiit à te, * & tribuísti ei longitúdinem diérum in séculum, & in séculum séculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo: * glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in séculum séculi; * lætificábis eum in gaúdio cum vultu tuo:

Quóniam rex sperat in Dómino, * & in misericórdia Altíssimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis: * déxtera tua invéniat omnes qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum

ignis in témpore vultûs tui: * Dóminus in ira sua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes, * & semen eórum à filiis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala; * cogitavérunt consília quæ non potuérunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum; * in relíquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre, Dómine, in virtúte tua: * cantábimus & psallémus virtútes tuas.

Ant. Angelórum escâ nutrivísti pópulum tuum, Dómine. *Sap.* 16. 20.

Ant. 7. d. Parátum.

PSALMUS 71.

Christi regnum super omnes gentes prænuntiatur.

DEus, judícium tuum regi da, * & justítiam tuam filio regis,

Judicáre pópulum tuum in justítia, * & paúperes tuos in judício.

Suscípiant montes pacem pópulo, * & colles justítiam.

Judicábit paúperes pópuli, & salvos fáciet fílios paúperum, * & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum sole, & ante lunam, * in generatióne & generatiónem.

Descéndet sicut plúvia in vellus, * & sicut stillicídia stillántia super terram.

Oriétur in diébus ejus justítia, & abundántia pacis, * donec auferátur luna.

Et dominábitur à mari usque ad mare, * & à flúmine usque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes, * & inimíci ejus terram lingent.

Reges Tharsis & ínsulæ múnera ófferent; * reges Arabum & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ; * omnes gentes sérvient ei:

Quia liberábit paúperem à poténte, * & paúperem cui non erat adjútor.

Parcet paúperi & ínopi, * & ánimas paúperum salvas fáciet.

Ex usúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum; * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet, & dábitur ei de auro Arábiæ, & adorábunt de ipso semper; * totâ die benedícent ei.

Et erit firmaméntum in terra in summis móntium, superextollétur super Líbanum fructus ejus, * & florébunt de civitáte sicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedíctum in sécula; * ante solem pérmanet nomen ejus.

Et benedicéntur in ipso omnes tribus terræ; * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedíctus Dóminus Deus Israël, * qui facit mirabília solus.

Et benedíctum nomen majestátis ejus in ætérnum; & replébitur majestáte ejus omnis terra. * Fiat, fiat.

Ant. Parátum panem de cœlo præstitísti illis sinè labóre, omne delectaméntum in se habéntem. *Sap.* 16. 20.

Ant. 2. D. Substántia.

PSALMUS 97.

Deus laudandus ob Christi Salvatoris adventum & manifestationem.

CAntáte Dómino cánticum novum, * quia mirabília fecit.

Salvávit sibi déxtera ejus, * & bráchium sanctum ejus.

Notum fecit Dóminus salutáre suum; * in conspéctu géntium revelávit justítiam suam.

Recordátus est misericórdiæ suæ, * & veritátis suæ dómui Israël.

Vidérunt omnes términi terræ * salutáre Dei nostri.

Jubiláte Deo, omnis terra; * cantáte, & exultáte, & psállite.

Psállite Dómino in cíthara, in cíthara & voce psalmi, * in tubis ductílibus, & voce tubæ córneæ.

Jubiláte in conspéctu Regis Dómini; * moveátur mare & plenitúdo ejus; orbis terrárum & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, simul montes exultábunt à conspéctu Dómini; * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terrárum in justítia, * & pópulos in æquitáte.

Ant. Substántia tua dulcédinem tuam, quam in fílios habes, ostendébat. *Sap.* 16. 21.

Ant. 8. G. Verè.

CANTICUM SALOMONIS.

Prov. c. 9. v. 1. ad 6.

Eucharisticum convivium typicè proponitur.

SApiéntia ædificávit sibi domum, * excídit colúmnas septem.

Immolávit víctimas suas, * míscuit vinum, & propósuit mensam suam:

Misit ancíllas suas ut vocárent ad arcem, * & ad mœnia civitátis:

Si quis est párvulus, véniat ad me; * & insipiéntibus locúta est:

Veníte, comédite panem meum; * & bíbite vinum quod míscui vobis.

Relínquite infántiam, & vívite, * & ambuláte per vias prudéntiæ.

Ant. Verè tu es Deus abscónditus, Deus Israël Salvátor. *Is.* 45. 15.

Ant. 5. a. Nos Credídimus.

PSALMUS 147.

Laudandus Deus, qui Ecclesiam suam adipe frumenti satiat.

LAuda, Jerúsalem, Dóminum, * lauda Deum tuum, Sion;

Quóniam confortávit seras portárum tuárum; * be-

filiis tuis in te :
ósuit fines tuos pa-
& ádipe fruménti
: :
emíttit elóquium
ræ; * velóciter cur-
ejus :
at nivem ficut la-
nébulam ficut cí-
pargit :
crystállum fuam
ccéllas ; * ante fá-
goris ejus quis fu-
?
et verbum fuum ,
fáciet ea; * flabit
ejus , & fluent

annúntiat verbum
cob , * justítias &
fua Israël.
fecit táliter omni
*& judícia fua non
távit eis.
Nos credídimus &
mus , quia tu es
Fílius Dei. *Joan.*

ULUM. *Is.* 12. 6.
lta & lauda, habi-
o Sion, quia ma-
médio tuî Sanctus

YMNUS.
quos amásti pró-
gis ,
rifte, nunquam dé-
as :
propínas sángui-
n ,
us appónis cibum.
non , ut olim fúl-
nans ,
a terres péctora :
erátum nunc jubar
Nostris adúmbrat sénfibus.

QUI cuncta complens Númine,
Summóque nutu dírigis ,
Throno refúlgens ígneo ,
Hîc nube fub densa lates.

UT nos ab aftris éxules,
Cœlo redúcas pátrio ,
Et ómnibus dites bonis ,
Hîc ipse pauper éxulas.

O SI quis intùs ésurit,
Qualis parátur hîc cibus!
Si languet æger, hîc falus;
Si luget, hîc folátium.

QUI carne nos pafcis tuâ,
Sit laus tibi, Pastor bone;
Cum Patre & almo Spíritu,
In fempitérna sécula.
Amen.

℣. Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea;
℟. Et lábiis exultatiónis laudábit os meum. *Psal.* 62. 6.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. *g.* Consúrge, Dómine Deus, in réquiem tuam, tu & arca fortitúdinis tuæ: Sacerdótes tui, Dómine Deus, induántur falútem, & Sancti tui læténtur in bonis. 2. *Par.* 6. 41.

Suffragia habentur infrà post Completorium Sabbati.

AD PRIMAM.

Ant. 6. F. Qui fitit.

PSALMUS 41.

In Deo sperandum. Justus in domo Dei epulans exultabit.

QUemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum, * ità desí-

derat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei!

Fuérunt mihi láchrymæ meæ panes die ac nocte, * dum dícitur mihi quotídie: Ubi est Deus tuus?

Hæc recordátus sum, & effúdi in me ánimam meam: * quóniam transíbo in locum tabernáculi admirábilis, usque ad domum Dei,

In voce exultatiónis & confessiónis, * sonus epulántis.

Quare tristis es, ánima mea? * & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi; * salutáre vultûs mei, & Deus meus.

Divisio Psalmi 41.

AD me ipsum ánima mea conturbáta est: * proptéreà memor ero tuî de terra Jordánis, & Hermóniim à monte módico.

Abyssus abyssum ínvocat, * in voce cataractárum tuárum.

Omnia excélsa tua, & fluctus tui * super me transiérunt.

In die mandávit Dóminus misericórdiam suam, * & nocte cánticum ejus.

Apud me orátio Deo vitæ meæ; * dicam Deo: Suscéptor meus es.

Quare oblítus es meî? * & quare contristátus incédo, dum afflígit me inimícus?

Dum confringúntur ossa mea, * exprobravérunt mihi, qui tríbulant me inimíci mei:

Dum dicunt mihi per síngulos dies: * Ubi est Deus tuus?

Quare tristis es, ánima mea? * & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi; * salutáre vultûs meî, & Deus meus.

PSALMUS 42.

In Deo sperandum. Deo duce ad altare ejus introëundum.

JUdica me, Deus, & discérne causam meam de gente non sancta; * ab hómine iníquo & dolóso érue me:

Quia tu es, Deus, fortitúdo mea: * quare me repulísti? & quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus?

Emítte lucem tuam & veritátem tuam: * ipsa me deduxérunt, & adduxérunt in montem sanctum tuum, & in tabernácula tua.

Et introíbo ad altáre Dei, * ad Deum qui lætíficat juventútem meam.

Confitébor tibi in cíthara, Deus, Deus meus: * quare tristis es, ánima mea? & quare contúrbas me?

Spera in Deo, quóniam

adhuc confitébor illi ; * salutáre vultûs mei, & Deus meus.

Ant. Qui sitit, véniat ; & qui vult, accípiat aquam vitæ gratìs. *Apoc.* 22. 17.

CAPITULUM. *Is.* 55. 1.

OMnes sitiéntes, veníte ad aquas ; & qui non habétis argéntum, properáte, émite & comédite : veníte, émite absque argénto, & absque ulla commutatióne vinum & lac.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Hic est.

PSALMUS 24.

Oratio pœnitentis, veniam & auxilium à Deo poscentis.

AD te, Dómine, levávi ánimam meam : * Deus meus, in te confído.

Non erubéscam, * neque irrídeant me inimíci mei.

Etenim univérsi qui sústinent te, non confundéntur : * confundántur omnes iníqua agéntes supervácuè.

Vias tuas, Dómine, demónstra mihi ; * & sémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me, * quia tu es Deus salvátor meus, & te sustínui totâ die.

Reminíscere miseratiónum tuárum, Dómine, * & misericordiárum tuárum, quæ à século sunt.

Delícta juventútis meæ, & ignorántias meas ne memíneris : * secúndùm misericórdiam tuam meménto meî tu, propter bonitátem tuam, Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus : * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget mansuétos in judício : * docébit mites vias suas.

Divisio Psalmi 24.

UNivérsæ viæ Dómini, misericórdia & véritas, * requiréntibus testaméntum ejus & testimónia ejus.

Propter nomen tuum, Dómine, propitiáberis peccáto meo : * multum est enim.

Quis est homo qui timet Dóminum ? * legem státuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur ; * & semen ejus hæreditábit terram.

Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum ; * & testaméntum ipsíus, ut manifestétur illis.

Oculi mei semper ad Dóminum ; * quóniam ipse evéllet de láqueo pedes meos.

Réspice in me, & miserére meî ; * quia únicus & pauper sum ego.

Tribulatiónes cordis mei multiplicátæ sunt : * de necessitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meã, & labórem meum ; * & dimítte univérsa delícta mea.

Réspice inimícos meos, quóniam multiplicáti sunt, * & ódio iníquo odérunt me.

Custódi ánimam meam, & érue me: * non erubéscam, quóniam sperávi in te.

Innocéntes & recti adhæsérunt mihi, * quia sustínui te.

Líbera, Deus, Israël, * ex ómnibus tribulatiónibus suis.

PSALMUS 60.

Spes nostra Deus, turris fortitudinis à facie inimici.

EXaúdi, Deus, deprecatiónem meam, * inténde oratióni meæ.

A fínibus terræ ad te clamávi, dum anxiarétur cor meum, * in petra exaltásti me.

Deduxísti me, quia factus es spes mea, * turris fortitúdinis à fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in sécula, * prótegar in velaménto alárum tuárum.

Quóniam tu, Deus meus, exaudísti oratiónem meam; * dedísti hæreditátem timéntibus nomen tuum.

Dies super dies regis adjícies, * annos ejus usque in diem generatiónis & generatiónis.

Pérmanet in ætérnum in conspéctu Dei: * misericórdiam & veritátem ejus quis requíret!

Sic psalmum dicam nómini tuo in séculum séculi, * ut reddam vota mea de die in diem.

Ant. Hic est panis de cœlo descéndens; ut si quis ex ipso manducáverit, non moriátur. *Joan.* 6. 50.

CAPITULUM. I. *Cor.* 11. 26.

QUotiescúmque manducábitis panem hunc, & cálicem bibétis, mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat.

℟. *breve.* Cálicem salutáris accípiam; * Et nomen Dómini invocábo. ℟. Cálicem. ℣. Vota mea Dómino reddam, coram omni pópulo ejus. * Et. Glória. ℟. Cálicem. *Ps.* 115. 13. 14.

℣. Confiteántur Dómino misericórdiæ ejus, ℟. Et mirabília ejus fíliis hóminum. *Ps.* 106. 31.

AD SEXTAM.

Ant. 1. a. Anima.

PSALMUS 80.

In Deo lætandum, qui cibat nos ex adipe frumenti, & de petra melle saturat.

EXultáte Deo adjutóri nostro, * jubiláte Deo Jacob.

Súmite psalmum, & date týmpanum, * psaltérium jucúndum cum cíthara.

Buccináte in Neoménia tubâ, * in insígni die solemnitátis vestræ:

Quia præcéptum in Israël est, * & judícium Deo Jacob.

Testimónium in Joseph pósuit illud, cùm exíret de terra Ægýpti: * linguam quam non nóverat, audívit.

Divértit ab onéribus dor-

sum ejus, * manus ejus in cóphino serviérunt.

Divisio Psalmi 80.

IN tribulatióne invocásti me, & liberávi te; * exaudívi te in abscóndito tempestátis, probávi te apud aquam contradictiónis.

Audi, pópulus meus, & contestábor te: * Israël, si audíeris me, non erit in te Deus recens, neque adorábis Deum aliénum.

Ego enim sum Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægypti, * diláta os tuum, & implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam, * & Israël non inténdit mihi.

Et dimísi eos secúndùm desidéria cordis eórum, * ibunt in adinventiónibus suis.

Si pópulus meus audíisset me, * Israël si in viis meis ambulásset,

Pro níhilo fórsitan inimícos eórum humiliássem, * & super tribulántes eos misíssem manum meam.

Inimíci Dómini mentíti sunt ei; * & erit tempus eórum in sécula.

Et cibávit eos ex ádipe fruménti; * & de petra, melle saturávit eos.

PSALMUS 83.

Æterna Dei tabernacula unicum Justi desiderium.

QUàm diléćta tabernácula tua, Dómine virtútum! * concupíscit, & déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum, & caro mea * exultavérunt in Deum vivum.

Etenim passer invénit sibi domum, * & turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altária tua; Dómine virtútum, * Rex meus, & Deus meus.

Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine; * in sécula seculórum laudábunt te.

Beátus vir cujus est auxílium abs te; * ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lachrymárum, in loco quem pósuit.

Etenim benedićtiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem; * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum exaúdi oratiónem meam, * aúribus pércipe, Deus Jacob.

Protéćtor noster, áspice, Deus, * & réspice in fáciem Christi tui:

Quia mélior est dies una in átriis tuis * super míllia.

Elégi abjéćtus esse in domo Dei mei, * magìs quàm habitáre in tabernáculis peccatórum.

Quia misericórdiam & veritátem díligit Deus, * grátiam & glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia: * Dómine virtútum, beátus homo qui sperat in te.

Ant. Anima pollúta quæ éderit de cárnibus hóstiæ pacificórum, quæ obláta est Dómino, períbit de pópulis suis. *Levit.* 7. 20.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 10. 20. 21.

NOlo vos sócios fieri dæmoniórum. Non potéstis cálicem Dómini bíbere, & cálicem dæmoniórum; non potéstis mensæ Dómini partícipes esse, & mensæ dæmoniórum.

℟. *breve.* Quis ascéndet in montem Dómini, aut quis * Stabit in loco sancto ejus? ℟. Quis. ℣. Innocens mánibus & mundo corde. * Stabit. Glória. ℟. Quis. *Ps.* 23. 3. 4.

℣. Hæc est generátio quæréntium eum, ℟. Quæréntium fáciem Dei Jacob. *Ps.* 23. 6.

AD NONAM.

Ant. 4. f. Impossíbile est.

PSALMUS 19.

Christi sacrificium pro suis acceptari plebs ejus poscit.

EXaúdiat te Dóminus in die tribulatiónis; * prótegat te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxílium de sancto, * & de Sion tueátur te.

Memor sit omnis sacrifícii tui, * & holocaústum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi secúndùm cor tuum, * & omne consílium tuum confírmet.

Lætábimur in salutári tuo, * & in nómine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas; * nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus christum suum.

Exaúdiet illum de cœlo sancto suo: * in potentátibus salus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, & hi in equis: * nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, & cecidérunt: * nos autem surréximus, & erécti sumus.

Dómine, salvum fac regem: * & exaúdi nos in die quâ invocavérimus te.

PSALMUS 22.

Mensam in conspectu nostro paravit Deus.

DÓminus regit me, & nihil mihi déerit; * in loco páscuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me: * ánimam meam convértit.

Dedúxit me super sémitas justítiæ, * propter nomen suum.

Nam, & si ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala: * quóniam tu mecum es.

Virga tua, & báculus tuus, * ipsa me consoláta sunt.

Parásti in conspéctu meo mensam, * advérsùs eos qui tríbulant me.

Impinguásti in óleo caput meum: * & calix meus

ns quàm præclárus

iſericórdia tua ſub-
ir me * ómnibus dié-
:æ meæ ;
: inhábitem in domo
ii, * in longitúdinem
i.

SALMUS 53.

juſti adversùs hoſtes animæ ſuæ.

us, in nómine tuo
ilvum me fac, * &
úte tua júdica me.
s, exaúdi oratiónem
, * aúribus pércipe
oris mei :
iniam aliéni inſurre-
advérsùm me, &
quæſiérunt ánimam
, * & non propoſué-
Deum ante conſpé-
ſuum.
: enim Deus ádjuvat
& Dóminus ſuſcép-
ánimæ meæ.
rte mala inimícis
* & in veritáte tua
le illos.
luntáriè ſacrificábo
& confitébor nómi-
, Dómine, quóniam
1 eſt.
óniam ex omni tri-
óne eripuíſti me, *
:r inimícos meos deſ-
ículus meus.
. Impoſsíbile eſt ſán-
taurórum & hircó-
uférri peccáta. *Hebr.*

ITULUM. *Malach.*
o. 11.

On eſt mihi volúntas
n vobis ; dicit Dó-
minus exercítuum, & mu-
nus non ſuſcípiam de manu
veſtra : ab ortu enim ſolis,
uſque ad occáſum, mag-
num eſt nomen meum in
géntibus, & in omni loco
ſacrificátur & offértur nó-
mini meo oblátio munda.

℟. *breve.* Pane Cœli * Saturávit eos. ℟. Pane. ℣. Dirúpit petram, & fluxé-
runt aquæ. * Saturávit eos.
Glória. ℟. Pane. *Pſ.* 104.
40. 41.

℣. Impinguáſti, Dómi-
ne, in óleo caput meum ;
℟. Et calix meus inébrians
quàm præclárus eſt ! *Pſ.*
22. 5.

AD VESPERAS.

Ant. 8. G. Unus panis.

PSALMUS 115.

Calix ſalutaris accipiendus: vota Domino reddenda.

CRédidi, propter quod
locútus ſum ; * ego au-
tem humiliátus ſum ni-
mis.

Ego dixi in excéſſu meo :
* Omnis homo mendax.

Quid retríbuam Dómi-
no * pro ómnibus quæ re-
tríbuit mihi ?

Cálicem ſalutáris accí-
piam, * & nomen Dómini
invocábo.

Vota mea Dómino red-
dam coram omni pópulo
ejus : * pretióſa in conſpé-
ctu Dómini mors ſanctó-
rum ejus :

O Dómine, quia ego ſer-
vus tuus, * ego ſervus tuus,
& filius ancillæ tuæ,

Dirupíſti víncula mea : *

tibi sacrificábo hóstiam laudis, & nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus; * in átriis domûs Dómini, in médio tuî, Jerúsalem.

Ant. Unus panis, unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participámus. 1. *Cor.* 10. 17.

Ant. 1. a. Partícipes.

PSALMUS 125.

In Deo exultant fideles, quia magnificè cum eis egit.

IN converténdo Dóminus captivitátem Sion, * facti sumus sicut consoláti.

Tunc replétum est gáudio os nostrum, * & lingua nostra exultatióne:

Tunc dicent inter gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobíscum; * facti sumus lætántes.

Convérte, Dómine, captivitátem nostram, * sicut torrens in austro.

Qui séminant in lácrymis, * in exultatióne metent.

Eúntes, ibant & flebant, * mitténtes sémina sua;

Veniéntes autem vénient cum exultatióne, * portántes manípulos suos.

Ant. Partícipes Christi effécti sumus, si tamen inítium substántiæ ejus usque ad finem firmum retineámus. *Hebr.* 3. 14.

Ant. 3. a. Gaudeámus.

PSALMUS 127.

Christi & Ecclesiæ filii in circuitu mensæ Domini.

BEáti omnes qui timent Dóminum, * qui ámbulant in viis ejus.

Labóres mánuum tuárum quia manducábis, * beátus es, & benè tibi erit.

Uxor tua sicut vitis abúndans, * in latéribus domûs tuæ.

Fílii tui sicut novéllæ olivárum, * in circúitu mensæ tuæ:

Ecce sic benedicétur homo * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion; * & vídeas bona Jerúsalem ómnibus diébus vitæ tuæ;

Et vídeas fílios filiórum tuórum; * pacem super Israël.

Ant. Gaudeámus, & exultémus, & demus glóriam Deo; quia venérunt núptiæ Agni. *Apoc.* 19. 7.

Ant. 5. a. Beáti.

PSALMUS 131.

Christus promissus: per ipsum Ecclesiam suam Deus inhabitat, pauperes ejus panibus saturat.

MEménto, Dómine, David, * & omnis mansuetúdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob:

Si introíero in tabernáculum domûs meæ; * si ascéndero in lectum strati mei;

ero somnum óculis
& pálpebris meis
tiónem ;.
quiem tempóribus
* donec invéniam
Dómino, taberná-
leo Jacob.
audívimus eam in
, * invénimus eam
is silvæ.
ibimus in taberná-
jus, * adorábimus
, ubi stetérunt pe-
:.
:, Dómine, in ré-
uam, * tu & arca
atiónis tuæ.
dótes tui induán-
ítiam; * & sancti
lrent.
ter David servum
* non avértas fáciē
ui.
Beáti qui ad cœ-
uptiárum Agni vo-
it. *Apoc.* 19. 9.
z. *D.* Beáti.
isio Psalmi 131.
ivit Dóminus Da-
veritátem, & non
bitur eam : * De fru-
tris tui ponam su-
em tuam.
ıstodíerint fílii tui
ntum meum, * &
nia mea hæc, quæ
eos :.
ílii eórum usque in
n * sedébunt super
tuam.
niam elégit Dómi-
on ; * elégit eam in
tiónem sibi.
: réquies mea in sé-
séculi : * hîc habi-

tábo, quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam :* paúperes ejus saturábo pánibus :

Sacerdótes ejus índuam salutári : * & sancti ejus exultatióne exultábunt.

Illuc prodúcam cornu David ; * parávi lucérnam christo meo.

Inimícos ejus índuam confusióne : * super ipsum autem efflorébit sanctificátio mea.

Ant. Beáti qui lavant stolas suas in sánguine Agni, ut sit potéstas eórum in ligno vitæ. *Apoc.* 22. 14.

CAPITULUM. *Rom.* 16. 17.

ROgo vos, fratres, ut observétis eos qui dissensiónes & offendícula, præter doctrínam quam vos didicístis, fáciunt, & declináte ab illis.

HYMNUS.

NOs, Christe, cernis díssitos ;
Fis arte mirâ próximus :
Et córporis præséntiâ
Nobis benígnus júngeris.

Quot gratiárum flúmina
Torréntis hîc instar fluunt !
Quæ non liquéscant péctora,
Succénsa tantis ígnibus !

Homo, tuméntes ábjice
Fastus : latet velo Deus.
An, ipse dum se déprimit,
Palam vidéri géstias ?

Quid ! dum sub arcto se Deus
Pusíllus orbe cóntrahit ;

Tu, præda quondam vérmibus,
Pompam supérbus éxplicas!
O CHRISTE, neu rursùm sinas
Paráre nos tibi crucem,
Quos tanta per commércia
Mensâ beásti cœlitûm!
QUI carne nos pascis tuâ,
Sit laus tibi, Pastor bone;
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis,
℟. A templo tuo in Jerúsalem. *Ps.* 67. 29. 30.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Absit à nobis hoc scelus, ut recedámus à Dómino, & ejus vestígia relinquámus, extrúcto altári ad holocaústa, & sacrifícia, & víctimas offeréndas, præter altáre Dómini Dei nostri! *Jos.* 22. 29.

Suffragia habentur infrà post Completorium Sabbati.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 1. g. Ignis.

PSALMUS 15.

Deus in Christo pars calicis nostri; nos cum Christo resuscitabit.

CONsérva me, Dómine, quóniam sperávi in te: * dixi Dómino: Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges.

Sanctis qui sunt in terra ejus, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis.

Multiplicátæ sunt infirmitátes eórum; * póstea acceleravérunt.

Non congregábo conventícula eórum de sanguínibus; * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea.

Dóminus pars hæreditátis meæ & cálicis mei: * tu es qui restítues hæreditátem meam mihi.

Funes cecidérunt mihi in præcláris; * étenim hæréditas mea præclára est mihi.

Benedícam Dóminum, qui tríbuit mihi intelléctum; * ínsuper & usque ad noctem increpuérunt me renes mei.

Providébam Dóminum in conspéctu meo semper; * quóniam à dextris est mihi ne commóvear.

Propter hoc lætátum est cor meum, & exultávit lingua mea: * ínsuper & caro mea requiéscet in spe.

Quóniam non derelínques ánimam meam in inférno; * nec dabis sanctum tuum vidére corruptiónem.

Notas mihi fecísti vias vitæ, adimplébis me lætítiâ cum vultu tuo: * delectatiónes in déxtera tua usque in finem.

PSALMUS 23.

Quibus virtutibus ascendemus in cœlum cum Christo.

DOmini est terra, & plenitúdo ejus; * orbis terrárum, & univérsi qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum, * & super flú-

æparávit eum.
aſcéndet in mon-
nini ? * aut quis ſta-
ɔco ſancto ejus?
:ens mánibus, &
corde; * qui non
in vano ánimam
ec jurávit in dolo
ɔ ſuo.
ccípiet benedictió-
Dómino, * & miſe-
m à Deo ſalutári

eſt generátio quæ-
eum, * quærén-
ciem Dei Jacob.
lite portas, prínci-
tras; & elevámini,
ternáles; * & introí-
glóriæ.
eſt iſte Rex glóriæ? *
is fortis & potens,
us potens in prælio.
lite portas, prínci-
ſtras; & elevámini,
ternáles; * & introí-
glóriæ.
eſt iſte Rex glóriæ? *
us virtútum ipſe eſt
ſriæ.

ALMUS 149.
dus Deus, qui exal-
manſuetos in ſalu-

ıtáte Dómino cánti-
n novum; * laus
ecclésia ſanctórum.
tur Iſraël in eo qui
ım; * & fílii Sion
t in rege ſuo.
ent nomen ejus in
* in týmpano &
o pſallant ei;
beneplácitum eſt
o in pópulo ſuo; * &
exaltábit manſuétos in ſa-
lútem.

Exultábunt ſancti in gló-
ria, * lætabúntur in cubíli-
bus ſuis.

Exaltatiónes Dei in gút-
ture eórum; * & gládii an-
cípites in mánibus eórum.

Ad faciéndam vindíctam
in natiónibus, * increpa-
tiónes in pópulis;

Ad alligándos reges eó-
rum in compédibus, * &
nóbiles eórum in mánicis
férreis,

Ut fáciant in eis judícium
conſcríptum: * glória hæc
eſt ómnibus ſanctis ejus.

Ant. Ignis in altári ſem-
per ardébit, quem nútriet
ſacérdos. *Levit. 6. 12.*

Hymnus. Grates perácto
jam die, &c. *infra.*

CAPITULUM. *Exod. 29. 42.*

SAcrifícium eſt Dómi-
no, oblatióne perpétuâ,
in generatiónes veſtras.

℟. *breve.* In manus. *in-
fra.*

Ad Nunc dimíttis, *Ant.*
5. c. Sit Dóminus Deus
noſter nobíſcum, ſicut fuit
cum pátribus noſtris, non
derelínquens nos neque
projíciens. 3. *Reg.* 8. 57.

Preces & Oratio, infrà.

FERIA SEXTA,

AD OFFIC. NOCTURN.

Invitatorium. Redemp-
tórem noſtrum Dóminum,
* Veníte, adorémus. *Iſ.*
47. 4.

Pſalmus, Veníte. p. 2.

HYMNUS.

O MIRA Patris cáritas!
Sic ille diléxit suos,
Ut sponte Natum tráderet;
Servi fit obses Filius.

SPLENDORIS ímmemor sui,
Nostræ salútis fit memor:
Ut nos in altum próvehat,
Ad ima descéndit Deus.

PER mille fusum vúlnera
Totum dat orbi sánguinem.
Hoc fonte nascens grátia,
Terras inúndans éxpiat.

DUM cæsa tortóris manu
Procúmbit insons víctima,
Hanc ímmolat cœlo Pater,
Hanc mactat in terris amor.

QUI nos creávit, laus Patri,
Qui nos redémit, Fílio;
Fovens redémptos grátiâ,
Sit par tibi laus, Spíritus. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 4. f. Deus.

PSALMUS 51.

Impios manet interitus; Justos, gloria.

QUid gloriáris in malítia, * qui potens es in iniquitáte?

Totâ die injustítiam cogitávit lingua tua: * sicut novácula acúta fecísti dolum.

Dilexísti malítiam super benignitátem, * iniquitátem magìs quàm loqui æquitátem.

Dilexísti ómnia verba præcipitatiónis, * lingua dolósa.

Proptéreà Deus déstruet te in finem: * evéllet te emigrábit te de taberná lo tuo, & radícem tu de terra vivéntium.

Vidébunt justi, & tim bunt, & super eum rid bunt, & dicent: * Ec homo, qui non pósuit D um adjutórem suum:

Sed sperávit in multitú dine divitiárum suárum; * & præváluit in vanitáte sua.

Ego autem, sicut olíva fructífera in domo Dei, * sperávi in misericórdia Dei in ætérnum, & in séculum séculi.

Confitébor tibi in séculum, quia fecísti: * & expectábo nomen tuum, quóniam bonum est in conspéctu sanctórum tuórum.

PSALMUS 54.

Justus ab iniquis vexatus, & ab ipsis familiaribus suis maledictus, in Deo spem suam ponit.

EXaúdi, Deus, oratiónem meam, & ne despéxeris deprecatiónem meam: * inténde mihi, & exaúdi me.

Contristátus sum in exercitatióne mea: * & conturbátus sum à voce inimíci, & à tribulatióne peccatóris.

Quóniam declinavérunt in me iniquitátes: * & in ira moléſti erant mihi.

Cor meum conturbátum est in me: * & formído mortis cécidit super me.

Timor & tremor venérunt super me: * & contе-

: ténebræ:
: Quis dabit mihi
ut colúmbæ ? * &
t requiéscam.
ongávi fúgiens; *
n solitúdine.
ibam eum, qui
e fecit à pusillani-
iritûs, * & tem-

ita, Dómine, dí-
iuas eórum: * quó-
i iniquitátem, &
tióne in civitáte.
nocte circúmda-
super muros ejus
t.* & labor in mé-
& injustítia.
. defécit de platéis
ira & dolus.
am si inimícus me-
ixísset mihi, * su-
a útique.
s qui óderat me,
e magna locútus
* abscondíssem me
ab eo.
), homo unánimis,
us, & notus meus,
mul mecum dulces
cibos: * in domo
ulávimus cum con-

t mors super illos;
céndant in inférnum
éntes:
am nequítiæ in ha-
: eórum, * in mé-
um.
utem ad Deum cla-
& Dóminus salvá-

visio Psalmi 54.
ere, & manè, &
:idie narrábo, &

annuntiábo; * & exaúdiet [Dóminus] vocem meam.

Rédimet in pace ánimam meam ab his qui appropínquant mihi; * quóniam inter multos erant mecum.

Exaúdiet Deus, & humiliábit illos, * qui est ante sécula.

Non enim est illis commutátio, & non timuérunt Deum: * exténdit manum suam in retribuéndo.

Contaminavérunt testaméntum ejus, divísi sunt ab ira vultûs ejus: * & appropinquávit cor illíus.

Mollíti sunt sermónes ejus super óleum: * & ipsi sunt jácula.

Jacta super Dóminum curam tuam, & ipse te enútriet: * non dabit in ætérnum fluctuatiónem justo.

Tu verò, Deus, dedúces eos * in púteum intéritûs.

Viri sánguinum, & dolósi non dimidiábunt dies suos: * ego autem sperábo in te, Dómine.

Ant. Deus erat in Christo, mundum reconcílians sibi. 2. *Cor.* 5. 19.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Christus.

PSALMUS 63.

Anima fidelis Dei justitiam contra calumniatores deprecatur.

EXaúdi, Deus, oratiónem meam cùm déprecor: * à timóre inimíci éripe ánimam meam.

Protexísti me à convéntu malignántium, * à multi-

túdine operántium iniquitátem.

Quia exacuérunt ut gládium linguas suas: * intendérunt arcum rem amáram, ut sagíttent in occúltis immaculátum.

Súbitò sagittábunt eum, & non timébunt: * firmavérunt sibi sermónem nequam.

Narravérunt ut abscónderent láqueos: * dixérunt: Quis vidébit eos?

Scrutáti sunt iniquitátes: * defecérunt scrutántes scrutínio.

Accédet homo ad cor altum: * & exaltábitur Deus.

Sagíttæ parvulórum factæ sunt plagæ eórum: * & infirmátæ sunt contra eos linguæ eórum.

Conturbáti sunt omnes qui vidébant eos: * & tímuit omnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei: * & facta ejus intellexérunt.

Lætábitur justus in Dómino; & sperábit in eo, * & laudabúntur omnes recti corde.

PSALMUS 87.

Justus ab inimicis vexatus, & ab amicis derelictus, se Deo commendat.

DOmine Deus salútis meæ, * in die clamávi, & nocte coram te.

Intret in conspéctu tuo orátio mea, * inclína aurem tuam ad precem meam.

Quia repléta est malis ánima mea, * & vita mea inférno appropinquávit.

Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum; * factus sum sicut homo sine adjutório, inter mórtuos liber;

Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, quorum non es memor ámpliùs; * & ipsi de manu tua repúlsi sunt.

Posuérunt me in lacu inferióri, * in tenebrósis, & in umbra mortis.

Super me confirmátus est furor tuus, * & omnes fluctus tuos induxísti super me.

Longè fecísti notos meos à me, * posuérunt me abominatiónem sibi.

Tráditus sum, & non egrediébar; * óculi mei languérunt præ inópia.

Divisio Psalmi 87.

CLamávi ad te, Dómine, totâ die; * expándi ad te manus meas.

Numquid mórtuis fácies mirabília? * aut médici suscitábunt, & confitebúntur tibi?

Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, * & veritátem tuam in perditióne?

Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua, * & justítia tua in terra obliviónis?

Et ego ad te, Dómine, clamávi, * & manè orátio mea prævéniet te.

Ut quid, Dómine, repéllis oratiónem meam, * avér-

m tuam à me ?
r sum ego, & in
sà juventúte mea;
us autem humiliá-
& conturbátus.
e transiérunt iræ
t terróres tui con-
unt me :
ndedérunt me si-
ı totâ die, * cir-
runt me simul.
ásti à me amícum
mum, * & notos
niséria.
Christus diléxit Ec-
, & seípsum trádi-
a. *Eph.* 5. 25.

NOCTURNO.

ı. D. Pro peccátis.
LMUS 68.

*rantis in monte oli-
gonia, & aliæ paſ-
ejus circumſtantiæ.*

m me fac, Deus; *
iam intravérunt
sque ad ánimam

s sum in limo pro-
& non est substán-

in altitúdinem ma-
: tempéstas demér-

ávi clamans, raucæ
nt fauces meæ : *
nt óculi mei, dum
Deum meum.
plicáti sunt super
cápitis mei, * qui
me gratìs.
ortáti sunt, qui per-
nt me inimíci mei
* quæ non rápui,
olvébam.

Deus, tu scis insipiéntiam meam : * & delícta mea à te non sunt abscóndita.

Non erubéscant in me qui expéctant te, Dómine, * Dómine virtútum.

Non confundántur super me * qui quærunt te, Deus Israël.

Quóniam propter te sustínui oppróbrium; * opéruit confúsio fáciem meam.

Extráneus factus sum frátribus meis, * & peregrínus fíliis matris meæ.

Quóniam zelus domûs tuæ comédit me; * & oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt super me.

Et opérui in jejúnio ánimam meam, * & factum est in oppróbrium mihi.

Et pósui vestiméntum meum cilícium, * & factus sum illis in parábolam.

Advérsùm me loquebántur qui sedébant in porta, * & in me psallébant qui bibébant vinum.

Ego verò oratiónem meam ad te, Dómine : * tempus beneplácíti, Deus.

In multitúdine misericórdiæ tuæ exaúdi me, * in veritáte salútis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigar : * líbera me ab iis qui odérunt me, & de profúndis aquárum.

Non me demérgat tempéstas aquæ, neque absórbeat me profúndum, * neque úrgeat super me púteus os suum.

Divisio Psalmi 68.

EXaúdi me, Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua; * secúndùm multitúdinem miseratiónum tuárum réspice in me.

Et ne avértas fáciem tuam à púero tuo; * quóniam tríbulor, velóciter exaúdi me.

Inténde ánimæ meæ, & líbera eam; * propter inimícos meos éripe me.

Tu scis impropérium meum, & confusiónem meam, * & reveréntiam meam.

In conspéctu tuo sunt omnes qui tríbulant me: * impropérium expectávit cor meum, & misériam.

Et sustínui qui simul contristarétur, & non fuit; * & qui consolarétur, & non invéni.

Et dedérunt in escam meam fel; * & in siti mea potavérunt me acéto.

Fiat mensa eórum coram ipsis in láqueum,* & in retributiónes, & in scándalum.

Obscuréntur óculi eórum ne vídeant, * & dorsum eórum semper incúrva.

Effúnde super eos iram tuam, * & furor iræ tuæ comprehéndat eos.

Fiat habitátio eórum desérta, * & in tabernáculis eórum non sit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percussísti, persecúti sunt;* & super dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appóne iniquitátem super iniquitátem eórum; * & non intrent in justítiam tuam.

Deleántur de libro vivéntium, * & cum justis non scribántur.

Altera divisio Psal. 68.

EGo sum pauper & dolens: * salus tua, Deus, suscépit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico, * & magnificábo eum in laude.

Et placébit Deo super vítulum novéllum, * córnua producéntem & úngulas.

Vídeant paúperes, & læténtur: * quærite Deum, & vivet ánima vestra:

Quóniam exaudívit paúperes Dóminus: * & vinctos suos non despéxit.

Laudent illum cœli & terra, * mare & ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus salvam fáciet Sion,* & ædificabúntur civitátes Juda.

Et inhabitábunt ibi,* & hæreditáte acquírent eam.

Et semen servórum ejus possidébit eam,* & qui díligunt nomen ejus, habitábunt in ea.

Ant. Pro peccátis nostris mórtuus est, justus pro injústis. 1. *Petr.* 3. 18.

℣. Redemptiónem misit Dóminus, ℟. Pópulo suo. *Ps.* 110. 9.

Pater noster, &c. ut *suprà*.

LAUDES
A TUTINAS.
acerdotalis. Exultá-
bia mea, Dómine,
ntávero tibi, ℟. Et
mea quam redemí-
70. 23.
Deus in adjutórium.
. 2. D. Dómine.
SALMUS 69.
us pro nobis patiens,
pro nobis opem preca-

us, in adjutórium
ieum inténde; * Dó-
ad adjuvándum me
.
nfundántur & reve-
r, * qui quærunt áni-
meam.
rtántur retrórsùm &
cant, * qui volunt
nala.
rtántur statim erubes-
, * qui dicunt mihi:
, euge.
ltent & lætentur in
nes qui quærunt te; *
ant semper: Magnifi-
Dóminus, qui díli-
salutáre tuum.
o verò egénus & pau-
um; * Deus, ádjuva

jútor meus, & liberá-
eus es tu; * Dómine,
réris.
t. Dómine, Deus no-
possedérunt nos dómi-
sque te: tantùm in te
démur nóminis tui.
. 13.
t. 5. a. Ne despícias.
SALMUS 70.
Ecclesiæ Christus pro
ipsa adversùs impios auxilium postulat.

IN te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: * in justítia tua líbera me, & éripe me.

Inclína ad me aurem tuam, * & salva me.

Esto mihi in Deum protectórem, & in locum munítum; * ut salvum me fácias,

Quóniam firmaméntum meum, * & refúgium meum es tu.

Deus meus, éripe me de manu peccatóris, * & de manu contra legem agéntis, & iníqui;

Quóniam tu es patiéntia mea, Dómine: * Dómine, spes mea à juventúte mea.

In te confirmátus sum ex útero, de ventre matris meæ tu es protéctor meus; * in te cantátio mea semper.

Tanquam prodígium factus sum multis, * & tu adjútor fortis.

Repleátur os meum laude, * ut cantem glóriam tuam, totâ die magnitúdinem tuam.

Ne projícias me in témpore senectútis; * cùm defécerit virtus mea, ne derelínquas me.

Quia dixérunt inimíci mei mihi; * & qui custodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unum,

Dicéntes: Deus derelíquit eum, persequímini, & comprehéndite eum; * quia non est qui erípiat.

Deus, ne elongéris à me;* Deus meus, in auxílium meum réspice.

Confundántur, & defíciant detrahéntes ánimæ meæ;*operiántur confusióne & pudóre, qui quærunt mala mihi.

Ego autem semper sperábo; * & adjíciam super omnem laudem tuam.

Ant. Ne despícias, Dómine, partem tuam, quam redemísti tibi. *Esth.* 13. 16.

Ant. 1. a. Salva nos.

Divisio Psalmi 70.

OS meum annuntiábit justítiam tuam, [Dómine], * totâ die salutáre tuum.

Quóniam non cognóvi litteratúram, introíbo in poténtias Dómini; * Dómine, memorábor justítiæ tuæ solíus.

Deus, docuísti me à juventúte mea; * & usque nunc pronuntiábo mirabília tua.

Et usque in senéctam & sénium, * Deus, ne derelínquas me.

Donec annúntiem bráchium tuum * generatióni omni quæ ventúra est,

Poténtiam tuam [illegible] justítiam tuam, D[illegible] altíssima, [illegible]

Multiplicásti magnificéntiam tuam, * & convérsus consolátus es me.

Nam & ego confitébor tibi in vasis psalmi veritátem tuam, Deus; * psallam tibi in cíthara, Sanctus Israël.

Exultábunt lábia mea cùm cantávero tibi; * & ánima mea quam redemísti.

Sed & lingua mea totâ die meditábitur justítiam tuam, * cùm confúsi & revériti fúerint qui quærunt mala mihi.

Ant. Salva nos, Deus salvátor noster, & cóngrega nos. 1. *Par.* 16. 35.

Ant. 3. c. Tu, Dómine.

CANTICUM HABACUC.

c. 3. *v.* 1. *ad finem.*

Prophetia de Christi & Ecclesiæ passionibus & victoriis.

DOmine, audívi auditiónem tuam; * & tímui.

Dómine, opus tuum * in médio annórum vivífica illud.

In médio annórum notum fácies: * cùm irátus fuéris, misericórdiæ recordáberis.

Deus ab Austro véniet, * & Sanctus de monte Pharan.

Opéruit cœlos glória [illegible] * & laudis ejus plena [illegible]

edíctur diábolus
s ejus : * stetit ,
: est terram.
:· & dissólvit
& contríti sunt
:culi.
ici sunt colles
b itinéribus æter-
us.
quitáte vidi tentó-
piæ ; * turbabún-
: terræ Mádian.
iid in flumínibus
, Dómine ? * aut
ibus furor tuus ?
mari indignátio

:éndes super equos
quadrígæ tuæ sal-

ns suscitábis ar-
n ,* juraménta trí-
uæ locútus es.
s scindes terræ ,
te, & doluérunt
* gurges aquárum

abýssus vocem
altitúdo manus
ivit.
luna stetérunt in
lo suo ; * in luce
m tuárum ibunt ,
óre fulgurántis ha-

mitu conculcábis
& in furóre obstu-
gentes.
is es in salútem pó-
* in salútem cum
tuo.
sísti caput de do-
i ; * denudásti fun-
m ejus usque ad

Maledixísti sceptris ejus, cápiti bellatórum ejus , * veniéntibus ut turbo ad dispergéndum me.

Exultátio eórum, * sicut ejus qui dévorat paúperem in abscóndito.

Viam fecísti in mari equis tuis, * in luto aquárum multárum.

Audívi, & conturbátus est venter meus ; * à voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediátur putrédo in óssibus meis , * & subter me scáteat ;

Ut requiéscam in die tribulatiónis ; * ut ascéndam ad pópulum accínctum nostrum.

Ficus enim non florébit ; * & non erit germen in víneis.

Mentiétur opus olívæ ; * & arva non ásserent cibum.

Abscindétur de ovíli pecus ; * & non erit arméntum in præsépibus.

Ego autem in Dómino gaudébo, * & exultábo in Deo Jesu meo.

Deus Dóminus fortitúdo mea ; * & ponet pedes meos quasi cervórum ;

Et super excélsa mea dedúcet me victor * in psalmis canéntem.

Ant. Tu, Dómine, Pater noster, Redémptor noster ; à século nomen tuum. *Is.* 63. 16.

Ant. 6. F. Ipsi.

PSALMUS 145.

Laudandus Deus, qui facit

judicium injuriam patientibus.

LAuda, ánima mea, Dóminum; * laudábo Dóminum in vita mea, psallam Deo meo quándiu fúero.

Nolíte confídere in princípibus, * in filiis hóminū, in quibus non est salus.

Exíbit spíritus ejus, & revertétur in terram suam;* in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsíus, * qui fecit cœlum & terram, mare & ómnia quæ in eis sunt:

Qui custódit veritátem in séculum, facit judícium injúriam patiéntibus; * dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compedítos; * Dóminus illúminat cæcos:

Dóminus érigit elísos; * Dóminus díligit justos:

Dóminus custódit ádvenas; pupíllum, & víduam suscípiet, * & vias peccatórum dispérdet.

Regnábit Dóminus in sécula; * Deus tuus, Sion, in generatiónem & generatiónem.

Ant. Ipsi servi tui, & pópulus tuus, quos redemísti in fortitúdine tua magna. 2. *Esdr.* 1. 10.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 4. 13. 14.

CArissimi, communicántes Christi passiónibus, gaudéte; ut & in revelatióne glóriæ ejus gaudeátis exultántes. Si exprobrámini in nómine Christi, beáti éritis.

HYMNUS.

QUICUMQUE defixum cruci
Dei vides imáginem,
Simúlque diro cónspicis
Mucróne confóssum latus,

AGNOSCE quanto vúlnere
Natúra læsa décidit:
Divínus en tanti cruor
Medéla sola vúlneris.

NOS ergo Christus ínnocens
Livóre sanávit suo;
Nostrósque langóres tulit,
Ut lánguidis foret salus.

QUI tanta passus es Deus,
Fac írritus non sit labor;
Nec sánguinis fructum tui
Sinas nocéntes pérdere.

QUI nos creávit, laus Patri;
Qui nos redémit, Fílio;
Fovens redémptos grátiâ,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Hæc recordátus sum;
℟. Et effúdi in me ánimam meam. *Ps.* 41. 5.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D. Redemísti nos Deo in sánguine tuo, Dómine, ex omni tribu, & lingua, & pópulo, & natióne. *Apoc.* 5. 9.

Omittitur hâc die Suffragium de Cruce, fitque solum Suffragium de Sanctis, infrà post Completorium Sabbati.

AD PRIMAM.

Ant. 1. a. Trádidit.

L M U S 34.
o nobis patiens,
bus liberari de-
,
, Dómine, no-
ne; * expúgna
es me.
nde arma & scu-
exúrge in adju-
hi.
frámeam, &
ldvérsùs eos qui
ur me: * dic
æ: Salus tua ego

lántur & reve-
quæréntes áni-
m.
tur retrórsùm,
ántur * cogitán-
ala.
iquam pulvis an-
enti; * & ánge-
ii coárctans eos.
illórum ténebræ
n; * & ángelus
érsequens eos.
m gratìs abscon-
ii intéritum lá-
ipervácuè expro-
ánimam meam.
lli láqueus quem
& cáptio quam
, apprehéndat
n láqueum cadat

autem mea exul-
ómino, * & de-
uper salutári suo.
ssa mea dicent: *
quis símilis tibi?
nopem de manu
ejus, * egénum
m à diripiénti-

Divisio Psalmi 34.

SUrgéntes testes iníqui, * quæ ignorábam interrogábant me;

Retribuébant mihi mala pro bonis, * sterilitátem ánimeæ meæ.

Ego autem, cùm mihi molésti essent, * induébar cilício.

Humiliábam in jejúnio ánimam meam, * & orátio mea in sinu meo convertétur.

Quasi próximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacébam: * quasi lugens & contristátus sic humiliábar.

Et advérsùm me lætáti sunt, & convenérunt: * congregáta sunt super me flagélla, & ignorávi.

Dissipáti sunt, nec compúncti; tentavérunt me, subsannavérunt me subsannatióne; * frenduérunt super me déntibus suis.

Dómine, quando respícies? * restítue ánimam meam à malignitáte eórum, à leónibus únicam meam.

Confitébor tibi in ecclésia magna, * in pópulo gravi laudábo te.

Non supergaúdeant mihi qui adversántur mihi iníquè; * qui odérunt me gratìs, & ánnuunt óculis.

Quóniam mihi quidem pacíficè loquebántur; * & in iracúndia terræ loquéntes, dolos cogitábant.

Et dilatavérunt super me os suum: * dixérunt: Euge, euge; vidérunt óculi nostri.

Vidísti, Dómine, ne síleas; * Dómine, ne discédas à me.

Altera divisio Psal. 34.

EXúrge, & inténde judício meo; * Deus meus, & Dóminus meus in causam meam.

Júdica me secúndùm justítiam tuam, Dómine Deus meus; * & non supergaúdeant mihi.

Non dicant in córdibus suis: Euge, euge, ánimæ nostræ: * nec dicant: Devorávimus eum.

Erubéscant, & reverecántur simul, * qui gratulántur malis meis.

Induántur confusióne & reveréntiâ, * qui magna loquúntur super me.

Exúltent & læténtur, qui volunt justítiam meam; * & dicant semper: Magnificétur Dóminus, qui volunt pacem servi ejus.

Et lingua mea meditábitur justítiam tuam, * totâ die laudem tuam.

Ant. Trádidit in mortem ánimam suam, & cum scelerátis reputátus est. *Is.* 53. 12.

CAPITULUM. *Hebr.* 12. 3. 4.

REcogitáte eum qui talem sustínuit à peccatóribus advérsùm semetípsum contradictiónem; ut ne fatigémini ánimis vestris deficiéntes: nondum enim usque ad sánguinem restitístis, advérsùs peccátum repugnántes.

AD TERTIAM.

Ant. 6. F. Vulnerátus est.

PSALMUS 25.

Animæ fidelis ab iniquis vexatæ humilis apud Deum querela.

JUdica me, Dómine, quóniam ego in innocéntia mea ingréssus sum; * & in Dómino sperans non infirmábor.

Proba me, Dómine, & tenta me: * ure renes meos, & cor meum.

Quóniam misericórdia tua ante óculos meos est; * & complácui in veritáte tua.

Non sedi cum concílio vanitátis; * & cum iníqua geréntibus non introíbo.

Odívi ecclésiam malignántium; * & cum ímpiis non sedébo.

Lavábo inter innocéntes manus meas; * & circúmdabo altáre tuum, Dómine;

Ut aúdiam vocem laudis, * & enárrem univérsa mirabília tua.

Dómine, diléxi decórem domûs tuæ, * & locum habitatiónis glóriæ tuæ.

Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam; * & cum viris sánguinum vitam meam,

In quorum mánibus iniquitátes sunt; * déxtera eórum repléta est munéribus.

Ego autem in innocéntia mea ingréssus sum: * rédime me, & miserére meî.

Pes meus stetit in diré-

n eccléſiis bene-
, Dómine.
LMUS 39.
mortis & inferi
Deo Patri pro ſe
agit, pro ſuis
is preces offert.
ctans expectávi
inum; * & intén-
;
dívit preces meas;
it me de lacu mi-
de luto fæcis.
uit ſupra petram
os; * & diréxit
eos.
níſit in os meum
novum, * carmen
ro.
unt multi, & timé-
t ſperábunt in Dó-

vir cujus eſt no-
mini ſpes ejus; *
ſpéxit in vanitátes,
as falſas.
feciſti tu, Dómi-
meus, mirabília
& cogitatiónibus
eſt qui símilis ſit

ntiávi & locútus
ultiplicáti ſunt ſu-
erum.
ícium & oblatió-
luíſti: * aures au-
ecíſti mihi.
aúſtum & pro pec-
poſtuláſti: * tunc
ce vénio.
pite libri ſcriptum
e, ut fácerem vo-
n tuam: * Deus
vólui, & legem
médio cordis mei.

Diviſio Pſalmi 39.

ANnuntiávi juſtítiam tuam in eccléſia magna: * ecce lábia mea non prohibébo, Dómine, tu ſciſti.

Juſtítiam tuam non abſcóndi in corde meo: * veritátem tuam, & ſalutáre tuum dixi.

Non abſcóndi miſericórdiam tuam & veritátem tuam, * à concílio multo.

Tu autem, Dómine, ne longè fácias miſeratiónes tuas à me: * miſericórdia tua & véritas tua ſemper ſuſcepérunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala quorum non eſt númerus: * comprehendérunt me iniquitátes meæ, & non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ ſunt ſuper capíllos cápitis mei; * & cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me; * Dómine, ad adjuvándum me réſpice.

Confundántur & revereántur ſimul, qui quærunt ánimam meam, * ut aúferant eam.

Convertántur retrórsùm, & revereántur, * qui volunt mihi mala.

Ferant conféſtim confuſiónem ſuam, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exúltent, & lætentur ſuper te omnes quæréntes te; * & dicant ſemper: Magnificétur Dóminus, qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego autem mendícus sum & pauper: * Dóminus sollícitus est meî.

Adjútor meus & protéctor meus tu es: * Deus meus, ne tardáveris.

Ant. Vulnerátus est propter iniquitátes nostras; attrítus est propter scélera nostra. *Is.* 53. 5.

Capitulum. 1. *Cor.* 6. 20.

Empti estis prétio magno; glorificáte, & portáte Deum in córpore vestro.

℟. *breve.* Protéctor noster, * Aspice, Deus; ℟. Protéctor. ℣. Et réspice in fáciem Christi tui.* Aspice. Glória. ℟. Protéctor. *Ps.* 83. 10.

℣. Memóriam fecit mirabílium suórum, ℟. miséricors & miserátor Dóminus. *Ps.* 110. 4.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Pósuit.

Psalmus 21.

Christus in cruce Patrem obsecrat, ut sibi adsit.

Deus, Deus meus, réspice in me, quare me dereliquísti? * longè à salúte mea verba delictórum meórum.

Deus meus, clamábo per diem, & non exaúdies; * & nocte, & non ad insipiéntiam mihi.

Tu autem in sancto hábitas, * laus Isráël.

In te speravérunt patres nostri; * speravérunt, & liberásti eos.

Ad te clamavérunt, & salvi facti sunt: * in te speravérunt, & non sunt confúsi.

Ego autem sum vermis, & non homo; * oppróbrium hóminum, & abjéctio plebis.

Omnes vidéntes me, derisérunt me: * locúti sunt lábiis, & movérunt caput;

Sperávit in Dómino, erípiat eum; * salvum fáciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es qui extraxísti me de ventre, * spes mea ab ubéribus matris meæ:

In te projéctus sum ex útero; * de ventre matris meæ Deus meus es tu.

Divisio Psalmi 21.

Ne discésseris à me; * quóniam tribulátio próxima est, quóniam non est qui ádjuvet.

Circumdedérunt me vítuli multi; * tauri pingues obsedérunt me.

Aperuérunt super me os suum, * sicut leo rápiens & rúgiens.

Sicut aqua effúsus sum; * & dispérsa sunt ómnia ossa mea.

Factum est cor meum tanquam cera liquéscens * in médio ventris mei.

Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faúcibus meis: * & in púlverem mortis deduxísti me.

Quóniam circumdedé-

:anes multi : * con-
,aligmántium obsé-

unt manus meas.&
:os : * dinumeravé-
nia oſſa mea.
erò conſideravé-
inſpexérunt me : *
nt ſibi veſtiménta
ſuper veſtem meam
t ſortem.
tem, Dómine, ne
eris auxílium tuum
* ad defenſiónem
ónſpice.
à frámea, Deus,
meam, * & de ma-
s únicam meam.
me ex ore leónis, *
:nibus unicórnium
item meam.
ábo nomen tuum
s meis ; * in médio
laudábo te.
:imétis Dóminum,
eum ; * univérſum
Jacob, glorificáte
neat eum omne ſe-
aël :
iam non ſprevit ne-
léxit deprecatiónem
s ; nec avértit fá-
um à me ; * & cùm
:m ad eum, exau-
e.
diviſio Pſal. 21.
d te laus mea in ec-
ſia magna ; * vota
ldam in conſpéctu
um eum.
t paúperes, & ſatu-
ır : & laudábunt
um qui requírunt
vivent corda eórum
um séculi.

Reminiſcéntur, & converténtur ad Dóminum * univérſi fines terræ :

Et adorábunt in conſpéctu ejus * univérſæ famíliæ géntium.

Quóniam Dómini eſt regnum ; * & ipſe dominábitur géntium.

Manducavérunt, & adoravérunt omnes pingues terræ : * in conſpéctu ejus cadent omnes qui deſcéndunt in terram.

Et ánima mea illi vivet ; * & ſemen meum sérviet ipſi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra : * & annuntiábunt cœli juſtítiam ejus pópulo qui naſcétur, quem fecit Dóminus.

Ant. Póſuit Dóminus in eo iniquitátem ómnium noſtrûm. *Iſ.* 53. 6.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 1. 18. 19.

NOn corruptibílibus auro vel argénto redémpti eſtis de vana veſtra converſatióne patérnæ traditiónis ; ſed pretióſo ſánguine quaſi Agni immaculáti Chriſti & incontamináti.

℟. *breve.* Apud Dóminum * Miſericórdia. ℟. Apud. ℣. Et copióſa apud eum redémptio. * Miſericórdia. Glória. ℟. Apud. *Pſ.* 129. 7.

℣. Speráte in eo, omnis congregátio pópuli ; ℟. Effúndite coram illo corda veſtra. *Pſ.* 61. 9.

AD NONAM.

Ant. 7. *d.* Tanquam.

PSALMUS 30.

Vox Christi morientis & spiritum suum Patri commendantis.

IN te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: * in justítia tua líbera me.

Inclína ad me aurem tuam; * accélera ut éruas me.

Esto mihi in Deum protectórem, & in domum refúgii, * ut salvum me fácias.

Quóniam fortitúdo mea & refúgium meum es tu; * & propter nomen tuum dedúces me, & enútries me.

Edúces me de láqueo hoc, quem abscondérunt mihi; * quóniam tu es protéctor meus.

In manus tuas comméndo spíritum meum; * redemísti me, Dómine, Deus veritátis.

Odísti observántes vanitátes * supervácuè.

Ego autem in Dómino sperávi: * exultábo, & lætábor in misericórdia tua;

Quóniam respexísti humilitátem meam; * salvásti de necessitátibus ánimam meam.

Nec conclusísti me in mánibus inimíci; * statuísti in loco spatióso pedes meos.

Divisio Psalmi 30.

MIserére meî, Dómine, quóniam tríbulor: * conturbátus est in ira óculus meus, ánima mea, & venter meus:

Quóniam defécit in dolóre vita mea, * & anni mei in gemítibus.

Infirmáta est in paupertáte virtus mea; * & ossa mea conturbáta sunt.

Super omnes inimícos meos factus sum oppróbriũ: & vicínis meis valde; * & timor notis meis:

Qui vidébant me, * foràs fugérunt à me.

Oblivióni datus sum tanquam mórtuus à corde; * factus sum tanquam vas pérditum:

Quóniam audívi vituperatiónem multórum commorántium in circúitu, in eo dum convenírent simul advérsùm me, * accípere ánimam meam consiliáti sunt.

Ego autem in te sperávi, Dómine: * dixi: Deus meus es tu: in mánibus tuis sortes meæ;

Eripe me de manu inimicórum meórum, * & à persequéntibus me.

Illústra fáciem tuam super servum tuum; * salvùm me fac in misericórdia tua.

Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te: * erubéscant ímpii, & deducántur in inférnum.

Muta fiant lábia dolósa, * quæ loquúntur advérsùs justum iniquitátem in supérbia & in abusióne.

Altera divisio Psal. 30.

QUàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, * quam abscondísti timéntibus te!

ſti eis, qui ſperant
n conſpéctu filió-
inum.
des eos in abſcón-
i tuæ,* à contur-
óminum.
es eos in taberná-
* à contradictió-
rum.
ctus Dóminus; *
mirificávit miſe-
ı ſuam mihi in ci-
ınita.
item dixi in excéſ-
meæ: * Projéctus
ie oculórum tuó-

audíſti vocem ora-
æ, * dum clamá-
e.
e Dóminum, om-
i ejus; * quóniam
ı requíret Dómi-
etríbuet abundán-
ıtibus ſupérbiam.
er ágite, & con-
or veſtrum, * om-
perátis in Dómi-

Tanquam ovis ad
m ductus eſt; &
us coram tondénte
voce, ſic non apé-
ıum. *Act.* 8. 32.
T U L U M. *Hebr.*
. 13.
ut ſanctificáret per
ſánguinem pópu-
tra portam paſſus
mus ígitur ad eum
ra, impropérium
ántes.
ve. In cápite libri
m eſt de me, ℟. In
r. *Ut fácerem vo-*
luntátem tuam.* Scriptum.
Glória. ℟. In cápite. *Pſ.*
39. 8. 9.

℣. Deus meus, vólui,
℟. Et legem tuam in médio
cordis mei. *Pſ.* 39. 9.

AD VESPERAS.

Ant. 7. d. Cùm.

PSALMUS 128.

Chriſti & Eccleſiæ prælia & victoriæ.

SÆpè expugnavérunt me à juventúte mea, * dicat nunc Iſraël.

Sæpè expugnavérunt me à juventúte mea; * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorſum meum fabricavérunt peccatóres, * prolongavérunt iniquitátem ſuam.

Dóminus juſtus concídit cervíces peccatórum: * confundántur & convertántur retrórsùm omnes qui odérunt Sion.

Fiant ſicut fœnum tectórum, * quod priúſquàm evellátur, exáruit;

De quo non implévit manum ſuam qui metit, * & ſinum ſuum qui manípulos cólligit:

Et non dixérunt qui præteríbant: Benedíctio Dómini ſuper vos; * benedíximus vobis in nómine Dómini.

Ant. Cùm adhuc peccatóres eſsémus, ſecúndùm tempus, Chriſtus pro nobis mórtuus eſt. *Rom.* 5. 8. 9.

Ant. 1. a. Próprio.

PSALMUS 129.

Oratio pœnitentis veniam

à Deo per Christum poscentis.

DE profúndis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exaúdi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obsérvaveris, Dómine, * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est; * & propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus; * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, * speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia; * & copiósa apud eum redémptio:

Et ipse rédimet Israël * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Ant. Próprio fílio suo non pepércit Deus, sed pro nobis ómnibus trádidit illum. *Rom.* 8. 32.

Ant. 2. D. Christus.

PSALMUS 139.

Se ab improbis defendi precatur Ecclesia.

ERipe me, Dómine, ab hómine malo: * à viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde, * totâ die constituébant prælia:

Acuérunt linguas suas sicut serpéntis; * venénum áspidum sub lábiis eórum.

Custódi me, Dómine, de manu peccatóris, * & ab homínibus iníquis éripe me:

Qui cogitavérunt supplantáre gressus meos, * abscondérunt supérbi láqueum mihi.

Et funes extendérunt in láqueum; * juxta iter scándalum posuérunt mihi.

Dixi Dómino: Deus meus es tu: * exaúdi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ.

Ant. Christus factus est nobis sapiéntia à Deo, & justítia, & sanctificátio, & redémptio. 1. *Cor.* 1. 30.

Ant. 3. c. Majórem.

Divisio Psalmi 139.

DOmine, Dómine, virtus salútis meæ, * obumbrásti super caput meum in die belli.

Ne tradas me, Dómine, à desidério meo peccatóri, * cogitavérunt contra me, ne derelínquas me, ne fortè exalténtur.

Caput circúitûs eórum, * labor labiórum ipsórum opériet eos.

Cadent super eos carbónes, in ignem dejícies eos; * in misériis non subsístent.

Vir linguósus non dirigétur in terra; * virum injústum mala cápient in intéritu.

Cognóvi quia fáciet Dóminus judícium inopis, * & vindíctam páuperum.

Verúmtamen justi confitebúntur nómini tuo, * & habitábunt recti cum vultu tuo.

Ant. Majórem hâc dilectiónem nemo habet, ut

suam ponat quis
s suis. *Joan.* 15.

G. Animam.
LMUS 141.
manâ ope destitu-
divinum confugit
n.
neâ ad Dóminum
ivi: * voce meâ
inum deprecátus

in conspéctu ejus
meam; * & tri-
m meam ante ip-
ntio,
iéndo ex me spíri-
n: * & tu cogno-
tas meas.
hac quâ ambulá-
bscondérunt lá-
hi.
erábam ad déxte-
idébam; * & non
ognósceret me.
ıga à me; * & non
equírat ánimam

i ad te, Dómine, *
es spes mea, pór-
terra vivéntium.
e ad deprecatió-
n, * quia humiliá-
nimis.
me à perfequénti-
* quia confortáti
me.
custódia ánimam
l confiténdum nó-
; * me expéctant
ec retríbuas mihi.
nimam suam pro
uit: & nos debé-
frátribus ánimas
. *Joan.* 3. 16.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 2. 20. 21.

SI benefaciéntes patiénter sustinétis, hæc est grátia apud Deum; in hoc enim vocáti estis: quia & Christus passus est pro nobis, vobis relínquens exémplum, ut sequámini vestígia ejus.

HYMNUS.

SPERATE, mortáles, gravi
Peccáta quos premunt jugo:
Qui sanguis in terras fluit,
Vestræ salútis pignus est.

DIVINA mundi víctima,
Amándo non servas modum:
Cur totus it venis cruor?
Guttam dedísse súfficit.

IMMENSUS hoc amor jubet,
Suásque dat leges tibi:
Hic solus impónit crucem,
Et crux amánti fit levis.

SIC ergo, Christe, nos amas!
Salváre sic mundum juvat!
O ter beátum! cui licet
Tecum pati, tecum mori.

QUI nos creávit, laus Patri;
Qui nos redémit, Fílio;
Fovens redémptos grátiâ,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Pérfice gressus meos in sémitis tuis, dómine,
℟. Ut non moveántur vestígia mea. *Ps.* 16. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. c.
Si unus pro ómnibus mór-

tuus est, ergo omnes mórtui sunt; & pro ómnibus mórtuus est Christus, ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mórtuus est. 2. *Cor.* 5. 14. 15.

Omittitur hâc die Suffragium de Cruce, fitque solùm Suffragium de Sanctis, infrà post Completorium Sabbati.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 2. D. Quis.

PSALMUS 37.

Mala hujus vitæ sustinenda ad obtinendam peccatorum veniam.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me;

Quóniam sagíttæ tuæ infixæ sunt mihi, * & confirmásti super me manum tuam.

Non est sánitas in carne mea à fácie iræ tuæ: * non est pax óssibus meis à fácie peccatórum meórum:

Quóniam iniquitátes meæ supergréssæ sunt caput meum, * & sicut onus grave gravátæ sunt super me.

Putruérunt & corrúptæ sunt cicatríces meæ, * à fácie insipiéntiæ meæ.

Miser factus sum, & curvátus sum usque in finem, * totâ die contristátus ingrediébar:

Quóniam lumbi mei impléti sunt illusiónibus, * & non est sánitas in carne mea.

Afflíctus sum & humiliátus sum nimis; * rugiébam à gémitu cordis mei.

Dómine, ante te omne desidérium meum, * & gémitus meus à te non est abscónditus.

Cor meum conturbátum est, derelíquit me virtus mea; * & lumen oculórum meórum, & ipsum non est mecum.

Divisio Psalmi 37.

AMíci mei & próximi mei * advérsùm me appropinquavérunt & stetérunt;

Et qui juxta me erant, de longè stetérunt; * & vim faciébant qui quærébant ánimam meam.

Et qui inquirébant mala mihi, locúti sunt vanitátes; * & dolos totâ die meditabántur.

Ego autem tanquam surdus non audiébam, * & sicut mutus non áperiens os suum:

Et factus sum sicut homo non aúdiens, * & non habens in ore suo redargutiónes.

Quóniam in te, Dómine, sperávi, * tu exaúdies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequándo supergaúdeant mihi inimíci mei; * & dum commovéntur pedes mei, super me magna locúti sunt.

Quóniam ego in flagélla parátus sum, * & dolor meus in conspéctu meo semper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo, * & cogitábo pro peccáto meo:

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti sunt super me, * & multiplicáti sunt qui odérunt me iníquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi: * quóniam sequébar bonitátem.

Ne derelínquas me, Dómine Deus meus, * ne discésseris à me.

Inténde in adjutórium meum, * Dómine, Deus salútis meæ.

PSALMUS 55.

Anima fidelis in Deo sperans, nihil ab homine timet.

Miserére meî, Deus, quóniam conculcávit me homo: * totâ die impúgnans tribulávit me.

Conculcavérunt me inimíci mei totâ die; * quóniam multi bellántes advérsùm me.

Ab altitúdine diéi timébo: * ego verò in te sperábo.

In Deo laudábo sermónes meos, in Deo sperávi: * non timébo quid fáciat mihi caro.

Totâ die verba mea execrabántur; * advérsùm me omnes cogitatiónes eórum in malum.

Inhabitábunt & abscóndent: * ipsi calcáneum meum observábunt.

Sicut sustinuérunt ánimam meam, pro níhilo salvos fácies illos: * in ira pópulos confrínges,

Deus, vitam meam annuntiávi tibi; * posuísti láchrymas meas in conspéctu tuo, sicut & in promissióne tua.

Tunc converténtur inimíci mei retrórsùm: * in quacúmque die invocávero te, ecce cognóvi quóniam Deus meus es.

In Deo laudábo verbum, in Dómino laudábo sermónem; * in Deo sperávi, non timébo quid fáciat mihi homo.

In me sunt, Deus, vota tua, quæ reddam, * laudatiónes tibi.

Quóniam eripuísti ánimam meam de morte, & pedes meos de lapsu; * ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

Ant. Quis ergo nos separábit à caritáte Christi? *Rom.* 8. 35.

Hymnus. Grates peráćto jam die. *Infrà.*

CAPITULUM. I. *Thess.* 5. 9. 10.

Fratres, non pósuit nos Deus in iram, sed in acquisitiónem salútis, per Dóminum nostrum Jesum Christum, qui mórtuus est pro nobis.

℟. *breve.* In manus. *Infrà.*

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 7. *d.* Si quis non amat Dóminum nostrum Jesum Christum, sit anáthema. I. *Cor.* 16. 22.

Preces & Oratio, infrà.

SABBATO,

AD OFFIC. NOCTURN.

Invitatorium. Dóminum, qui reddit justis

mercédem labórum, * Veníte, adorémus. *Sap.* 10. 17.

Psalmus, Veníte. p. 2.

HYMNUS.

RECENS ab autóris manu
Primus parens mortálium
Curis solútus ánxiis,
Dies agébat cándidos.

MOX, pœna peccáti, labor
Cum patre natos óbruit;
Hinc terra, cultóris manu
Versánda, spinas prótulit.

OMNES dolóris filii,
Omnes labóri náscimur:
Inter labóres vívimus,
Labóre vitam claúdimus.

AT non caret fructu labor;
Factus medéla críminis,
Corpus domat, cor érigit,
Et munit ad cœlum viam.

QUI nos corónat, laus Patri;
Qui nos redémit, Fílio;
Almâ juvans nos grátiâ,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Deus.

PSALMUS 16.

Christi pro nobis patientis oratio cum spe resurgendi.

EXaúdi, Dómine, justítiam meam: * inténde deprecatiónem meã.

Aúribus pércipe oratiónem meam, * non in lábiis dolósis.

De vultu tuo judícium meum pródeat: * óculi tui vídeant æquitátes.

Probásti cor meum, & visitásti nocte: * igne me examinásti, & non est invénta in me iníquitas.

Ut non loquátur os meum ópera hóminum: * propter verba labiórum tuórum ego custodívi vias duras.

Pérfice gressus meos in sémitis tuis, * ut non moveántur vestígia mea.

Ego clamávi, quóniam exaudísti me, Deus: * inclína aurem tuam mihi, & exaúdi verba mea.

Divisio Psalmi 16.

MIrífica misericórdias tuas, [Dómine], * qui salvos facis sperántes in te.

A resisténtibus déxteræ tuæ custódi me, * ut pupíllam óculi.

Sub umbra alárum tuárum prótege me, * à fácie impiórum qui me afflixérunt.

Inimíci mei ánimam meam circumdedérunt, ádipem suum conclusérunt: * os eórum locútum est supérbiam.

Projiciéntes me nunc circumdedérunt me: * óculos suos statuérunt declináre in terram.

Suscepérunt me sicut leo parátus ad prædam, * & sicut cátulus leónis hábitans in ábditis.

Exúrge, Dómine, præveni eum, & supplánta eum: * éripe ánimam meam ab ímpio, frámeam tuam ab inimícis manûs tuæ.

Dómine, à paucis de ter-

ra divide eos in vita eó-
rum; * de abscónditis tuis
adimplétus est venter eórũ.
Saturáti sunt fíliis : * &
dimisérunt relíquias suas
párvulis suis.
Ego autem in justítia ap-
parébo conspéctui tuo : *
satiábor cùm apparúerit
glória tua.

PSALMUS 35.
Impiorum malitia. Justitia Dei. Justorum gloria.

DIxit injústus, ut delínquat in semetípso : *
non est timor Dei ante óculos ejus.
Quóniam dolósè egit in
conspéctu ejus, * ut inveniátur iníquitas ejus ad
ódium.
Verba oris ejus iníquitas
& dolus; * nóluit intellígere ut benè ágeret.
Iniquitátem meditátus
est in cubíli suo; ástitit omni viæ non bonæ; * malítiam autem non odívit.
Dómine, in cœlo misericórdia tua, * & véritas
tua usque ad nubes.
Justítia tua sicut montes
Dei : * judícia tua abýssus
multa.
Hómines & juménta salvábis, Dómine : * quemádmodum multiplicásti misericórdiam tuam, Deus.
Fílii autem hóminum *
in tégmine alárum tuárum
sperábunt :
Inebriabúntur ab ubertáte domũs tuæ; * & torrénte voluptátis tuæ potábis eos.
Quóniam apud te est
fons vitæ; * & in lúmine
tuo vidébimus lumen.
Prætende misericórdiam
tuam sciéntibus te, * &
justítiam tuam his qui recto sunt corde.
Non véniat mihi pes supérbiæ; * & manus peccatóris non móveat me.
Ibi cecidérunt qui operántur iniquitátem; * expúlsi sunt, nec potuérunt
stare.
Ant. Deus pósuit hóminem in paradíso voluptátis, ut operarétur. *Gen. 2. 15.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Cuncti.

PSALMUS 57.
Christus inimicorum suorum injustitiam arguit, & Dei vindictam in ipsos prænuntiat.

SI verè útique justítiam
loquímini, * recta judicáte, filii hóminum.
Etenim in corde iniquitátes operámini in terra, *
injustítias manus vestræ
concínnant.
Alienáti sunt peccatóres
à vulva, erravérunt ab útero; * locúti sunt falsa.
Furor illis secúndùm similitúdinem serpéntis; * sicut áspidis surdæ & obturántis aures suas,
Quæ non exaúdiet vocem incantántium, * & venéfici incantántis sapiénter.
Deus cónteret dentes eórum in ore ipsórum; * mo-

las leónum confrínget Dóminus.

Ad níhilum devénient tanquam aqua decúrrens : * inténdit arcum suum, donec infirméntur.

Sicut cera quæ fluit, auferéntur : * supercécidit ignis ; & non vidérunt solem.

Priúsquàm intellígerent spinæ vestræ rhamnum, * sicut vivéntes, sic in ira absórbet eos.

Lætábitur justus cùm víderit vindíctam ; * manus suas lavábit in sánguine peccatóris.

Et dicet homo : Si útique est fructus justo, * útique est Deus júdicans eos in terra.

PSALMUS 142.

Oratio pœnitentis opem Dei deprecantis.

DOmine, exaúdi oratiónem meam, áuribus pércipe obsecratiónem meam in veritáte tua, * exaúdi me in tua justítia ;

Et non intres in judícium cum servo tuo ; * quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens ;

Quia persecútus est inimícus ánimam meam, * humiliávit in terra vitam meam ;

Collocávit me in obscúris sicut mórtuos séculi ; * & anxiátus est super me spíritus meus, in me turbátum est cor meum.

Memor fui diérum antiquórum, meditátus sum in ómnibus opéribus tuis, * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expándi manus meas ad te ; * ánima mea sicut terra sinè aqua tibi.

Velóciter exaúdi me, Dómine ; * defécit spíritus meus.

Non avértas fáciem tuam à me : * & símilis ero descendéntibus in lacum.

Divisio Psalmi 142.

AUdítam fac mihi manè misericórdiam tuam, [Dómine] ; * quia in te sperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem ; * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis, Dómine, ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam, * & in misericórdia tua dispérdes inimícos meos ;

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam ; * quóniam ego servus tuus sum.

Ant. Cuncti dies hóminis dolóribus & ærúmnis pleni sunt. *Eccle.* 2. 23.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 3. c. Caro.

PSALMUS 38.

Hujus vitæ vanitas & mise-

)ivinum postulatur
ium.
: Custódiam vias
as, * ut non delín-
lingua mea.
ori meo custódiam,
onsísteret peccátor
n me.
utui, & humiliá-
& sílui à bonis :*
neus renovátus est.
iluit cor meum in-
* & in meditatió-
xardéscet ignis.
is sum in lingua
Notum fac mihi,
, finem meum,
úmerum diérum
quis est ;* ut sciam
it mihi.
mensurábiles po-
s meos : * & sub-
iea tanquam níhi-
: te.
ntamen univérsa
: * omnis homo

ntamen in imágine
t homo : * sed &
onturbátur.
urízat, * & ignó-
ongregábit ea.
ic, quæ est expe-
ea ? nonne Dómi-
& substántia mea
est.
isio Psalmi 38.
mnibus iniquitáti-
meis érue me,
ie], * oppróbrium
i dedísti me.
tui, & non apérui
i,* quóniam tu fe-

e à me plagas tuas;
* à fortitúdine manûs tuæ ego deféci in increpatiónibus.

Propter iniquitátem corripuísti hóminem, & tabéscere fecísti sicut aráneam ánimam ejus : * verúmtamen vanè conturbátur omnis homo.

Exaúdi oratiónem meam, Dómine, & deprecatiónem meam ; * aúribus pércipe lácrymas meas.

Ne síleas : quóniam ádvena ego sum apud te, & peregrínus, * sicut omnes patres mei.

Remítte mihi, ut refrígeret priúsquàm ábeam, * & ámpliùs non ero.

PSALMUS 46.

Christus Rex magnus super omnem terram ; ipsi psallendum.

OMnes gentes plaúdite mánibus ; * jubiláte Deo in voce exultatiónis.

Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis ; * Rex magnus super omnem terram.

Subjécit pópulos nobis,* & gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hæreditátem suam, * spéciem Jacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in júbilo, * & Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite : * psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex ómnis ter-

ræ Deus;* psállite sapiénter.

Regnábit Deus super gentes: * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham; * quóniam dii fortes terræ, veheménter eleváti sunt.

Ant. Caro hóminis, dum vivet, dolébit; & ánima illíus super semetípso lugébit. *Job.* 14. 22.

℣. Qui séminant in lácrymis, ℟. In exultatióne metent. *Ps.* 125. 5.

Pater noster, &c. *ut suprà.*

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Inclinávi cor meum, Dómine, ad faciéndas justificatiónes tuas in ætérnum, ℟. Propter retributiónem. *Ps.* 118. 112.

Ant. 4. a. Magna.

PSALMUS 47.

Ecclesia Dei frustrà impugnatur; Deus fundavit eam in æternum.

MAgnus Dóminus & laudábilis nimis, * in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundátur exultatióne univérsæ terræ mons Sion, látera Aquilónis, * cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur, * cùm suscípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti sunt, * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admirári sunt, conturbáti sunt, * commóti sunt:

Tremor apprehéndit eos; * ibi dolóres ut parturiéntis.

In spíritu veheménti * cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei nostri: * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscépimus, Deus, misericórdiam tuam * in médio templi tui.

Secúndùm nomen tuum, Deus, sic & laus tua in fines terræ: * justítiâ plena est déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exúltent fíliæ Judæ, * propter judícia tua, Dómine.

Circúmdate Sion, & complectímini eam; * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus, & distribúite domos ejus, * ut enarrétis in progénie áltera;

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætérnum, & in séculum séculi; * ipse reget nos in sécula.

Ant. Magna sunt judícia tua, Dómine, & inenarrabília verba tua. *Sap.* 17. 1.

Ant. 7. d. Quæ.

PSALMUS 66.

Deus in toto orbe per Christum cognoscendus.

DEus misereátur nostri, & benedícat nobis: * illúminet vultum suum super nos, & misereátur nostri;

Ut cognoscámus in terra viam tuam, * in ómnibus géntibus salutáre tuum.

Confiteántur tibi pópuli, Deus, * confiteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur & exúltent gentes; * quóniam júdicas pópulos in æquitáte, & gentes in terra dírigis.

Confiteántur tibi pópuli, Deus, confiteántur tibi pópuli omnes: * terra dedit fructum suum.

Benedícat nos Deus, Deus noster, benedícat nos Deus: * & métuant eum omnes fines terræ.

Ant. Quæ de manu tua accépimus, Dómine, dédimus tibi. 1. *Par.* 29. 14.

Ant. 3. c. Quid est.

PSALMUS 86.

Ecclesiæ Dei dilatatio: ipse fundavit eam Altissimus.

FUndaménta ejus in móntibus sanctis: * díligit Dóminus portas Sion super ómnia tabernácula Jacob.

Glorióſa dicta sunt de te, * cívitas Dei.

Memor ero Rahab, & Babylónis * sciéntium me.

Ecce alienígenæ, & Tyrus, & pópulus Æthiópum; * hi fuérunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo & homo natus est in ea: * & ipse fundávit eam Altíssimus?

Dóminus narrábit in scriptúris populórum & príncipum; * horum qui fuérunt in ea.

Sicut lætántium * ómnium habitátio est in te.

Ant. Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? *Job.* 7. 17.

Ant. 2. D. Peregríni.

ALTERUM MOYSI CANTICUM. *Deut. c.* 32. *v.* 1. *ad* 43.

Populi sui infidelitates, Deique vindictas & miserationes præmuntiat.

AUdíte, cœli, quæ loquor; * aúdiat terra verba oris mei.

Concréscat ut plúvia doctrína mea; * fluat ut ros elóquium meum;

Quasi imber super herbam, & quasi stillæ super grámina: * quia nomen Dómini invocábo.

Date magnificéntiam Deo nostro: * Dei perfécta sunt ópera, & omnes viæ ejus judícia.

Deus fidélis & absque ulla iniquitáte, justus & rectus; * peccavérunt ei, & non filii ejus in sórdibus.

Generátio prava atque pervérsa, * hǽccine reddis Dómino, pópule stulte & insípiens?

Numquid non ipse est Pater tuus, * qui possédit te, & fecit, & creávit te?

Meménto diérum antiquórum, * cógita generatiónes síngulas:

Intérroga patrem tuum, & annuntiábit tibi; * majóres tuos, & dicent tibi:

Quando dividébat Altíſ-

simus gentes, * quando separábat fílios Adam,

Constítuit términos populórum, * juxta númerum filiórum Israël.

Pars autem Dómini pópulus ejus; * Jacob funículus hæreditátis ejus.

Invénit eum in terra desérta, * in loco horróris, & vastæ solitúdinis.

Circumdúxit eum, & dócuit, * & custodívit quasi pupíllam óculi sui.

Sicut áquila próvocans ad volándum pullos suos, * & super eos vólitans,

Expándit alas suas, & assúmpsit eum, * atque portávit in húmeris suis.

Dóminus solus dux ejus fuit; * & non erat cum eo deus aliénus.

Constítuit eum super excélsam terram, * ut coméderet fructus agrórum,

Ut súgeret mel de petra, * oleúmque de saxo duríssimo,

Bútyrum de arménto, & lac de óvibus, * cum ádipe agnórum & aríetum filiórum Basan;

Et hircos cum medúlla trítici, * & sánguinem uvæ bíberet meracíssimum.

Incrassátus est diléctus, & recalcitrávit: * incrassátus, impinguátus, dilatátus,

Derelíquit Deum factórem suum, * & recéssit à Deo salutári suo.

Provocavérunt eum in diis aliénis, * & in abominatiónibus ad iracúndiam concitavérunt.

Immolavérunt dæmóniis, & non Deo; * diis quos ignorábant.

Novi recentésque venérunt, * quos non coluérunt patres eórum.

Deum qui te génuit dereliquísti, * & oblítus es Dómini Creatóris tui.

Vidit Dóminus, & ad iracúndiam concitátus est; * quia provocavérunt eum fílii sui & fíliæ:

Et ait: Abscóndam fáciem meam ab eis; * & considerábo novíssima eórum;

Generátio enim pervérsa est, * & infidéles fílii;

Ipsi me provocavérunt in eo qui non erat Deus, * & irritavérunt in vanitátibus suis;

Et ego provocábo eos in eo qui non est pópulus, * & in gente stulta irritábo illos.

Ignis succénsus est in furóre meo, * & ardébit usque ad inférni novíssima:

Devorabítque terram cum gérmine suo, * & móntium fundaménta combúret.

Congregábo super eos mala, * & sagíttas meas complébo in eis.

Consuméntur fame; * & devorábunt eos aves morsu amaríssimo.

Dentes bestiárum immíttam in eos, * cum furóre trahéntium super terram, atque serpéntium.

Foris vastábit eos gládius,

vor, * júvenem
írginem, lacténómine sene.
Jbinam sunt ? *
iam ex hóminiriam eórum:
oter iram inimiluli: * ne fortè
t hostes eórum,
ent: Manus noa, * & non Dót hæc ómnia.
sque consílio est,
léntia: * útinàm
& intellígerent,
na providérent.
odo persequátur
:, * & duo fugent
llia ?
ídeò, quia Deus
idit eos, * & Dóiclúsit illos ?
im est Deus noeórum: * & inii sunt júdices.
a Sodomórum vín, * & de suburmórrhæ:
rum uva fellis, *
maríssimi.
cónum vinum eóvenénum áspidum
e.
hæc cóndita sunt
, * & signáta in
meis ?
t últio, & ego rein témpore, * ut
es eórum.
est dies perditió:
adésse festínant

bit Dóminus póum, * & in servis
sébitur.

Vidébit quòd infirmáta sit manus, * & clausi quoque defecérunt, residuíque consúmpti sunt.

Et dicet: Ubi sunt dii eórum, * in quibus habébant fidúciam!

De quorum víctimis comedébant ádipes, * & bibébant vinum libáminum:

Surgant, & opitulétur vobis, * & in necessitáte vos prótegant.

Vidéte quòd ego sim solus, * & non sit álius Deus præter me:

Ego occídam, & ego vívere fáciam; percútiam, & ego sanábo; * & non est qui de manu mea possit erúere.

Levábo ad cœlum manũ meam; * & dicam: Vivo ego in ætérnum.

Si acúero ut fulgur gládium meum, * & arripúerit judícium manus mea,

Reddam ultiónem hóstibus meis, * & his qui odérunt me, retríbuam:

Inebriábo sagíttas meas sánguine, * & gládius meus devorábit carnes,

De cruóre occisórum, * & de captivitáte nudáti inimicórum cápitis.

Laudáte gentes pópulum ejus, * quia sánguinem servórum suórum ulciscétur:

Et vindíctam retríbuet in hostes eórum; * & propítius erit terræ pópuli sui.

Ant. Peregríni sumus coram te, & ádvenæ, sicut

omnes patres nostri. 1. *Par.* 29. 15.

Ant. 5. a. Ob hoc.

PSALMUS 116.

Misericordia & veritas Dei in populum suum à gentibus laudanda.

LAudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli;

Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus; * & véritas Dómini manet in ætérnum.

Ant. Ob hoc quòd ómnium Dóminus es, ómnibus te párcere facis. *Sap.* 12. 16.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 9. 24.

NEscítis quòd ii qui in stádio currunt, omnes quidem currunt; sed unus áccipit bravíum? sic cúrrite ut comprehendátis.

HYMNUS.

PUGNATE, Christi mílites,
Fortes fide resístite;
Imménsa promísit Deus
Pio labóri præmia.

NON ille fluxas ac leves
Palmas dabit vincéntibus;
Sed lucis ætérnæ decus,
Et pura semper gaúdia.

MENTES beátas éxcipit
Formósa Cœlitûm domus:
Hîc turba, cœlis áltior,
Subjécta calcat sídera.

HUC certa nos spes évocat:
Huc vota tendant ómnia:
Nec térreat brevis labor,
Ætérna quos merces manet.

QUI nos corónat, laus Patri;
Qui nos redémit, Fílio;
Almâ juvans nos grátiâ,
Sit par tibi laus, Spíritus.
Amen.

℣. Dómine, quis requiéscet in monte sancto tuo? ℟. Qui ingréditur sinè mácula, & operátur justítiam. *Ps.* 14. 1. 2.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. a. Deus noster, magne, fortis & terríbilis, custódiens pactum & misericórdiam, ne avértas à fácie tua omnem labórem qui invénit nos. 2. *Esdr.* 9. 32.

Suffragia habentur infrà post Completorium Sabbati.

AD PRIMAM.

Ant. 3. c. Quid prodest.

PSALMUS 40.

Christus propter nos egenus, morti traditus, resurrectionem suam petit & impetrat.

BEátus qui intélligit super egénum & paúperem; * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus consérvet eum, & vivíficet eum, & beátum fáciat eum in terra, * & non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi super lectum dolóris ejus; * univérsum stratum ejus versásti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine, miserére meî; * sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: * Quando morié-

, & peribit nomen ejus?
:t si ingrediebátur ut vi-
et, vana loquebátur; *
ejus congregávit ini-
átem sibi.
grediebátur foràs, * &
ebátur in idípsum.
dvérsùm me susurrá-
t omnes inimíci mei, *
rsùm me cogitábant
a mihi.
erbum iníquum consti-
unt advérsùm me: *
quid qui dormit, non
ciet ut resúrgat?
enim homo pacis meæ,
uo sperávi, qui edébat
es meos, * magnificá-
uper me supplantatió-
l.
u autem, Dómine,
eré meî, & resúscita
; * & retríbuam eis.
n hoc cognóvi quóniam
isti me: * quóniam
gaudébit inimícus
is super me.
le autem propter inno-
tiam suscepísti; * &
firmásti me in conspé-
tuo in ætérnum.
enedíctus Dóminus
us Israël à século, & us-
in séculum. * Fiat, fiat.

PSALMUS 98.

isti regnum super omnes opulos: ipse est cui ser-iebant patres antiqui.

Dominus regnávit, irascántur pópuli; * qui
et super Chérubim,
veátur terra.
Dóminus in Sion ma-
us; * & excélsus super
nes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno, quóniam terríbile & sanctum est: * & honor regis judícium díligit.

Tu parásti directiónes, * judícium & justítiam in Jacob tu fecísti.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum; * & adoráte scabéllum pedum ejus, quóniam sanctum est.

Móyses & Aaron in sacerdótibus ejus, * & Sámuel inter eos qui ínvocant nomen ejus.

Invocábant Dóminum, & ipse exaudiébat eos, * in colúmna nubis loquebátur ad eos.

Custodiébant testimónia ejus, * & præcéptum quod dedit illis.

Dómine Deus noster, tu exaudiébas eos; * Deus, tu propítius fuísti eis, & ulcíscens in omnes adinventiónes eórum.

Exaltáte Dóminum Deum nostrum, & adoráte in monte sancto ejus; * quóniam sanctus Dóminus Deus noster.

PSALMUS 107.

Christus resurrectionem suam, & regni sui dilatationem prænuntiat.

PArátum cor meum, Deus, parátum cor meum; * cantábo, & psallam in glória mea.

Exúrge, glória mea, exúrge, psaltérium & cíthara: * exúrgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine, * & psallam

tibi in natiónibus;

Quia magna est super cælos misericórdia tua, * & usque ad nubes véritas tua.

Exaltáre super cælos, Deus, * & super omnem terram glória tua.

Ut liberéntur dilécti tui, * salvum fac déxtera tua, & exaudi me.

Deus locútus est in sancto suo; * exultábo, & dividam Síchimam; & convállem tabernaculórum dimétiar.

Meus est Gálaad, & meus est Manásses; * & Ephraïm suscéptio cápitis mei.

Juda rex meus; * Moab lebes spei meæ;

In Idumæam extendam calceaméntum meum: * mihi alienígenæ amíci facti sunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me usque in Idumæam?

Nonne tu, Deus, qui repulísti nos? * & non exíbis, Deus, in virtútibus nostris?

Da nobis auxílium de tribulatióne; * quia vana salus hóminis.

In Deo faciémus virtútem; * & ipse ad níhilum dedúcet inimícos nostros.

Ant. Quid prodest hómini, si mundum univérsum lucrétur, ánimæ verò suæ detriméntum patiátur? *Matt.* 16. 26.

CAPITULU

2. 12. 13.

CArissimi,
& tremóre
lútem operámi
enim qui operá
& velle & per
bona voluntát

AD TER

Ant. 5. a. (

PSALMI

Christus morti
Patrem suum
deis incredul
nem, regnu
super gente
tians.

ERipe me
meis, Deu
ab insurgéntibu
bera me.

Eripe me de
iniquitátem, *
sánguinum salv

Quia ecce ce
mam meam: *
in me fortes.

Neque iniqu
neque peccátu
Dómine: * sine
cucúrri, & di

Exúrge in occ
um, & vide: *
mine Deus virtú
Israël,

Inténde ad
omnes gentes;
sereáris ómnibu
rántur iniquitát

Converténtur
ram; & famem
ut canes; * &
civitátem.

Ecce loquént
suo, & gládius

* quóniam quis

Dómine, deridé-
* ad níhilum dedú-
es gentes.
ifio Pfalmi 58.
túdinem meam ad
ıftódiam, quia,
ıfcéptor meus es: *
ius, miſericórdia
véniet me.
ıfténdet mihi ſuper
meos; ne occídas
ıequándo oblivif-
ópuli mei.
ge illos in virtúte
depóne eos, pro-
ıeus Dómine:
ım oris eórum,
m labiórum ipsó-
& comprehendán-
pérbia ſua.
e execratióne &
o annuntiabúntur
ımmatióne: * in
ſummatiónis, &
nt.
ent, quia Deus do-
ır Jacob, * & fi-
rræ.
erténtur ad véſpe-
famem patiéntur
s; * & circuíbunt
n.
ſpergéntur ad man-
ım: * ſi verò non
ſaturáti, & mur-
nt.
utem cantábo forti-
ı tuam: * & exultá-
ıè miſericórdiam

factus es ſuſcéptor
refúgium meum,
tribulatiónis meæ.

Adjútor meus, tibi pſallam, quia, Deus, ſuſcéptor meus es: * Deus meus, miſericórdia mea.

PSALMUS 75.

Terribilis eſt Deus in judiciis ſuis ſuper iniquos.

NOtus in Judǽa Deus; * in Iſraël magnum nomen ejus:

Et factus eſt in pace locus ejus; * & habitátio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias árcuum, * ſcutum, gládium & bellum.

Illúminans tu mirabíliter à móntibus ætérnis: * turbáti ſunt omnes inſipiéntes corde.

Dormiérunt ſomnum ſuum, * & nihil invenérunt omnes viri divitiárum in mánibus ſuis.

Ab increpatióne tua, Deus Jacob, * dormitavérunt qui aſcendérunt equos.

Tu terríbilis es, & quis resíſtet tibi? * ex tunc ira tua.

De cœlo audítum fecíſti judícium; * terra trémuit, & quiévit,

Cùm exúrgeret in judícium Deus; * ut ſalvos fáceret omnes manſuétos terræ.

Quóniam cogitátio hóminis confitébitur tibi; * & relíquiæ cogitatiónis diem feſtum agent tibi.

Vovéte, & réddite Dómino Deo veſtro, * omnes qui in circúitu ejus affértis múnera,

Terríbili, & ei qui aufert spíritum príncipum, * terríbili apud reges terræ.

Ant. Qui certat in agóne, non coronátur, nisi legítimè certáverit. 2. *Tim.* 2. 5.

CAPITULUM. *Eph.* 5. 15. 16.

VIdéte, fratres, quómodo cautè ambulétis, non quasi insipiéntes, sed ut sapiéntes, rediméntes tempus, quóniam dies mali sunt.

℟. *breve.* Justi * Hæreditábunt terram. ℟. Justi. ℣. Et inhabitábunt in séculum séculi super eam. * Hæreditábunt. Glória. ℟. Justi. *Ps.* 36. 29.

℣. Viríliter ágite, & confortétur cor vestrum, ℟. Omnes qui sperátis in Dómino. *Ps.* 30. 25.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Unusquísque.

PSALMUS 100.

Christi regnum describitur: ultimum ejus judicium prænuntiatur.

MIsericórdiam & judícium * cantábo tibi, Dómine.

Psallam & intélligam in via immaculáta, * quando vénies ad me.

Perambulábam in innocéntia cordis mei, * in médio domûs meæ.

Non proponébam ante óculos meos rem injústam, * faciéntes prævaricatiónes odívi.

Non adhǽsit mihi cor pravum; * decli
me malígnum no
cébam.

Detrahéntem se
ximo suo, * hu
québar.

Supérbo óculo
tiábili corde, *
non edébam.

Oculi mei ad fi
ræ, ut sédeant m
ámbulans in via
láta, hic mihi
bat.

Non habitábit
domûs meæ qui fa
biam: * qui lóqu
qua, non diréxit i
ctu oculórum me

In matutíno ì
bam omnes pecca
ræ; * ut dispérd
civitáte Dómini
operántes iniquit

PSALMUS

Christus inimicis
in ipsis vindicta
que de ipsis v
prædicit.

DEus, laudem
ne tacúeris; *
peccatóris, & o
super me apértum

Locúti sunt a
me linguâ dolósâ
mónibus ódii ci
dérunt me, * & e
vérunt me gratìs.

Pro eo ut me dili
detrahébant mihi
autem orábam.

Et posuérunt a
me mala pro bon
ódium pro dilectió

Constítue super

, * & diábolus ftet
ejus.
judicátur , éxeat
ıátus ; * & orátio
in peccátum :
dies ejus pauci ; *
ıpátum ejus accí-
r.
filii ejus órphani,
ɪr ejus vídua.
tes transferántur
, & mendícent, *
ntur de habitatió-
ıis.
:tur fœnerátor om-
ftántiam ejus ; * &
: aliéni labóres

fit illi adjútor, *
lui misereátur pu-
ɪs.
nati ejus in intéri-
in generatióne una
' nomen ejus.
:móriam rédeat iní-
atrum ejus in conf-
'ómini, * & peccá-
tris ejus non deleá-

contra Dóminum
, * & dispéreat de
:mória eórum ;
o quòd non eft re-
s fácere misericór-
* & persecútus eft
m ínopem & men-
, & compúnctum
nortificáre.
iléxit maledictió-
k véniet ei ; * &
benedictiónem, &
ɪitur ab eo.
luit maledictiónem
ftiméntum * & in-
:cut aqua in interió-

ra ejus, & ficut óleum in óffibus ejus.

Fiat ei ficut veftiméntum quo operítur, * & ficut zona quâ femper præcíngitur.

Hoc opus eórum qui détrahunt mihi apud Dóminum ; * & qui loquúntur mala advérsùs ánimam meam.

Divifio Pfalmi 108.

ET tu, Dómine, Dómine, fac mecum propter nomen tuum ; * quia fuávis eft misericórdia tua.

Líbera me, quia egénus & pauper ego fum, * & cor meum conturbátum eft intra me.

Sicut umbra cùm declínat, ablátus fum ; * & excúffus fum ficut locúftæ.

Génua mea infirmáta funt à jejúnio, * & caro mea immutáta eft propter óleum.

Et ego factus fum oppróbrium illis ; * vidérunt me, & movérunt cápita fua.

Adjuva me, Dómine Deus meus ; * falvum me fac fecúndùm misericórdiam tuam.

Et fciant quia manus tua hæc, * & tu, Dómine, fecifti eam.

Maledícent illi, & tu benedíces ; * qui insúrgunt in me confundántur ; fervus autem tuus lætábitur.

Induántur qui détrahunt mihi, pudóre ; * & operiántur ficut diplóide, confufióne fuâ.

Confitébor Dómino ni-

[illegible] * [illegible] in [illegible]

[illegible]

[illegible]

Ant. [illegible]

[illegible]

C [illegible] M. [illegible]

[illegible]

S[illegible] & [illegible], [illegible] & [illegible]: [illegible] Dóminum Jesum Christum, & carnis curam ne fecéritis in desidériis.

℟. *brev.* Custódi innocéntiam, * Et vide æquitátem. ℟. Custódi. ℣. Quóniam sunt relíquiæ hómini pacífico. * Et vide. Glória. ℟. Custódi. *Ps.* 36. 37.

℣. Novit Dóminus viam justórum; ℟. Et iter impiórum períbit. *Ps.* 1. 6.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Deus.

PSALMUS 59.

Christus mala gentis suæ deflet, regnique sui dilatationem prænuntiat.

DEus, repulísti nos, & destruxísti nos: * irátus es, & misértus es nobis.

Commovísti terram, & conturbásti eam: * sana contritiónes ejus, quia commóta est.

[illegible] pópulo tuo dura, * [illegible] nos vino com[illegible].

D[illegible] metuéntibus te [illegible]; * ut fúgiant a fácie arcûs.

[illegible] dilécti tui; * [illegible] déxtera tuâ, & [illegible] me.

Deus [illegible] est in sancto [illegible]; * lætábor & partíbor [illegible], & convállem tabernaculórum me[illegible].

Meus est Gálaad, & meus est Manásses; * & Ephraïm [illegible] cápitis mei;

[illegible] rex meus; * Moab [illegible] spei meæ.

In Idumæam exténdam calceaméntum meum; * mihi alienígenæ súbditi sunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me usque in Idumæam?

Nonne tu, Deus, qui repulísti nos, * & non egrediéris, Deus, in virtútibus nostris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana salus hóminis.

In Deo faciémus virtútem; * & ipse ad níhilum dedúcet tribulántes nos.

PSALMUS 78.

Fideles ab infidelibus vexati, opem Dei poscunt.

DEus, venérunt gentes in hereditátem tuam, polluérunt templum sanctum tuum, * posuérunt Jerúsalem in pomórum custódiam.

int morticína ser-
órum escas volatí-
,* carnes sanctó-
ım béstiis terræ.
nt sánguinem eó-
quam aquam, in
rúsalem;* & non
epelíret.
imus oppróbrium
ostris,* subsanná-
úsio his qui in cir-
ro sunt.
ò, Dómine, iras-
nem, * accendé-
ignis zelus tuus?
: iram tuam in
æ te non novê-
in regna quæ no-
n non invocavé-

medérunt Jacob,*
jus desolavérunt.
míneris iniquitá-
írum antiquárum,
ipent nos miseri-
æ; * quia paúpe-
umus nimis.
ı nos, Deus salu-
r, & propter gló-
inis tui, Dómine,
s, * & propítius
tis nostris propter
um;
tè dicant in gén-
Jbi est Deus eó-

otéscat in natióni-
n óculis nostris *
guinis servórum
qui effúsus est.
t in conspéctu tuo
compeditórum; *
ı magnitúdinem
ui póssidé fílios
órum;

Et redde vicínis nostris séptuplum in sinu eórum,* impropérium ipsórum, quod exprobravérunt tibi, Dómine.

Nos autem pópulus tuus, & oves páscuæ tuæ, * confitébimur tibi in séculum.

In generatiónem & generatiónem * annuntiábimus laudem tuam.

PSALMUS 82.

Infidelium adversùs Ecclesiam motus: ipsorumque confusio & interitus.

DEus, quis símilis erit tibi? * ne táceas, neque compescáris, Deus:

Quóniam ecce inimíci tui sonuérunt: * & qui odérunt te, extulérunt caput.

Super pópulum tuum malignavérunt consílium, *& cogitavérunt advérsùs sanctos tuos.

Dixérunt: Veníte, & disperdámus eos de gente: * & non memorétur nomen Israël ultrà.

Quóniam cogitavérunt unanímiter simul; * advérsùm te testaméntum disposuérunt, tabernácula Idumæórum, & Ismaëlítæ,

Moab & Agaréni, Gebal, & Ammon, & Amalec: * alienígenæ cum habitántibus Tyrum.

Etenim Assur venit cum illis; * facti sunt in adjutórium fíliis Lot.

Fac illis sicut Mádian, & Sísaræ: * sicut Jabin in torrénte Cisson.

Disperiérunt in Endor;*

facti sunt ut stercus terræ.

Pone príncipes eórum, sicut Oreb, * & Zeb, & Zébee, & Sálmana.

Omnes príncipes eórum, qui dixérunt: * Hæreditáte possideámus sanctuárium Dei.

Deus meus, pone illos ut rotam, * & sicut stípulam ante fáciem venti.

Sicut ignis qui combúrit sylvam, * & sicut flamma combúrens montes,

Ità persequéris illos in tempestáte tua; * & in ira tua turbábis eos.

Imple fácies eórum ignomíniâ; * & quærent nomen tuum, Dómine.

Erubéscant, & conturbéntur in séculum séculi, * & confundántur, & péreant.

Et cognóscant quia nomen tibi Dóminus; * tu solus Altíssimus in omni terra.

Ant. Deus citò fáciet vindíctam electórum suórum. *Luc.* 18. 8.

CAPITULUM. *Sap.* 5. 16. 17.

JUsti in perpétuum vivent, & apud Dóminum est merces eórum, & cogitátio illórum apud Altíssimum: ídeò accípient regnum decóris, & diadéma speciéi de manu Dómini.

℟. *breve.* Lætábitur justus * Cùm víderit vindíctam. ℟. Lætábitur. ℣. Manus suas lavábit in sánguine peccatóris. * Cùm. Glória. ℟. Lætábitur. *Ps.* 57. 11.

℣. Semen impiórum períbit; ℟. Justi autem hæreditábunt terram. *Ps.* 36. 28. 29.

AD VESPERAS,

Quæ sunt Primæ de Dominica.

Ant. 4. E. Sex diébus.

PSALMUS 114.

Tribulationes vitæ præsentis: æternæ vitæ desiderium.

DIléxi, quóniam exáudiet Dóminus * vocem oratiónis meæ;

Quia inclinávit aurem suam mihi, * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & perícula inférni invenérunt me:

Tribulatiónem & dolórem invéni, * & nomen Dómini invocávi.

O Dómine, líbera ánimam meam; * miséricors Dóminus, & justus, & Deus noster miserétur.

Custódiens párvulos Dóminus, * humiliátus sum, & liberávit me.

Convértere, ánima mea, in réquiem tuam, * quia Dóminus benefécit tibi;

Quia erípuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapsu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Ant. Sex diébus fécit Dóminus cœlum, & terram, & mare, & ómnia quæ in eis sunt. *Exod.* 20. 11.

Ant. 8. g. In die.

. MUS 121.
a vitæ. Pax Ec-
desideranda.
ı sum in his quæ
sunt mihi: * In
ómini íbimus.
erant pedes no-
s tuis, Jerúsalem;
n, quæ ædificá-
as, * cujus parti-
s in idípsum:
im ascendérunt
ous Dómini, te-
Israël, * ad con-
ómini Dómini:
c sedérunt sedes
, * sedes super
ıvid.
quæ ad pacem
lem; * & abun-
géntibus te.
in virtúte tua, *
ıtia in túrribus
fratres meos, &
ıeos, * loquébar
:e.
domum Dómini
, * quæsívi bona
lie séptimo Sáb-
, réquies sancta
Exod. 31. 15.
a. Dies.
. MUS 132.
:oncordiæ beati-
tudo.
uàm bonum &
iucúndum, * ha-
es in unum!
uéntum in cápi-
escéndit in bar-
bam Aaron, *
ndit in oram ve-
us.

Sicut ros Hermon, * qui descéndit in montem Sion.

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónem, * & vitam usque in séculum.

Ant. Dies séptimus, quia Sábbati réquies est, vocábitur sanctus. *Levit.* 23. 3.

Ant. 4. *E.* Custódiant.

PSALMUS 136.

Sub hujus mundi Babylone, anima fidelis coram Deo gemit.

SUper flúmina Babylónis illic sédimus, * & flévimus cùm recordarémur Sion.

In salícibus, in médio ejus, * suspéndimus órgana nostra:

Quia illic interrogavérunt nos qui captívos duxérunt nos, * verba cantiónum;

Et qui abduxérunt nos; * Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Quómodo cantábimus cánticum Dómini * in terra aliéna?

Si oblítus fúero tuî, Jerúsalem, * oblivióni detur déxtera mea:

Adhæreat lingua mea faúcibus meis, * si non memínero tuî,

Si non proposúero Jerúsalem * in princípio lætítiæ meæ.

Memor esto, Dómine, filiórum Edom, * in die Jerúsalem;

Qui dicunt: Exinaníte, exinaníte * usque ad fundaméntum in ea.

Fília Babylónis mísera; * beátus qui retríbuet tibi retributiónem tuam, quam retribuísti nobis:

Beátus qui tenébit, * & allídet párvulos tuos ad petram.

Ant. Custódiant fílii Israël Sábbatum, & célebrent illud in generatiónibus suis. *Exod.* 31. 16.

Ant. 7. b. Omnis.

PSALMUS 140.

Orat justus, ut sit patiens in tribulationibus, & tutus ab inimicis.

DOmine, clamávi ad te, exaúdi me; * inténde voci meæ, cùm clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea sicut incénsum in conspéctu tuo: * elevátio mánuum meárum, sacrifícium vespertínum.

Pone, Dómine, custódiam ori meo, * & óstium circumstántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ, * ad excusándas excusatiónes in peccátis,

Cum homínibus operántibus iniquitátem; * & non communicábo cum eléctis eórum.

Corrípiet me justus in misericórdia, & increpábit me; * óleum autem peccatóris non impínguet caput meum;

Quóniam adhuc & orátio mea * in beneplácitis eórum.

Absórpti sunt juncti petræ júdices eórum, * áudient verba mea quóniam potuérunt.

Sicut crassitúdo terræ erúpta est super terram, * dissipáta sunt ossa nostra secùs inférnum.

Quia ad te, Dómine, Dómine, óculi mei; * in te sperávi, non aúferas ánimam meam.

Custódi me à láqueo quem statuérunt mihi, * & à scándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres: * singuláriter sum ego, donec tránseam.

Ant. Omnis qui fécerit opus in hac die, moriétur. *Exod.* 31. 15.

CAPITULUM. *Exod.* 20. 8. 9. 10.

MEménto ut diem Sábbati sanctífices. Sex diébus operáberis, & fácies ómnia ópera tua: séptimo autem die Sábbatum Dómini Dei tui est.

HYMNUS.

QUÆ, sex labórans per dies,
Terras polúmque cóndidit,
Die quiéscens séptimâ,
Divína cessávit manus.

ÆTERNUS orbis Cónditor
Hanc ipse sacrávit diem,
Judæa quam, Legis tenax,
Piis colébat rítibus.

FŒDUS novum, ritus novos,
Christus dedit: Christo duce,

inis filios
ctior manet quies.
AVIT umbram
itas;
. cessant Sábbata:
x amóris córdibus
a mortáles regit.
victimárum sán-
nis
scéndit vapor;
sed litans suo,
a Christus víctima.
RNE tu Verbi
er,
Fili, par Patri,
trique, Spíritus,
eus, sit glória.
ien.
Convértere, ánima
réquiem tuam; ℟.
Dóminus benefécit
. 114. 7.
agnificat, *Antipho-*
n Proprio de Tem-

o Dominicæ sequen-

iunt suffragia ; sed
da sit Commemora-
iquo Sancto, fit hoc

OMPLETORIUM.
6. F. Réquies.
ALMUS 50.
pœnitentis oratio.
tiæ bona desideran-

erére meî, Deus, *
ecúndùm magnam
órdiam tuam.
ecúndùm multitú-
miseratiónum tuá-
* dele iniquitátem

liùs lava me ab ini-quitáte mea, * & à peccáto meo munda me:

Quóniam iniquitátem meam ego cognósco; * & peccátum meum contra me est semper.

Tibi soli peccávi, & malum coram te feci, * ut justificéris in sermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus concéptus sum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexísti: * incérta & occúlta sapiéntiæ tuæ manifestásti mihi.

Aspérges me hyssópo, & mundábor: * lavábis me, & super nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gaúdium & lætítiam; * & exultábunt ossa humiliáta.

Avérte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus, * & spíritum rectum ínnova in viscéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua; * & Spíritum sanctum tuum ne aúferas à me.

Redde mihi lætítiam salutáris tui; * & spíritu principáli confírma me.

Docébo iníquos vias tuas; * & ímpii ad te converténtur.

Líbera me de sanguínibus, Deus, Deus salútis

meæ; * & exultábit lingua mea justítiam tuam.

Dómine, lábia mea apéries; * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam si voluísses sacrifícium, dedíssem útique; * holocaústis non delectáberis.

Sacrifícium Deo spíritus contribulátus; * cor contrítum & humiliátum, Deus, non despícies.

Benígnè fac, Dómine, in bona voluntáte tua Sion, * ut ædificéntur muri Jerúsalem.

Tunc acceptábis sacrifícium justítiæ, oblatiónes & holocaústa: * tunc impónent super altáre tuum vítulos.

PSALMUS 85.

Christus in angustia mortis à Deo Patre salutem poscit.

INclína, Dómine, aurem tuam, & exaúdi me; * quóniam inops & pauper sum ego.

Custódi ánimam meam: quóniam sanctus sum; * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

Miserére meî, Dómine, quóniam ad te clamávi totâ die; * lætífica ánimam servi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi:

Quóniam tu, Dómine, suávis & mitis, * & multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Aúribus pércipe, Dómine, oratiónem meam, * & inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te, * quia exaudísti me.

Non est símilis tuî in diis, Dómine, * & non est secúndùm ópera tua.

Omnes gentes quascúmque fecísti vénient, & adorábunt coram te, Dómine, * & glorificábunt nomen tuum;

Quóniam magnus es tu, & fáciens mirabília; * tu es Deus solus.

Divisio Psalmi 85.

DEduc me, Dómine, in via tua, & ingrédiar in veritáte tua: * lætétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine Deus meus, in toto corde meo, * & glorificábo nomen tuum in ætérnum:

Quia misericórdia tua magna est super me, * & eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui insurrexérunt super me, & synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam, * & non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu, Dómine, Deus miserátor & miséricors, * pátiens, & multæ misericórdiæ, & verax.

Réspice in me, & miserére meî; * da impérium tuum

púero tuo, & salvum fac fílium ancíllæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, & confundántur; * quóniam tu, Dómine, adjuvísti me, & consolátus es me.

Ant. Réquies Sábbati sanctificáta est Dómino cras. *Exod.* 16. 23.

Hymnus. Grates peráčto jam die, *infrà*, p. 163.

CAPITULUM. *Levit.* 23. 32.

A Véspera usque ad vésperam celebrábitis Sábbata vestra.

℟. *breve.* In manus, *infrà*, p. 163.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 3. *a.* Benedíctus Dóminus, qui dedit réquiem pópulo suo Israël. 3. *Reg.* 8. 56.

Non dicuntur Preces. Oratio Illúmina, *infrà*, p. 164.

IN FERIIS PER ANNUM.

AD LAUDES MATUTINAS.

In Vigiliis & Feriis Quatuor Temporum post Antiphonam ad Benedíctus, *dicuntur, flexis genibus, & voce paulò minus elatâ,*

PRECES,

KYrie, eléison. *Chorus:* Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater, secretò, usque ad ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Peccávimus cum pátribus nostris; ℟. Injústè égimus; iniquitátem fécimus. *Ps.* 105. 6.

℣. Convértere, Dómine, úsquequò? ℟. Et deprecábilis esto super servos tuos. *Ps.* 89. 13.

℣. Ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum; ℟. Citò antícipent nos misericórdiæ tuæ. *Ps.* 78. 8.

℣. Propítius esto peccátis nostris, ℟. Propter nomen tuum. *Ps.* 78. 9.

℣. Orémus pro Pontífice nostro *N.* ℟. Dóminus consérvet eum & vivíficet eum. *Ps.* 40. 3.

℣. Sacerdótes tui induántur justítiam; ℟. Et sancti tui exúltent. *Ps.* 131. 9.

℣. Dómine, salvum fac Regem; ℟. Et exaúdi nos in die quâ invocavérimus te. *Ps.* 19. 10.

℣. Salvum fac pópulum tuum, Dómine, ℟. Et bénedic hæreditáti tuæ. *Ps.* 27. 9.

℣. Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem. ℟. Fiat pax in virtúte tua, & abundántia in túrribus tuis. *Ps.* 121. 6. 7.

℣. Orémus pro frátribus

nostris abséntibus. ℟. Bénefac, Dómine, bonis & rectis corde. *Ps.* 124. 4.

℣. Pro infírmis, afflíctis, & captívis. ℟. Líbera, Deus, Israël ex ómnibus tribulatiónibus suis. *Ps.* 24. 22.

℣. Pro cunctis fidélibus defúnctis. ℟. Animas paúperum tuórum ne oblivíscáris in finem. *Ps.* 73. 19.

PSALMUS 129.

Oratio pœnitentis veniam à Deo per Christum poscentis.

DE profúndis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exaúdi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendéntes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine, * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est; * & propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus; * sperávit ánima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem, * speret Israël in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia, * & copiósa apud eum redémptio:

Et ipse rédimet Israël * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Glória, &c.

℣. Dómine Deus virtútum, convérte nos: ℟. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus. *Ps.* 79. 20.

℣. Dómine, exaúdi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101. 2.

Deinde altâ voce, Dóminus vobíscum; ℟. & cum spíritu tuo.

Oratio conveniens.

Si facienda sit Commemoratio de aliquo Sancto, fit eo loco.

Deinde fiunt

SUFFRAGIA,

Seu Commemorationes communes.

De Cruce.

Ant. Redemísti nos Deo in sánguine tuo, Dómine, ex omni tribu, & lingua, & pópulo, & natióne. *Apoc.* 5. 9.

℣. Hæc recordátus sum, ℟. Et effúdi in me ánimam meam. *Ps.* 41. 5.

Orémus.

PErpétuâ nos, quǽsumus, Dómine, pace custódi, quos per lignum sanctæ Crucis redímere dignátus es; Qui vivis & regnas, Deus. ℟. Amen.

De omnibus Sanctis.

Ant. Manifestétur glória vestra in univérsa terra. 1. *Mach.* 15. 9.

℣. Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine; ℟. In sécula seculórum laudábunt te. *Ps.* 83. 5.

Orémus.

A Cunctis nos, quǽsumus, Dómine, mentis & córporis defénde perículis; & intercedéntibus

beátâ & gloriosâ semper Vírgine Dei Genitríce Maríâ, beátis Apóstolis tuis Petro & Paulo, atque beáto N. & ómnibus Sanctis, salútem nobis tríbue benígnus & pacem, ut destrúctis adversitátibus & erróribus univérsis, Ecclésia tua secúrâ tibi sérviat libertáte; Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti Deus; Per ómnia sécula seculórum.

℟. Amen.

[*Nomen Patroni additur post nomina sanctorum Apostolorum.*]

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino; ℟. Deo grátias.

Si aliud Officium non sequatur, dicitur secretò:

Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

Deinde, Pater noster. Ave.

AD PRIMAM.

Pater. Ave. *secretò.*

℣. Deus, in adjutórium.

HYMNUS. C.

JAM lucis orto sídere,
Deum precémur súpplices,
Nostras ut ipse dírigat,
Lux increáta sémitas.

NIL lingua peccet, nil manus;
Nil mens inâne cógitet;
In ore simplex véritas,
In corde regnet cáritas.

INCŒPTA dum fluet dies,
O Christe, custos pérvigil,
Quas sævus hostis óbsidet
Portas tuére sénsuum.

PRÆSTA diúrnus ut tuæ
Subsérviat laudi labor:
Autóre quæ te cœpimus
Da, te favénte, prósequi.

SUPERBA ne nimis caro
Menti licénter ímperet;
Carnis domet supérbiam
Potûs cibíque párcitas.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

Psal. Ant. & Cap. ut habentur in Psalterio secundùm Feriam, nisi aliter notetur.

℟. *breve.* Christe, Fili Dei vivi, * Miserére nobis, ℟. Christe. ℣. Qui sedes ad déxteram Patris. (*Hic* ℣. *mutatur aliquando, ut in propriis locis assignatur.*) * Miserére. Glória. ℟. Christe. *Matt.* 16. 16. *Tob.* 8. 10. *Hebr.* 1. 3.

℣. Exúrge, Dómine, ádjuva nos, ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Ps.* 43. 26.

Quando fit Officium de aliquo Sancto, hic dicitur, Dóminus vobíscum; ℟. Et cum Spíritu tuo. Orémus, &c. *Quando autem fit de Feria, adduntur*

qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti Deus; Per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino; ℟. Deo grátias.

AD OFFIC. CAPITULI.

Primò fit Lectio Martyrologii, in cujus fine nihil respondetur; sed statim Hebdomadarius dicit altâ voce :

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, ℟. Mors Sanctórum ejus. *Ps.* 115. 15.

Et absolutè, sine Dóminus vobíscum, *& sinè* Orémus.

SAncta María (isti) & omnes Sancti, ádjuvent nos in oratiónibus suis pro nobis ad Deum; ut secúndùm eum, qui vocávit nos, Sanctum, & ipsi in omni conversatióne sancti simus. *Rom.* 15. 30. 1. *Petr.* 1. 15. ℟. Amen.

Hæc vox (isti) *omittitur ubi non legitur Martyrologium; & tunc Officium Capituli inchoatur à* ℣. Pretiósa : *quod & observant qui privatim recitant.*

Tum fit Lectio Canonis, qui, quálibet die, varius legitur, & habetur in Proprio de Tempore.

Lector petit Benedictionem, dicens :

Jube, Domne, benedícere.

Hebdomadarius benedicens, dicit :

Bonitátem, & disciplínam, & sciéntiam dóceat nos Dóminus. *Ps.* 118. 66. ℟. Amen.

Lector legit Canonem, & in fine subjungit : Tu autem, Dómine, miserére nostrî. ℟. Deo grátias.

A privatim recitantibus, legitur Canon : omisso, Jube, Domne, benedícere, *sed præmissâ Benedictione, ut suprà.*

Sequentes ℣℣. *cum Oratione* Dirígere, *ante laborem quotidianum dicendi, omittuntur diebus Festis à populo feriatis; & lecto Canone, dicitur,* ℣. Adjutórium nostrum, *infrà.*

Diebus autem à populo non feriatis, absoluto Canone Hebdomadarius dicit.

℣. Deus, in adjutórium meum inténde; ℟. Dómine, ad adjuvándum me festína. *Ps.* 69. 2.

℣. Deus, in adjutórium meum inténde; ℟. Dómine, ad adjuvándum me festína.

℣. Deus, in adjutórium meum inténde; ℟. Dómine, ad adjuvándum me festína. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui sancto; Sicut erat, &c.

℣. Réspice in servos tuos, Dómine, & in ópera tua, ℟. Et dírige fílios eórum. *Ps.* 89. 16.

℣. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, ℟. Et ópera mánuum nostrárum dírige super nos,

mánuum nostrárum
Ps. 89. 17.
Orémus.
ígere, sanctificáre,
gere & gubernáre
:, Dómine Deus,
eli & terræ, hódie
& córpora nostra,
sermónes & actus
, in lege tua, & in
is mandatórum tuó-
thîc & in ætérnum,
liánte, salvi & líbe-
nereámur, Salvátor
, qui vivis & regnas
ıla seculórum. ℟.

djutórium nostrum
ine Dómini, ℟. Qui
elum & terram. *Ps.*

ıissiori voce Hebdo-
us dicit: Benedíci-
Dóminus. *Et statim*
it:
; pacis aptet vos in
ono, ut faciátis ejus
ítem, fáciens in vo-
d pláceat coram se;
ıum Christum, cui
ria in sécula secu-
. *Hebr.* 13. 20. 21.
ıen.
alia sequatur Hora,
secretò: Fidélium
, &c. Pater. Ave.
TERTIAM.
r. Ave. *secretò.*
eus, in adjutórium.
YMNUS. C.
ONS amóris Spí-
ritus,
te donórum Parens,
efúsus íntimis
le flammas córdibus,

QUI caritátis vínculo
Cum Patre nectis Fílium,
Et nos amóris mútui
Arctis coápta néxibus.
ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

Cætera ut in Psalterio secundùm Feriam.

In Vigiliis & Feriis Quatuor Temporum, ad Tertiam, Sextam & Nonam, flexis genibus, dicuntur post ℟. breve

PRECES,

KYrie, eléison. *Ch.* Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster. *secretò usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, Deus virtútum, convérte nos; ℟. Et osténde fáciem tuam, & salvi érimus. *Ps.* 79. 20.

℣. Dómine, exaúdi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

Deinde dicitur Oratio quæ dicta fuit in Laudibus.

Nisi alia sequatur Hora, dicitur secretò:

Fidélium ánimæ, &c. Pater. Ave.

AD SEXTAM.

Pater. Ave. *secretò.*

℣. Deus, in adjutórium.

HYMNUS. C.

JAM solis aúreum jubar
Toto corúscat lúmine;

Sic, Christe, tu mundum novâ
Sol verus accéndis face.
FAC plena nostris fúlgeat
Lux veritátis méntibus;
Fac nostra plenam cáritas
Crescéndo surgat ad diem.
ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

Cætera ut in Psalterio secundùm Feriam.

Preces, si dicendæ sint, suprà, ad Tertiam.

Oratio quæ dicta fuit in Laudibus. Et si alia non sequatur Hora:

Fidélium ánimæ. Pater. Ave.

AD NONAM.

Pater. Ave. *secretò.*

℣. Deus, in adjutórium.

HYMNUS. C.

PRONO volútus ímpetu,
Inclínat in noctem dies;
Sic vita suprémam cito
Festínat ad metam gradu.
O CHRISTE, dum fixus cruci,
Expándis orbi bráchia,
Amáre da crucem, tuo
Da nos in ampléxu mori.
ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

Cætera ut in Psalterio secundùm Feriam.

Preces, si dicendæ sint, suprà ad Tertiam.

Oratio quæ dicta fuit in Laudibus. Et si alia non sequatur Hora:

Fidélium ánimæ. Pater. Ave.

AD VESPERAS.

SUFFRAGIA,

Seu Commemorationes Communes.

De Cruce.

Ant. Si unus pro ómnibus mórtuus est, ergo omnes mortui sunt; & pro ómnibus mórtuus est Christus, ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mórtuus est. 2. *Cor.* 5. 14. 15.

℣. Pérfice gressus meos in sémitis tuis, Dómine; ℟. Ut non moveántur vestígia mea. *Ps.* 16. 5.

Orémus.

PErpétuâ nos, quǽsumus, Dómine, pace custódi, quos per lignum sanctæ Crucis redímere dignátus es; Qui vivis & regnas, Deus. ℟. Amen.

De omnibus Sanctis.

Ant. Sunt ante thronum Dei, & sérviunt ei die ac nocte in templo ejus. *Apoc.* 7. 15.

℣. Inebriabúntur ab ubertáte domûs tuæ, Dómine; ℟. Et torrénte voluptátis tuæ potábis eos. *Ps.* 35. 9.

Orémus.

ACunctis nos, quǽsumus, Dómine, mentis & córporis defénde perículis; & intercedéntibus beátâ & gloriósâ semper Vírgine Dei Genitríce Ma-

s Apóstolis tuis
aulo atque beáto
ibus Sanctis, sa-
is tríbue beníg-
:m, ut destrúctis
ibus & erróribus
Ecclésia tua se-
érviat libertáte;
dem Dóminum
Jesum Christum
m, qui tecum vi-
at in unitáte Spí-
i Deus; Per óm-
seculórum.
n.
Patroni additur
a sanctorum Apo-

ínus vobíscum;
n spíritu tuo.
edicámus Dómi-
eo grátias.
n sequatur imme-
npletorium dici-
):
n ánimæ. Pater.

IPLETORIUM.
retur à Vesperis,
Pater. Ave. *se-*

érte nos, Deus
áris noster; ℟. Et
m tuam à nobis.

s, in adjutórium.
U N U S. C.
T E S, peráсto jam
:,
ɔi persólvimus;
,dum nox íncipit,
nus vultu preces.
D longa peccá-
ies,
:xpiet dolor;

Somno gravátis ne nova
Infligat hostis vúlnera.

INFESTUS usque círcuit
Quærens leo quem dévoret;
Umbra sub alárum tuos
Defénde fílios, Pater.

O QUANDO lucéscet tuus
Qui nescit occásum dies!
O quando sancta se dabit
Quæ nescit hostem pátria!

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

Capitulum habetur in proprio loco.

℟. *breve*. In manus tuas, Dómine, * Comméndo spíritum meum. ℟. In manus. ℣. Redemísti me, Dómine, Deus veritátis. * Comméndo spíritum meum. Glória. ℟. In manus. *Ps.* 30. 6.

℣. Custódi me, Dómine, ut pupíllam óculi; ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege me. *Ps.* 16. 8.

CANTICUM SIMEONIS.
Luc. c. 2. *v.* 29. *ad* 32.
De Salvatoris adventu gratiarum actio.

NUnc dimíttis servum tuum, Dómine, * secúndùm verbum tuum in pace.

Quia vidérunt óculi mei * Salutáre tuum.

Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum,

Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam

plebis tuæ Iſraël.

Glória Patri.

Quando Officium fit de aliquo Sancto, immediatè poſt Antiphonam Cantici Nunc dimíttis, *dicitur* ℣. Dóminus vóbiſcum; ℟. Et cum ſpíritu tuo. Orémus, &c. *Quando autem fit de Feria, adduntur*

PRECES,

KYrie, eléiſon. *Ch.* Chriſte, eléiſon. Kýrie, eléiſon.

Pater noſter. *ſecretò uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. In pace in idípſum dórmiam, ℟. Et requiéſcam. *Pſ.* 4. 9.

Credo in Deum. *ſecretò uſque ad* ℣. Carnis reſurrectiónem, ℟. Vitam ætérnam. Amen.

℣. Benedíctus es, Dómine, Deus patrum noſtrórũ, ℟. Et laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in sécula. *Dan.* 3. 52.

℣. Benedíctum nomen glóriæ tuæ ſanctum, ℟. Et laudábile, & ſuperexaltátum in ómnibus séculis. *Dan.* 3. 52.

℣. Benedíctus es in firmaménto cœli, ℟. Et laudábilis, & glorióſus in sécula. *Dan.* 3. 56.

℣. Benedícat nos Deus, Deus noſter, ℟. Benedícat nos Deus. *Pſ.* 66. 7. 8.

Deinde fit Confeſſio ut ſuprà ad Primam, p. 158.

℣. Exaúdi nos, Deus ſalutáris noſter, ℟. Spes ómnium fínium terræ. *Pſ.* 64. 6.

℣. Miſerére noſtri, Dómine, ℟. Miſerére noſtri. *Pſ.* 122. 3.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodum ſperávimus in te. *Pſ.* 32. 22.

℣. Dómine, exaúdi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíſcum; ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

Oratio ſequens ſemper dicitur ad Completorium, niſi aliter notetur.

ILlúmina, quæſumus, Dómine, ténebras noſtras, & hujus noctis insídias à nobis repélle propítius; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti, Deus; Per ómnia sécula ſeculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíſcum; ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino; ℟. Deo grátias.

Deinde ſubmiſſiori voce:

Grátia Dómini noſtri Jeſu Chriſti, & cáritas Dei & communicátio ſancti Spíritûs, ſit cum ómnibus vobis. 2. *Cor.* 13. 13. ℟. Amen.

Poſteà dicitur ad devotionem Antiphona ſubſequens de Beata Maria Virgine.

Demùm dicitur ſecretò, Pater. Ave. Credo.

itum Dominicæ pri-
ldventûs, nisi aliter
ur in propriis lo-

e, Regína, Mater
ericórdiæ, vita, dul-
& spes nostra, salve.
clamámus éxules fi-
: ad te suspirámus
es & flentes, in hac
árum valle. Eia ergo,
ta nostra, illos tuos
órdes óculos ad nos
te; Et Jesum bene-
fructum ventris
bis post hoc exílium
, O clemens, ô

℣. Vultum tuum deprecabúntur, ℟. Omnes dívites plebis. *Ps.* 44. 13.

Orémus.

OMnípotens sempitérne Deus, qui gloriósæ Vírginis Matris Maríæ corpus & ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu sancto cooperánte præparásti; da, ut cujus commemoratióne lætámur, ejus piâ intercessióne, ab instántibus malis, & à morte perpétua liberémur; Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.



BENEDICTIONI

DICENDÆ IN OFFICIO NOCT

ANTE LECTIONES.

DOMINICA,
Et in Officiis novem Lectiónum.

IN I. NOCTURNO.

1. DEus Dómini nostri Jesu Christi, Pater glóriæ, det nobis spíritum sapiéntiæ. *Ephes.* 1. 17. ℟. Amen. *Et sic ad sequentes.*

2. Fílius Dei det nobis sensum, ut cognoscámus verum Deum. 1. *Joan.* 5. 20.

3. Spíritus veritátis dóceat nos omnem veritátem. *Joan.* 16. 13.

IN II. NOCTURNO.

4. Pater Dómini nostri Jesu Christi benedícat nos in omni benedictióne spirituáli. *Ephes.* 1. 3.

5. Sciámus supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi, ut impleámur in omnem plenitúdinem Dei. *Ephes.* 3. 19.

6. Unctio quam accépimus à Deo, máneat in nobis, & dóceat nos de ómnibus. 1. *Joan.* 2. 27.

IN III. NOCTURNO.

7. Pater Dómini nostri Jesu Christi det nobis Christum habitáre per fidem in córdibus nostris. *Ephes.* 3. 1

8. Crescámus in cognitióne Dó stri, & Salva Christi. 2. *Pe*

9. Evangélium sermóne tantù in virtúte, & sancto, & in pl multa. 1. *Thes*

IN FES
B. MARIÆ VI
Quæ sunt noven num.

In I. & III. Noctu dictiones, ut su verò Nocturn quitur.

4. Exúltet spíri in Deo, quia re militátem An *Luc.* 1. 47. 48

5. Nobíscum si qui in Ancílla plévit miserico am, quam pro mui Israël. *J* 13. 18.

6. Invocet Dór loquátur Regi & líberet nos *Esther.* 15. 3.

Hæ Benedictio cuntur in Festis simul de Domin Maria, qualia s

Annuntiatio, & Vi-
.
Officio de Beata Ma-
Sabbato, itemque in
parvo, tres tantùm
entes dicuntur Be-
iones.
Officio autem trium
um Festi Beatæ Ma-
i ultima sit Evange-
dicitur, pro ultima
ctione: Evangélium
t in sermóne, &c.
p. 166.
FESTIS
ANCTORUM,
ut novem Lectionum:
ctiones I. & III.
urni, ut suprà. In
utem Nocturno, ut
tur.
as det nobis illumi-
s óculos cordis, ut
nus quæ sit spes vo-
inis ejus in Sanctis.
1. 17. 18.
gnos fáciat nos in
m sortis Sanctórum,
ripuit nos de pote-
tenebrárum. *Coloss.*
1. 13.
riántur óculi nostri,
onvertámur à téne-
ad lucem, & acci-
ius sortem inter San-
Act. 26. 18.
Officiis Sanctorum
unt tantùm trium
um, tres tantùm
entes dicuntur Bene-
s; si autem ultima
sit Evangelium, di-
o ultima Benedictio-
ngélium non sit in
sermóne, &c. *suprà*, p. 166.

Quando post Laudes Matutinas habetur aliqua Lectio pro commemoratione; si sit Evangelium cum Homilia, Benedictio erit;

Permaneámus in fide fundáti, & stábiles, & immóbiles à spe Evangélii. *Coloss.* 1. 23.

Si verò Lectio sit de aliquo Sancto, Benedictio erit;

Digni habeámur in regno Dei, cùm vénerit in Sanctis suis admirábilis fieri. 2. *Thess.* 1. 5. 10.

IN FERIALI OFFICIO.

Benedictiones dicuntur secundùm Feriam ut sequitur.

Feriâ II. & V. sumuntur è I. Nocturno Dominicæ, suprà, p. 166.

Feriâ III. & VI. sumuntur è II. Nocturno Dominicæ.

Feriâ IV. & Sabbato, duæ priores Benedictiones ut in III. Nocturno Dominicæ; ultima autem ut sequitur.

Deus spei répleat nos omni gaúdio & pace in credéndo, ut abundémus in spe & virtúte Spíritûs sancti. *Rom.* 15. 13.

Si tertia Lectio sit Evangelium, dicitur:

Non erubescámus Evangélium; virtus enim Dei est in salútem omni credénti. *Rom.* 1. 16.

Quando D. D. Episcopus Lectionem lecturus est,

præmittit ex more, Jube, Domne, benedícere : *omnes respondent*; Amen. *Et Episcopus legit Lectionem.*

Idem observatur [...] *unicus est Presbyter*, [...] *sive in choro*, *sive* [...] *chorum*, *recitat cum* [...] *rioribus Clericis.*



PROPRIU

ROPRIUM DE TEMPORE.

PARS ÆSTIVA.

IN FESTO SS. TRINITATIS.

SOLEMNE MAJUS.

I. VESPERIS.
Psalmi de Sabbato.
Antiphona 1. *toni* g.
Ixit Deus ad Móysen: Ego sum qui sum. *Exod.* 14.
Ant. 2. D. Ego sum Deus; non est ultrà Deus; nec símilis meî. *Is.* 46. 9.
Ant. 3. *a.* Cœlum sedes a, terra autem scabél-n pedum meórum. *Is.* 1.
Ant. 4. D. Ego Dóminus; est nomen meum: glóm meam álteri non dabo. 42. 8.
Ant. 5. C. Consílium um stabit, & omnis voitas mea fiet. *Is.* 46.

APITULUM. *Deut.* 10. 17.
Ominus Deus vester, ipse est Deus deórum, Dóminus dominántium, Deus magnus, & potens, & terríbilis. ℟. Deo grátias.
Sic respondetur in fine omnium Capitulorum.
℟. Scito hódie,* Et cogitáto in corde tuo, quòd Dóminus ipse sit Deus in cœlo sursùm, & in terra deórsùm, & non sit álius. *Deut.* 4. 39.
℣. Audi, Israël: Dóminus Deus tuus, Deus unus est. *Marc.* 12. 29.* Et cogitáto. Glória. *Resumitur* ℟. Scito.

HYMNUS.

O QUAM veréndis indúitur tuum
Numen tenébris! quàm sacra te, Deus,
Calígo vestit! nec treméndæ
Sancta licet penetráre noctis.
PER densa quæ te núbila sépiunt,
Si quando ruptis fúlgura núbibus

Emíssa, Numen vix revélant:
Luce micans nímiâ, latéscis.
HUMANA mens, hîc alta Dei, pavens
Miráre: lumen nî prǽeat fides,
Cæcútis; & te differéntem,
Lucis imágine fallit error.
HINC qui fidélis, fit puer ex fide,
Et dogma menti súscipit ínvium:
Persóna triplex, Numen unum;
Hoc rátio stupet; hoc adórat.
LAUS summa Patri, qui Génitum dedit:
Qui nos redémit, glória Fílio:
Qui caritátis mittis ignes,
Spíritus, & tibi laus in ævum. Amen.

℣. Omnia ossa mea dicent: ℟. Dómine, quis símilis tibi? *Ps.* 34. 10.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. Ait Deus: Faciámus hóminem ad imáginem & similitúdinem nostram. *Gen.* 1. 26.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

CONcéde nobis, miséricors Deus, ut sicut in nómine Patris, & Fílii, divíni géneris intellígimus veritátem, sic in Spíritu sancto totíus cognoscámus substántiam Trinitátis; Per eúmdem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte ejúsdem Spíritûs sancti, Deus; Per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino; ℟. Deo grátias.

(*Hic ritus servatur ante & post Orationem cujuslibet Officii, nisi aliter notetur.*)

Deinde fit Commemoratio de Sabbato ante Dominicam primam post Pentecosten.

Ant. Addidit Dóminus Aaron glóriam, & dedit illi hæreditátem, & primítias frugum terræ divísit illi. *Eccli.* 45. 25.

℣. Convértere, ánima mea, in réquiem tuam; ℟. Quia Dóminus benefécit tibi. *Ps.* 114. 7.

Orémus.

PRæsta, quǽsumus, omnípotens Deus, ut inter innúmeros vitæ præséntis erróres, caritátis semper moderámine dirigámur; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti Deus; Per ómnia sécula seculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino; ℟. Deo grátias.

COMPLETORIUM *habetur post secundas Vesperas,*

scrimine, quòd
·Psalmi de Sab-

FICIUM
URNUM.
ium. Magnum
incomprehensí-
itu, Dóminum,
adorémus. Jer.

Veníte, p. 2.

NUS.
IE Numen, ter
, ter máximum,
nsum lucis im-
Jubar,
unus, & tribus
s, Deus,
ítæ laude jugi
ant.
itátis fons inex-
, Pater,
ens Patris ætér-
,
manans è duó-
píritus,
ına dívidit sub-

NA triplex: una
únitas:
nper Natus; in
'ater;
ero semper est
itu;
per, ínque Na-
itus.
us horum quém-
ncit, gradu
xtat, vel prior
â;
gnum, párque
s trium;
dígnius confert

RERUM Creátor, laus
tibi, vivens Pater:
Laus æqua, mundum qui
redémit, Fílio:
Quo nos supérnis ígnibus
succéndimur,
Compar in ævum Flámini
sit glória. Amen.

Psalmi de Dominica.
Et sic in omnibus Horis.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Nunquid ego, qui álios párere fácio, ipse non páriam? dicit Dóminus. *Is.* 66. 9.

Ant. 7. d. Ex Patre Dómini nostri Jesu Christi, omnis patérnitas in cœlis & in terra nominátur. *Eph.* 3. 15.

Ant. 4. A. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt ómnia: ipsi glória in sécula. *Rom.* 11. 36.

℣. Quàm magnificáta sunt ópera tua, Dómine! ℟. Omnia in sapiéntia fecísti. *Ps.* 103. 24.

Pater noster, &c.

Benedictiones habentur post Psalterium, p. 166.

De Libro Deuteronómii.

LECTIO I. *c.* 10. *v.* 12. *ad* 15.

NUnc, Israël, quid Dóminus Deus tuus petit à te, nisì ut tímeas Dóminum Deum tuum, & ámbules in viis ejus, & díligas eum, ac sérvias Dómino Deo tuo, in toto corde tuo, & in tota ánima tua: custodiásque mandáta Dómini, & cæremónias ejus, quas ego hódie præcípio

tibi, ut benè sit tibi? En Dómini Dei tui cœlum est, & cœlum cœli, terra, & ómnia quæ in ea sunt: & tamen pátribus tuis conglutinátus est Dóminus, & amávit eos, elegítque semen eórum post eos, id est, vos, de cunctis Géntibus, sicut hódie comprobátur. * Tu autem, Dómine, miserére nostrî. ℟. Deo grátias.

* *Sic semper terminantur Lectiones, nisì aliter notetur.*

℟. *j.* Nunquid non Pater unus ómnium nostrûm? * Nunquid non Deus unus creávit nos? *Mal.* 2. 10. ℣. Unus Deus & Pater ómnium, qui est super omnes, & per ómnia, & in ómnibus nobis. *Eph.* 4. 6. * Nunquid. Glória. * Nunquid.

LECTIO II. *v.* 16. *ad* 19.

CIrcumcídite ígitur præpútium cordis vestri, & cervícem vestram ne indurétis ámpliùs: quia Dóminus Deus vester ipse est Deus deórum, & Dóminus dominántium, Deus magnus, & potens, & terríbilis, qui persónam non áccipit, nec múnera. Facit judícium pupíllo & víduæ, amat peregrínum, & dat ei victum atque vestítum. Et vos ergo amáte peregrínos, quia & ipsi fuístis ádvenæ in terra Ægýpti.

℟. *ij.* Apud ipsum est sapiéntia & fortitúdo; * Ipse habet consílium & intelligéntiam. *Job.* 12. 13. ℣. Omne datum óptimum, & omne donum perféctum desúrsùm est, descéndens à Patre lúminum. *Jac.* 1. 17. * Ipse. Glória. * Ipse.

LECTIO III. *v.* 20. *ad finem, & c.* 11. *v.* 1.

DOminum Deum tuum timébis, & ei soli sérvies: ipsi adhærébis, jurabísque in nómine illíus. Ipse est laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnália & terribília, quæ vidérunt óculi tui. In septuagínta animábus descendérunt patres tui in Ægýptum: & ecce nunc multiplicávit te Dóminus Deus tuus sicut astra cœli. Ama ítaque Dóminum Deum tuum, & obsérva præcépta ejus, & cæremónias, judícia, atque mandáta, omni témpore.

℟. *iij.* Glorificátur in concílio Sanctórum, * Magnus & terríbilis, super omnes qui in circúitu ejus sunt. *Ps.* 88. 8. ℣. Rex regum, & Dóminus dominántium. *Apoc.* 19. 16. * Magnus. Glória. *Resumitur* ℟. Glorificátur.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 2. *D.* In princípio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. *Joan.* 1. 1.

Ant. 3. *a.* Deum nemo vidit unquam: unigénitus Fílius, qui est in sinu Patris, ipse enarrávit. *Joan.* 1. 18.

a.. Quæcúmque
rit, hæc & Fílius
acit. *Joan.* 5. 19.
it te, Deus, Deus
Oleo lætítiæ. *Ps.*

oster, &c.
ltiones habentur
trium, p. 166.
ancti Fulgéntii
Epíscopi.
Fid. ad Petr.
Cap. 1.
TIO IV.
quam sancti Pa-
hæ atque Prophé-
ıcarnatiónem Fí-
livínitùs accepé-
am étiam sancti
ab ipso Dómino
oósito audiérunt,
s sancti magisté-
cti, non solùm
prædicavérunt,
am, ad instructió-
ıbérrimam posté-
criptis suis índi-
quérunt, unum
rædicat Trinitá-
est, Patrem, &
k Spíritum san-
:d Trínitas vera
, si una eadém-
na dicerétur Pa-
lius, & Spíritus

In multitúdine
ı habébit laudem,
r benedíctos be-
, dicens: Ego ex
imi prodívi. *Eccli.*
℣. Ego à Deo exí-
à Patre, & veni
ım. *Joan.* 16. 27.
r. Glória. * Inter.

LECTIO V.

SI enim sicut est Patris, & Fílii, & Spíritûs sancti una substántia, sic esset una persóna, nihil omnínò esset in quo veráciter Trínitas dicerétur. Rursùs Trínitas quidem vera esset, sed unus Deus Trínitas ipsa non esset, si quemádmodum Pater, & Fílius, & Spíritus sanctus, personárum sunt ab ínvicem proprietáte distíncti, sic fuíssent naturárum quoque diversitáte discréti. Sed quia in illo vero Deo Trinitáte, non solùm quòd unus Deus est, sed étiam quòd Trínitas est, naturáliter verum est: proptéreà ipse verus Deus, in persónis Trínitas est, & in una natúra unus est.

℟. v. Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu; * Ego hódie génui te. *Ps.* 2. 7. ℣. Cui dixit aliquándo Angelórum: Fílius meus es tu? *Hebr.* 1. 5. * Ego. Glória. * Ego.

LECTIO VI.

PEr hanc unitátem naturálem, totus Pater in Fílio & Spíritu sancto est; & totus Fílius in Patre & Spíritu sancto est; totúsque Spíritus sanctus in Patre & Fílio est. Nullus horum extra quémlibet ipsórum est: quia nemo álium aut præcédit æternitáte, aut excédit magnitúdine, aut súperat potestáte: quia nec Fílio, nec Spíritu sancto,

quantùm ad natúræ divínæ unitátem pértinet, aut antérior, aut major Pater est: nec Fílii ætérnitas atque imménsitas, velut antérior aut major, Spíritûs sancti æternitátem immensitatémque, aut præcédere, aut excédere naturáliter potest.

℟. *vj.* Dóminus possédit me in inítio viárum suárum, * Antequàm quidquam fáceret à princípio. *Prov.* 8. 22. ℣. Pater in me est, & ego in Patre. *Joan.* 10. 38. * Antequàm. Glória. * *Resumitur* ℟. Dóminus.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Spíritus est qui testificátur, quóniam Christus est Véritas. 1. *Joan.* 5. 6.

Ant. 2. D. Spíritus ómnia scrutátur, étiam profúnda Dei. 1. *Cor.* 2. 10.

Ant. 8. G. Hæc ómnia operátur unus atque idem Spíritus, dívidens síngulis próut vult. 1. *Cor.* 12. 11.

℣. Verbo Dómini cœli firmáti sunt. ℟. Et Spíritu oris ejus omnis virtus eórum. *Ps.* 32. 6.

Pater noster, &c.

Benedictiones habentur post Psalterium, p. 166.

De Epístola prima beáti Joánnis Apóstoli.

LECTIO VII. *c.* 5. *v.* 1. *ad* 8.

OMnis qui credit quóniam Jesus est Christus, ex Deo natus est. Et omnis qui díligit eum qui génuit, díligit & eum qui natus est ex eo. In hoc cognóscimus quóniam dilígimus natos Dei, cùm Deum diligámus, & mandáta ejus faciámus. Hæc est enim cáritas Dei, ut mandáta ejus custodiámus: & mandáta ejus grávia non sunt. Quóniam omne quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victória quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit quóniam Jesus est Fílius Dei? Hic est qui venit per aquam & sánguinem, Jesus Christus: non in aqua solùm, sed in aqua & sánguine. Et Spíritus est qui testificátur quóniam Christus est Véritas. Quóniam tres sunt qui testimónium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spíritus sanctus; & hi tres unum sunt. Et tres sunt qui testimónium dant in terra, Spíritus, & aqua, & sanguis: & hi tres unum sunt.

℟. *vij.* Timébunt qui ab Occidénte, nomen Dómini, & qui ab ortu solis, glóriam ejus: * Cùm vénerit quasi flúvius violéntus, quem spíritus Dómini cogit. *Is.* 59. 19. ℣. Emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis. *Hebr.* 9. 14. * Cùm. Glória. * Cùm.

LECTIO VIII. *v.* 9. *ad* 14.

SI testimónium hóminum accípimus, testi-

a Dei majus est :
n hoc est testimó-
ei, quod majus est,
n testificátus est de
o. Qui credit in Fí-
ei, habet testimó-
ei in se. Qui non
ílio, mendácem fa-
n: quia non credit
nónium quod testi-
est Deus de Fílio
t hoc est testimó-
uóniam vitam ætér-
dit nobis Deus; &
ta in Fílio ejus est.
bet Fílium, habet
qui non habet Fí-
vitam non habet.
ribo vobis, ut sciá-
niam vitam habétis
m, qui créditis in
Fílii Dei. Et hæc
cia quam habémus
: Quia quodcúm-
tiérimus secúndùm
átem ejus, audit nos.
ij. Séraphim clamá-
lter ad álterum, &
nt: * Sanctus, san-
sanctus, Dóminus
exercítuum : plena
nis terra glóriâ ejus.
. ℣. Tres sunt qui
nium dant in cœlo,
, Verbum, & Spíri-
ctus; & hi tres unum
. *Joan.* 5. 7. * San-
lória. * Sanctus.
o sancti Evangélii
ndùm Matthæum.
io IX. *c.* 28. *v.* 18.
nem.
itutio Baptismi.
it Jesus discípulis
is : Data est mihi
omnis potéstas in cœlo & in terra. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Nazianzéni.

Tract. de Fide, Orat. 49.

QUis Catholicórum ignórat, Patrem verè esse Patrem, Fílium verè Fílium, & Spíritum sanctum verè esse Spíritum sanctum? sicut ipse Dóminus ad Apóstolos suos dicit: Eúntes baptizáte omnes gentes, in nómine Patris, & Fílii, & Spíritûs sancti. Hæc est perfécta Trínitas in unitáte consístens, quam scílicet uníus substántiæ profitémur. Non enim nos secúndùm córporum conditiónem, divisiónem in Deo fácimus; sed secúndùm divínæ natúræ poténtiam, quæ in matéria non est: & nóminum persónas verè constáre crédimus, & unitátem Divinitátis esse testámur. Nec extensiónem partis alicújus ex parte, ut quidam putavérunt, Dei Fílium dícimus: nec Verbum sinè re, velut sonum vocis accípimus: sed tria nómina & tres persónas uníus esse esséntiæ, uníus majestátis atque poténtiæ crédimus.

℟. jx. In die illa, erit fons patens dómui David & habitántibus Jerúsalem, * In ablutiónem peccatóris. *Zach.* 13 1. ℣. Eúntes docéte omnes gentes, baptizántes eos, in nómine Patris, & Fílii, & Spíri-

tûs sancti. *Matt.* 28. 19. * In ablutiónem. Glória. *Resumitur* ℟. In die illa.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. Benedícat nos Deus, Deus noster; ℟. Benedícat nos Deus. *Ps.* 66. 7. 8.

Ant. 1. a. Nosse te, Deus noster, consummáta justítia est; & scire justítiam & virtútem tuam, radix est immortalitátis. *Sap.* 15. 3.

Ant. 2. D. Magnificétur nomen tuum usque in sempitérnum, atque dicátur: Dóminus exercítuum, Deus super Israël. 2. *Reg.* 7. 26.

Ant. 3. *a.* Fortíssime, magne, & potens: Dóminus exercítuum nomen tibi. *Jer.* 32. 18.

Ant. 7. d. Dómine.

CANTICUM. *Eccli. c.* 43. *v.* 29. *ad* 35.

Nemo ad Deum laudandum sufficit.

MUlta dicémus, & deficiémus in verbis; * consummátio autem sermónum, ipse Dóminus est in ómnibus.

Gloriántes ad quid valébimus? * ipse enim omnípotens super ómnia ópera sua.

Terríbilis Dóminus, & magnus veheménter; * & mirábilis poténtia ipsíus.

Glorificántes Dóminum quantumcúmque potuéritis; * supervalébit enim adhuc, & admirábilis magnificéntia ejus.

Benedicéntes Dóminum, exaltáte illum, quantùm potéstis; * major enim est omni laude.

Exaltántes eum repleámini virtúte, ne laborétis; * non enim comprehendétis.

Quis vidébit eum, & enarrábit? * & quis magnificábit eum, sicut est ab inítio?

Ant. Dómine exercítuum, Deus Israël, qui sedes super Chérubim, tu es Deus solus ómnium regnórum terræ. *Is.* 37. 16.

Ant. 8. G. Tuam manum, Dómine, effúgere impossíbile est: negántes enim te nosse ímpii, per fortitúdinem bráchii tui flagelláti sunt. *Sap.* 16. 15. 16.

CAPITULUM. 1. *Tim.* 6. 15. 16.

BEátus & solus potens Rex regum, & Dóminus dominántium, qui solus habet immortalitátem & lucem inhábitat inaccessíbilem, quem nullus hóminum vidit, sed nec vidére potest, cui honor & impérium sempitérnum.

HYMNUS. S. M.

O LUCE quæ tuâ lates,
Beáta semper Trínitas!
Te confitémur, crédimus,
Pióque corde quærimus.

O SANCTE Sanctórum Pater!
O nate de Deo Deus!
O caritátis vínculum,
Jungens utrúmque, Spíritus!

Ut se videt totum Pater,
Coæva Proles náscitur:
Amóre quo se díligunt,
Procédit ipse Spíritus.

Est totus in Nato Pater,
In Patre totus Fílius;
Natóque plenus ac Patre
Inest utríque Spíritus.

Quod Natus est, hoc Spíritus;
Hoc est utérque, quod Pater;
Tres una summa Véritas,
Tres una summa Cáritas.

Da posse quod jubes, Pater;
Da scire, Fili, quod doces;
Fac corde toto, Spíritus,
Nos velle quod probas bonum.
Amen.

℣. Confiteámur, Dómine, nómini sancto tuo,
℟. Et glo[illegible]ur in laude tua. *Ps.* 105. 47.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. J. O altitúdo divitiárum sapiéntiæ & sciéntiæ Dei! quàm incomprehensibília sunt judícia ejus, & investigábiles viæ ejus! *Rom.* 11. 33.

Oratio.

Omnípotens sempitérne Deus, qui dedísti fámulis tuis, in confessióne veræ fídei, ætérnæ Trinitátis glóriam agnóscere, & in poténtia majestátis adoráre unitátem; quǽsumus, ut ejúsdem fídei firmitáte, ab ómnibus semper muniámur advérsis; Per Dóminum.

Dóminus vobíscum, &c.
Benedicámus, &c.

Deinde fit Commemoratio de Dominica prima post Pentecosten.

Benedictio, Permaneámus, *p.* 167.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.
Cap. 6. *v.* 36. *ad* 42.
Misericordia commendatur.

Dicébat Jesus discípulis suis: Estóte misericórdes, sicut & Pater vester miséricors est. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.
Homil. 83. *De verbis Evang.* n. 2.

Duo sunt ópera misericórdiæ, quæ nos líberant, quæ bréviter ipse Dóminus pósuit in Evangélio; Dimíttite, & dimittétur vobis: date, & dábitur vobis. Dimíttite, & dimittétur vobis; ad ignoscéndum pértinet. Date, & dábitur vobis; ad præstándum benefícium pértinet. Quod ait de ignoscéndo; & tu vis tibi ignósci quod peccas, & habes álium cui tu possis ignóscere. Rursùs quod pértinet ad tribuéndum benefícium; petit te mendícus, & tu es Dei mendícus. Omnes enim, quando orámus, mendíci Dei sumus: ante jánuam magni Patrisfamílias stamus, immò étiam prostér-

nimur, súpplices ingemíscimus, áliquid voléntes accípere; & ipsum áliquid, ipse Deus est. Quid à te petit mendícus? Panem. Et tu, quid petis à Deo, nisì Christum, qui dicit: Ego sum panis vivus, qui de cœlo descéndi? Ignósci vobis vultis? Ignóscite. Remíttite, & remittétur vobis. Accípere vultis? Date, & dábitur vobis.

Ant. Omnis misericórdia fáciet locum unicuíque, secúndùm méritum óperum suórum. *Eccli.* 16. 15.

℣. Prævenérunt óculi mei ad te dilúculo, ℟. Ut meditárer elóquia tua. *Ps.* 118. 148.

Orémus.

PRæsta, quǽsumus, omnípotens Deus, ut inter innúmeros vitæ præséntis erróres, caritátis semper moderámine dirigámur; Per Dóminum.

Dóminus vobíscum, &c. Benedicámus, &c.

AD PRIMAM.

Dicitur Symbolum, Quicúmque, *p.* 17.

Ant. Nosse te.

CAPITULUM. *Eccli.* 43. 35. 36.

QUis vidébit eum & enarrábit? & quis magnificábit eum sicut est ab inítio? multa abscóndita sunt majóra his: pauca enim vídimus óperum ejus. ℟. Deo Grátias.

℟. *breve.* Christe, *p.* 19.

CANON.

Ex Concílio Constantinopolitáno secúndo Œcuménico.

Anno 553. *Coll.* 8. *Can.* 1.

SI quis non confitétur Patris, & Fílii, & Spíritûs sancti unam natúram sive substántiam, & unam virtútem & potestátem, Trinitátem consubstantiálem, unam Deitátem in tribus subsisténtiis sive persónis adorándam; talis anáthema sit.

AD TERTIAM.

Ant. Magnificétur.

CAPITULUM. *Eccli.* 18. 5. 6.

NOn est minúere, neque adjicere, nec est invenire magnália Dei. Cùm consummáverit homo, tunc incípiet; & cùm quiéverit, aporiábitur.

℟. *breve.* Quis loquétur poténtias Dómini? * Allelúia, allelúia. ℟. Quis. ℣. Audítas fáciet omnes laudes ejus? * Allelúia. Glória. ℟. Quis. *Ps.* 105. 2.

℣. Magnus Dóminus noster, & magna virtus ejus; ℟. Et sapiéntiæ ejus non est númerus. *Ps.* 146. 5.

AD SEXTAM.

Ant. Fortíssime.

CAPITULUM. *Eccli.* 43. 33. 34.

BEnedicéntes Dóminum, exaltáte illum, quantùm potéstis; major enim est omni laude. Exaltántes eum, replémini vir-

ne laborétis; non
omprehendétis.
reve. Magnus Dó-
, & laudábilis nimis,
úia, allelúia. ℟. Ma-
℣. Et magnitúdinis
on est finis. * Alle-
Glória. ℟. Magnus.
ℓ. 3.
uis Deus magnus,
Deus noster? ℟. Tu
is qui facis mirabí-
. 76. 14. 15.
D NONAM.
. Tuam.
TULUM. Eph. 5.
19. 20.
émini Spíritu san-
loquéntes vobismet-
n Psalmis, & Hym-
: Cánticis spirituáli-
antántes & psallén-
córdibus vestris Dó-
grátias agéntes sem-
ómnibus, in nómi-
nini nostri Jesu Chri-
to & Patri.
breve. Exaltáte Dó-
a Deum nostrum, *
ia, allelúia. ℟. Exal-
. Et adoráte in mon-
cto ejus. * Allelúia.
ı. ℟. Exaltáte. Ps.

Jubiláte Deo, omnis
℟. Cantáte, & exul-
& psállite. Ps. 97. 4.
VESPERAS.
. 8. G. Nobis unus
Pater ex quo óm-
& nos in illum; &
Dóminus Jesus Chri-
per quem ómnia, &
r ipsum. 1. Cor. 8. 6.
. 3. a. Unus Deus;
unus & Mediátor Dei &
hóminum, Homo Christus
Jesus. 1. Tim. 2. 5.

Ant. 7. c. In uno Spíri-
tu omnes nos in unum
corpus baptizáti sumus. 1.
Cor. 12. 13.

Ant. 6. F. Ipse Spíritus
testimónium reddit spirítui
nostro, quòd sumus fílii
Dei. Rom. 8. 16.

Ant. 5. C. In ipso vívi-
mus, & movémur, & su-
mus. Act. 17. 28.

CAPITULUM. Eph. 1.
17.

DEus Dómini nostri Je-
su Christi, Pater gló-
riæ, det vobis Spíritum sa-
piéntiæ & revelatiónis, in
agnitióne ejus.

HYMNUS. S. M.

TER sancte, ter potens
Deus,
Incomprehénsa Trínitas,
O lux perénnis! própriis
O ter beáta gaúdiis!
O VERA semper Uni-
tas!
O una semper Véritas!
O sancta semper, quæ bo-
num
Diffúndis omne, Cári-
tas!
TE densa circùm núbi-
la,
Te circùm inaccéssum ju-
bar,
Quod intùs ardent Angeli
Circùm treméntes cérnere.
TE confitétur in tuo
Et plebs renáta nómine;
Firmâque prælíbat fide,
Amor quod ambit prǽ-
mium.

Da posse quod jubes, Pater;
Da scire, Fili, quod doces;
Fac corde toto, Spíritus,
Nos velle quod probas bonum. Amen.

℣. Benedíctum nomen majestátis ejus in ætérnum: ℟. Et replébitur majestáte ejus omnis terra. *Ps.* 71. 19.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* Sanctus, sanctus, sanctus Dóminus Deus omnípotens, qui erat, & qui est, & qui ventúrus est. *Apoc.* 4. 8.

Oratio, Omnípotens, *suprà, ad Laudes*, p. 177.

Dóminus vobíscum, &c. Benedicámus, &c.

Deinde fit Commemoratio de Dominica prima post Pentecosten.

Ant. Dixit Jesus: Dimíttite, & dimittémini: date, & dábitur vobis. *Luc.* 6. 37. 38.

℣. Surge, Dómine, in réquiem tuam; ℟. Tu & arca sanctificatiónis tuæ. *Ps.* 131. 8.

Oratio, Præsta, quǽsumus, *suprà*, p. 178.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 1. a. Deus lux est, & ténebræ in eo non sunt ullæ. 1. *Joan.* 1. 5.

Hymnus. Grates peracto jam die, *p.* 163.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 1. 2.

Eléctis secúndum præsciéntiam Dei Patris, in sanctificatiónem Spíritûs, in obediéntiam & aspersiónem sánguinis Jesu Christi, grátia vobis & pax multiplicétur.

℟. *breve.* In manus.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 7. d. Scimus quia nihil est idólum in mundo, & quòd nullus est Deus, nisì unus. 1. *Cor.* 8. 4.

Oratio, Illúmina, *p.* 164.

IN FERIIS PER ANNUM.

Usque ad Adventum, omnia ut in Psalterio.

Oratio Dominicæ præcedentis.

Ad Laudes & Vesperas fiunt Suffragia, seu Commemorationes communes, p. 156.

Ad Primam & Completorium dicuntur Preces, p. 158. & 164.

FERIA SECUNDA.

Incipit Liber Numerórum.

LECTIO I. *c.* 1. *v.* 1. *ad* 3.

Locutúsque est Dóminus ad Móysen, in desérto Sinaï, in tabernáculo fœderis, primâ die mensis secúndi, anno áltero egressiónis eórum ex Ægýpto, dicens: Tóllite summam univérsæ congregatiónis filiórum Israël per cognatiónes & domos suas, & nómina singulórum, quidquid sexûs est masculíni, à vigésimo anno & suprà, ómnium virórum fórtium ex Israël, & numerábitis eos per turmas suas, tu & Aaron.

℟. *j.* Locútus est Dómi-

ad Móysen, dicens: * ...um Levi noli numeráre neque pones summam ...m cum filiis Israël. *Num.* 1. 48. 49. ℣. Non sunt ... mundo, sicut & ego ... sum de mundo. *Joan.* ... 14. * Tribum.

...CTIO II. *v.* 45. *ad* ...*nem.*

Uerúntque omnis númerus filiórum Israël ... domos & famílias suas, ...igésimo anno & suprà, ... póterant ad bella pro...ere, sexcénta tria míllia ...rum quingénti quin...gínta. Levítæ autem in ...u familiárum suárum ...i sunt numeráti cum eis. ...cutúsque est Dóminus ad ...ysen, dicens: Tribum ...i noli numeráre, neque ...es summam eórum cum ...s Israël: sed constítue ... super tabernáculum ...imónii, & cuncta vasa ...s, & quidquid ad cære...nias pértinet. Ipsi por...unt tabernáculum & ...nia utensília ejus: & ...nt in ministério, ac per ...um tabernáculi meta...ntur. Cùm proficiscén...n fúerit, depónent Le...æ tabernáculum: cùm ...trametándum, érigent; ...squis externórum accés...it, occidétur. Metabún... autem castra filii Israël ...squísque per turmas, & ...neos, atque exércitum ...m. Porrò Levítæ per ...um tabernáculi figent ...ntória, *ne fiat indignátio* super multitúdinem filiórum Israël, & excubábunt in custódiis tabernáculi testimónii. Fecérunt ergo filii Israël juxta ómnia quæ præcéperat Dóminus Móysi.

℟. *ij.* Levítæ per gyrum tabernáculi figent tentória, * Ne fiat indignátio super multitúdinem filiórum Israël. *Num.* 1. 53. ℣. Omnis Póntifex ex homínibus assúmptus, pro homínibus constitúitur in iis quæ sunt ad Deum. *Hebr.* 5. 1. * Ne fiat.

LECTIO III. *c.* 3. *v.* 5. *ad* 13.

LOcutúsque est Dóminus ad Móysen, dicens: Applica tribum Levi, & fac stare in conspéctu Aaron Sacerdótis, ut minístrent ei, & éxcubent, & obsérvent quidquid ad cultum pértinet multitúdinis, coram tabernáculo testimónii, & custódiant vasa tabernáculi, serviéntes in ministério ejus. Dabísque dono Levítas Aaron & filiis ejus, quibus tráditi sunt à filiis Israël. Aaron autem & filios ejus constítues super cultum sacerdótii. Extérnus qui ad ministrándum accésserit, moriétur. Locutúsque est Dóminus ad Móysen, dicens: Ego tuli Levítas à filiis Israël, pro omni primogénito qui áperit vulvam in filiis Israël: erúntque Levítæ mei. Meum est enim

omne primogénitum, ex quo percússi primogénitos in terra Ægýpti: sanctificávi mihi quidquid primum náscitur in Israël ab hómine, usque ad pecus, mei sunt: Ego Dóminus.

℟. *iij.* Applica tribum Levi, & fac stare in conspéctu Aaron Sacerdótis, ut minístrent ei, * Et éxcubent, & obsérvent quidquid ad cultum pértinet. *Num.* 3. 6. 7. ℣. Hi probéntur primùm, & sic minístrent, nullum crimen habéntes. 1. *Tim.* 3. 10. * Et éxcubent. Glória. * Et éxcubent.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 13. *De Sacram. Extrem. Unct.*

SAcraméntum Extrémæ Unctiónis non eò usque differéndum est, dum æger ómnibus penè sénsibus destitútus sit. Quaprópter Párochis præcípimus, ut omnes curæ suæ créditos frequénter móneant, ne sint hac in re lentióres aut negligentióres, cùm inter eos áliquis periculósè laboráre vidébitur.

FERIA TERTIA.

De Libro Numerórum.

LECTIO I. *c.* 5. *v.* 1. *ad* 10.

LOcutúsque est Dóminus ad Móysen, dicens: Præcipe fíliis Israël, ut ejíciant de castris omnem leprósum, & qui sémine fluit, pollutúsque est super mórtuo: Tam máscu-lum quàm féminam ejícite de castris, ne contáminent ea, cùm habitáverim vobíscum. Fecerúntque ità fílii Israël, & ejecérunt eos extra castra, sicut locútus erat Dóminus Móysi. Locutúsque est Dóminus ad Móysen, dicens: Lóquere ad fílios Israël: Vir, sive múlier, cùm fécerint ex ómnibus peccátis quæ solent homínibus accídere, & per negligéntiam transgréssi fúerint mandátum Dómini, atque delíquerint, confitebúntur peccátum suum, & reddent ipsum caput, quintámque partem désuper, ei in quem peccáverint. Sin autem non fúerit qui recípiat, dabunt Dómino, & erit sacerdótis, excépto aríete, qui offértur pro expiatióne, ut sit placábilis hóstia. Omnes quoque primítiæ quas ófferunt fílii Israël, ad sacerdótem pértinent: & quidquid in sanctuárium offértur à síngulis, & tráditur mánibus sacerdótis, ipsíus erit.

℟. *j.* Locútus est, *p.* 180.

LECTIO II. *c.* 7. *v.* 1. *ad* 10.

FActum est autem in die quâ complévit Móyses tabernáculum, & eréxit illud: unxítque & sanctificávit cum ómnibus vasis suis, altáre simíliter & ómnia vasa ejus. Obtulérunt príncipes Israël & cápita familiárum, qui erant per síngulas tribus, præ-

sectíque eórum qui numeráti fúerant, múnera coram Dómino, sex plaustra tecta cum duódecim bobus. Unum plaustrum obtulére duo duces, & unum bovem sínguli, obtulerúntque ea in conspéctu tabernáculi. Ait autem Dóminus ad Móysen: Súscipe ab eis, ut sérviant in ministério tabernáculi, & trades ea Levítis juxta órdinem ministérii sui. Itaque cùm suscepísset Móyses plaustra & boves, trádidit eos Levítis. Duo plaustra & quátuor boves dedit filiis Gerson, juxta id quod habébant necessárium. Quátuor ália plaustra & octo boves dedit filiis Mérari, secúndùm officia & cultum suum, sub manu Ithamar filii Aaron Sacerdótis. Fíliis autem Caath non dedit plaustra & boves: quia in sanctuário sérviunt, & ónera própriis portant húmeris. Igitur obtulérunt duces in dedicatiónem altáris, die quâ unctum est, oblatiónem suam ante altáre.

℟. *ij.* Levítæ, *p.* 181.

LECTIO III. *c.* 8. *v.* 9. *ad* 17.

LOcútus est Dóminus ad Móysen, dicens: Applicábis Levítas coram tabernáculo fœ́deris, convocátâ omni multitúdine filiórum Israël. Cúmque Levítæ fúerint coram Dómino, ponent filii Israël manus suas super eos. Et ófferet Aaron Levítas munus in conspéctu Dómini à filiis Israël, ut sérviant in ministério ejus. Levítæ quoque ponent manus suas super cápita boum, è quibus unum fácies pro peccáto, & álterum in holocaústum Dómini, ut deprecéris pro eis. Statuésque Levítas in conspéctu Aaron & filiórum ejus, & consecrábis oblátos Dómino, ac separábis de médio filiórum Israël, ut sint mei. Et pósteà ingrediéntur tabernáculum fœ́deris, ut sérviant mihi. Sícque purificábis & consecrábis eos in oblatiónem Dómini: quóniam dono donáti sunt mihi à filiis Israël. Pro primogénitis quæ apériunt omnem vulvam in Israël, accépi eos. Mea sunt enim ómnia primogénita filiórum Israël, tam ex homínibus, quàm ex juméntis. Ex die quo percússi omne primogénitum in terra Ægýpti, sanctificávi eos mihi.

℟. *iij.* Applica, *p.* 182.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 13. *De Sacram. Extr. Unct.*

CUrent Párochi, crebris monitiónibus, imperítum vulgus ab illa ináni & ímpia opinióne abdúcere, quâ pleríque sinístrè de Sacraménti Extrémæ Unctiónis virtúte séntiunt, perínde ac si mortem ægris accéleret; cùm certum sit ex Apóstoli doctrína,

Deum, non ánimæ tantùm, verùm étiam córpori, si expedíerit, virtúte hujus Sacraménti, salútem conférre.

FERIA QUARTA.

De Libro Numerórum.

LECTIO I. *c.* 9. *v.* 1. *ad* 8.

Locútus est Dóminus ad Móysen in desérto Sínaï, anno secúndo postquàm egréssi sunt de terra Ægýpti, mense primo, dicens: Fáciant fílii Israël Phase in témpore suo, quartadécimâ die mensis hujus, ad vésperam, juxta omnes cæremónias & justificatiónes ejus. Præcepítque Móyses fíliis Israël ut fácerent Phase. Qui fecérunt témpore suo: quartadécimâ die mensis, ad vésperam, in monte Sínaï. Juxta ómnia quæ mandáverat Dóminus Móysi, fecérunt fílii Israël. Ecce autem quidam immúndi super ánima hóminis, qui non póterant fácere Phase in die illo, accedéntes ad Móysen & Aaron, dixérunt eis: Immúndi sumus super ánima hóminis; quare fraudámur ut non valeámus oblatiónem offérre Dómino, in témpore suo, inter fílios Israël? Quibus respóndit Móyses: State, ut cónsulam quid præcípiat Dóminus de vobis.

℟. *j.* Locútus est, *p.* 180.

LECTIO II. *v.* 9. *ad* 14.

Locutúsque est Dóminus ad Móysen, dicens: Lóquere fíliis Israël: Homo qui fúerit immúndus super ánima, sive in via procul in gente vestra, fáciat Phase Dómino in mense secúndo, quartadécimâ die mensis, ad vésperam: cum ázymis & lactúcis agréstibus cómedent illud: non relínquent ex eo quíppiam usque manè, & os ejus non confríngent, omnem ritum Phase observábunt. Si quis autem & mundus est, & in itínere non fuit, & tamen non fecit Phase, exterminábitur ánima illa de pópulis suis, quia sacrifícium Dómino non óbtulit témpore suo: peccátum suum ipse portábit. Peregrínus quoque & ádvena, si fúerint apud vos, fácient Phase Dómino juxta cæremónias & justificatiónes ejus. Præcéptum idem erit apud vos, tam ádvenæ, quàm indígenæ.

℟. *ij.* Levítæ, *p.* 181.

LECTIO III. *v.* 15. *ad* 20.

Igitur die quâ eréctum est tabernáculum, opéruit illud nubes. A véspere autem super tentórium erat quasi spécies ignis usque manè. Sic fiébat júgiter: per diem operiébat illud nubes, & per noctem quasi spécies ignis. Cúmque abláta fuísset nubes quæ tabernáculum protegébat, tunc proficiscebántur fílii Israël: & in loco ubi stetísset nubes, ibi castrametabántur. Ad impérium Dómini proficiscebántur, &

ad impérium illíus figébant tabernáculum. Cunctis diébus quibus stabat nubes super tabernáculum, manébant in eódem loco: & si evenísset ut multo témpore manéret super illud, erant filii Israël in excúbiis Dómini, & non proficiscebántur, quot diébus fuísset nubes super tabernáculum. Ad impérium Dómini erigébant tentória, & ad impérium illíus deponébant.

℟. *iij.* Applica, *p.* 182.

C A N O N.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 13. *De Sacram. Extr. Unct.*

NOn putent Párochi, se omninò officio suo satisfecísse, si ægrótis Eucharístiæ & Extrémæ Unctiónis Sacraménta solùm impénderint: sed eos prætéreà adésse opórtet moriéntibus, eósque sanctis admonitiónibus & piis précibus omni ratióne juváre; ut quod eis súperest vitæ, in vera & Cathólica fide possint explére.

Si crastinâ die occurrat Festum Duplex majus, aut suprà, transfertur in Feriam sextam sequentem, si non sit impedita.

Si occurrat Festum Duplex minus, transfertur post Octavam.

Si tandem occurrat Festum Semiduplex, aut Simplex, de eo nihil fit.



IN SOLEMNITATE
SS. EUCHARISTIÆ.

SOLEMNE MAJUS.

IN I. VESPERIS.
Psalmi de Feria.
Antiphona 1. *toni* D.

FAciet Dóminus ómnibus pópulis in monte Sion convívium pínguium, convívium vindémiæ. *Is.* 25. 6.

Ant. 2. D. Vénient, & laudábunt in monte Sion; & cónfluent ad bona Dómini super fruménto & vino. *Jer.* 31. 12.

Ant. 3. *a.* Pinguis panis ejus, & præbébit delícias régibus. *Gen.* 49. 20.

Ant. 4. E. Erit ánima eórum quasi hortus irríguus, & ultrà non esúrient. *Jer.* 31. 12.

Ant. 5. a. Bibéntes inebriabúntur quasi à vino, & replebúntur ut phíalæ, & quasi córnua altáris. *Zach.* 9. 15.

CAPITULUM. *Is.* 55. 2.

QUare appénditis argéntum, non in pánibus, & labórem vestrum, non in saturitáte? Audíte, audiéntes me, & comédite bonum, & delectábitur in crassitúdine ánima vestra.

℟. Véspere comedétis carnes, & manè saturabímini pánibus; * Sciétísque quòd ego sum Dóminus Deus vester. *Exod.* 16. 12.
℣. Panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. *Joan.* 6. 52. * Sciétísque. Glória. *Resumitur* ℟. Véspere.

Hymnus. Pange, lingua, *infrà, ad II. Vesperas, p.* 196.

℣. Edent paúperes, & saturabúntur; ℟. Et laudábunt Dóminum, qui requírunt eum. *Ps.* 21. 27.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Sapiéntia ædificávit sibi domum, excídit colúmnas septem, immolávit víctimas suas, míscuit vinum, & propósuit mensam suam. *Prov.* 9. 1. 2.

Oratio.

DOmine Deus, qui transitúrus ex hoc mundo ad Patrem, in Sacraménto amóris tui nobíscum remanére voluísti; concéde, quæsumus, ut te velátum adorántes in terris, revelâ fácie contemplári mereámur in cœlis; Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitáte.

COMPLETORIUM *habetur post secundas Vesperas,*

eo solo discrimine, quòd hîc dicuntur Psalmi de Feria.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Jesum panem vitæ, * Veníte, adorémus. *Joan. 6. 35.*

Psalmus, Veníte, *p. 2. ritu solemni.*

HYMNUS. S. Th.

SACRIS Solémniis juncta sint gaúdia,
Et ex præcórdiis sonent præcónia:
Recédant vétera, nova sint ómnia,
Corda, voces, & ópera.

NOCTIS recólitur Cœna novíssima,
Quâ Christus créditur agnum & ázyma
Dedísse frátribus, juxta legítima
Priscis indúlta pátribus.

POST agnum týpicum, explétis épulis,
Corpus Domínicum datum discípulis,
Sic totum ómnibus, quod totum síngulis,
Ejus fatémur mánibus.

DEDIT fragílibus Córporis férculum,
Dedit & trístibus Sánguinis póculum,
Dicens: Accípite quod trado vásculum;
Omnes ex eo bíbite.

SIC Sacrifícium istud instítuit,
Cujus offícium commítti vóluit
Solis Presbýteris, quibus sic cóngruit,
Ut sumant, & dent céteris.

PANIS Angélicus fit panis hóminum;
Dat panis cœlicus figúris términum:
O res mirábilis! Mandúcat Dóminum,
Pauper, servus, & húmilis.

TE, trina Déitas únaque, póscimus;
Sic nos tu vísitas, sicut te cólimus;
Per tuas sémitas duc nos, quò téndimus,
Ad lucem quam inhábitas. Amen.

IN I. NOCTURNO.

In Psal. 1. Beátus vir, *p.* 3.

Ant. 3. *a.* Prodúxit Dóminus Deus de humo, omne lignum pulchrum visu, & ad vescéndum suáve, lignum étiam vitæ in médio paradísi. *Gen.* 2. 9.

In Psal. 15. Consérva me, Dómine, *p.* 112.

Ant. 2. *D.* Melchísedech rex Salem, próferens panem & vinum, erat enim sacérdos Dei altíssimi, benedíxit Abrahæ. *Gen.* 14. 18. 19.

In Psal. 16. Exaúdiat te Dóminus, *p.* 108.

Ant. 6. F. Pósuit Móyses mensam in tabernáculo testimónii, ad plagam Septentrionálem, extra velum, ordinátis coràm propositiónis pánibus. *Exod.* 40. 20. 21.

℣. Memóriam fecit mi-

rabílium suórum, ℟. Miséricors & miserátor Dóminus. *Ps.* 110. 4.

De Libro Exodi.

Lectio I. *c.* 16. *v.* 11. *ad* 15.

LOcútus est Dóminus ad Móysen, dicens: Audívi murmuratiónes filiórum Israël. Lóquere ad eos: Véspere comedétis carnes, & manè saturabímini pánibus: scietísque quòd ego sum Dóminus Deus vester. Factum est ergo véspere, & ascéndens cotúrnix, coopéruit castra. Manè quoque ros jácuit per circúitum castrórum. Cúmque operuísset superfíciem terræ, appáruit in solitúdine minútum, & quasi pilo tusum, in similitúdinem pruínæ super terram. Quod cùm vidíssent fílii Israël, dixérunt ad ínvicem: Manhu? quod signíficat: Quid est hoc? ignorábant enim quid esset. Quibus ait Móyses: Iste est panis, quem Dóminus dedit vobis ad vescéndum.

℟. *j.* Fílii Israël comedérunt Man, quadragínta annis, donec venírent in terram habitábilem. * Hoc cibo áliti sunt úsquequò tángerent fines terræ Chánaan. *Exod.* 16. 35. ℣. Non sicut manducavérunt patres vestri manna, & mórtui sunt; qui mandúcat hunc panem, vivet in ætérnum. *Joan.* 6. 59. * Hoc cibo. Glória. * Hoc cibo.

Lectio II. *c.* 24. *v.* 3. *ad* 8.

VEnit Móyses, & narrávit plebi ómnia verba Dómini, atque judícia: respondítque omnis pópulus, unâ voce: Omnia verba Dómini, quæ locútus est, faciémus. Scripsit autem Móyses univérsos sermónes Dómini: & manè consúrgens, ædificávit altáre ad radíces montis, & duódecim títulos per duódecim tribus Israël. Misítque júvenes de fíliis Israël, & obtulérunt holocaústa, immolaverúntque víctimas pacíficas Dómino, vítulos. Tulit ítaque Móyses dimídiam partem sánguinis, & misit in cratéras: partem autem resíduam fudit super altáre: assuménsque volúmen fœderis, legit, audiénte pópulo: qui dixérunt: Omnia quæ locútus est Dóminus, faciémus, & érimus obediéntes. Ille verò sumptum sánguinem respérsit in pópulum, & ait: Hic est sanguis fœderis quod pépigit Dóminus vobíscum, super cunctis sermónibus his.

℟. *ij.* Móyses sumptum sánguinem respérsit in pópulum, & ait: * Hic est sanguis fœderis quod pépigit Dóminus vobíscum. *Exod.* 24. 8. ℣. Hic calix novum, Testaméntum est in meo sánguine. 1. *Cor.* 11. 25. * Hic est. Glória. * Hic est.

De Libro tértio Regum.

LECTIO III. *c.* 19. *v.* 3. *ad* 8.

VEnit Elías in Bersabée Juda, & dimísit ibi púerum suum, & perréxit in desértum, viam uníus diéi. Cúmque veníſſet, & sedéret subter unam juníperum, petívit ánimæ suæ ut morerétur, & ait: Súfficit mihi, Dómine, tolle ánimam meam: neque enim mélior sum quàm patres mei. Projecítque se & obdormívit in umbra juníperi. Et ecce Angelus Dómini tétigit eum, & dixit illi: Surge, & cómede. Respéxit, & ecce ad caput suum, subcinerícius panis, & vas aquæ: comédit ergo, & bibit, & rursùm obdormívit. Reversúsque est Angelus Dómini secúndò, & tétigit eum, dixítque illi: Surge, cómede: grandis enim tibi restat via. Qui cùm surrexíſſet, comédit & bibit: & ambulávit in fortitúdine cibi illíus, quadragínta diébus & quadragínta nóctibus, usque ad montem Dei Horeb.

℟. *iij.* Angelus Dómini tétigit Elíam, dixítque illi: Surge, cómede: grandis enim tibi restat via. Qui, * Cùm surrexíſſet, comédit & bibit: & ambulávit in fortitúdine cibi illíus. 3. *Reg.* 19. 7. 8. ℣. Si quis manducáverit ex hoc pane, vivet in ætérnum. *Joan.* 6. 52. * Cùm. Glória. *Resumitur* ℟. *Angelus.*

IN II. NOCTURNO.

In Psal. 22. Dóminus regit me, *p.* 108.

Ant. 4. E. Dixit Jesus: Ego sum panis vitæ: qui venit ad me, non esúriet. *Joan.* 6. 35.

In Psal. 41. Quemádmodum desíderat, *p.* 103.

Ant. 5. a. Ego sum panis vivus, qui de cœlo descéndi. *Joan.* 6. 51.

In divis. Psal. 41. Ad meípsum ánima mea, *p.* 104.

Ant. 8. G. Ego vivo propter Patrem; & qui mandúcat me, & ipse vivet propter me. *Joan.* 6. 58.

℣. Justi epuléntur, & exúltent in conspéctu Dei, ℟. Et delectántur in lætítia. *Ps.* 67. 4.

Sermo sancti Ignátii Antiochéni Epíscopi & Mártyris.

Epist. ad Smyrn.

LECTIO IV.

HÆrétici ab Eucharístia & Oratióne ábstinent, eò quòd non confiteántur Eucharístiam Carnem esse Servatóris nostri Jesu Christi, quæ pro peccátis nostris passa est, quam Pater suâ benignitáte suscitávit. Contradicéntes ergo huic dono Dei, altercántes moriúntur. Omnes Epíscopum sequímini, ut Jesus Christus Patrem: & Presbytérium, ut Apóstolos: Diáconos autem revereámini, ut Dei mandátum. Sinè Epíscopo nemo quidquam fáciat eórum quæ ad Ecclésiam spe-

ctant. Rata Eucharístia habeátur illa, quæ sub Epíscopo fúerit, vel cui ipse concésserit. Ubi comparúerit Epíscopus, ibi & multitúdo sit: quemádmodum ubi Christus Jesus, ibi Cathólica est Ecclésia. Non licet sinè Epíscopo baptizáre, neque Agapen celebráre: sed quodcúmque ille probáverit, hoc & Deo est beneplácitum: ut tutum & ratum sit quodcúmque ágitur.

℟. *iv*. Jánuas cœli apéruit Dóminus, & pluit illis manna ad manducándum, & * Panem cœli dedit eis; panem Angelórum manducávit homo. *Ps.* 77. 23. 24. 25. ℣. Hic est panis qui de cœlo descéndit. *Joan.* 6. 59. * Panem cœli. Glória. * Panem cœli.

Ex Apológia prima sancti Justíni Mártyris ad Antonínum Pium Imperatórem.

LECTIO V.

EI qui frátribus præest, offértur panis, & póculum aquæ & vini: quibus ille accéptis, glóriam & laudem rerum universárum Patri, per nomen Fílii & Spíritûs sancti, offert: & Eucharístiam, sive Gratiárum actiónem, pro eo quòd nos donis suis hisce dignátus sit, prolíxè exéquitur. Porrò aliméntum hoc apud nos appellátur Eucharístia, quod nulli álii participáre lícitum est, quàm veram esse doctrínam nostram credénti, & lavácro propter remissiónem peccatórum & regeneratiónem ablúto, & ità ut Christus trádidit vivénti. Non enim ut commúnem panem, neque commúnem potum ista súmimus: sed quemádmodum per verbum Dei caro factus Jesus Christus Servátor noster, & carnem & sánguinem, salútis nostræ causâ, hábuit, ad eúmdem modum étiam eam, in qua per preces verbi ejus ab ipso proféci grátiæ sunt actæ, alimóniam, unde sanguis & caro nostra per mutatiónem alúntur, incarnáti illíus Jesu Carnem & Sánguinem esse edócti sumus. Nam Apóstoli in Commentáriis à se scriptis, quæ Evangélia vocántur, ità tradidérunt præcepísse sibi Jesum: eum enim, pane accépto, cùm grátias egísset, dixísse: Hoc fácite in meî recordatiónem: Hoc est Corpus meum. Et póculo simíliter accépto, & grátiis actis, dixísse: Hic est Sanguis meus.

℟. *v*. Omnes sitiéntes, veníte ad aquas; & qui non habétis argéntum, properáte, émite & comédite; * Veníte, émite absque argénto, & absque ulla commutatióne, vinum & lac. *Is.* 55. 1. ℣. Hoc est Corpus meum quod pro vobis datur. *Luc.* 22. 19. * Veníte. Glória. * Veníte.

Sermo sancti Irenæi Epíscopi & Mártyris.
Tract. adv. Hæres. Lib. 4. Cap. 18.

LECTIO VI.

QUómodo constábit hæréticis, eum panem in quo grátiæ actæ sint, Corpus esse Dómini sui, & cálicem Sánguinis ejus, si non ipsum Fabricatóris mundi Fílium dicant, id est, Verbum ejus? Quómodo autem rursùs dicunt carnem in corruptiónem devenire, & non percípere vitam, quæ Córpore Dómini & Sánguine álitur? Ergo aut senténtiam mutent, aut abstíneant offeréndó quæ prædícta sunt. Nostra autem cónsonans est senténtia Eucharístiæ: & Eucharístia rursùs confírmat senténtiam nostram. Quemádmodum enim qui est à terra panis, percípiens invocatiónem Dei, jam non commúnis panis est, sed Eucharístia, ex duábus rebus constans, terrénâ & cœlésti: sic & córpora nostra percipiéntia Eucharístiam, jam non sunt corruptibília, spem resurrectiónis habéntia.

℟. *vj.* Angelórum escâ nutrivísti pópulum tuum, Dómine, & * Parátum panem de cœlo præstitísti illis sinè labóre, omne delectaméntum in se habéntem, & omnis sapóris suavitátem. *Sap.* 16. 20. ℣. Hic est panis de cœlo descéndens, ut si quis ex ipso manducáverit, non moriátur. *Joan.* 6. 50. * Parátum. Glória. *Resumitur* ℟. Angelórum.

IN III. NOCTURNO.

In Psal. 80. Exultáte Deo, *p.* 106.

Ant. 7. d. Dixit Jesus: Qui mandúcat meam Carnem, & bibit meum Sánguinem, habet vitam ætérnam. *Joan.* 6. 55.

In divis. Psal. 80. In tribulatióne, *p.* 107.

Ant. 8. c. Caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus. *Joan.* 6. 56.

In Psal. 83. Quàm dilécta tabernácula tua, *p.* 107.

Ant. 2. D. Probet seípsum homo, & sic de pane illo edat, & de cálice bibat. 1. *Cor.* 11. 28.

℣. Visitásti terram, Dómine, & inebriásti eam; ℟. Multiplicásti locupletáre eam. *Ps.* 64. 10.

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

LECTIO VII. *c.* 10. *v.* 1. *ad* 6.

NOlo vos ignoráre, fratres, quóniam patres nostri omnes sub nube fuérunt; & omnes mare transiérunt; & omnes in Móyse baptizáti sunt, in nube, & in mari; & omnes eámdem escam spiritálem manducavérunt; & omnes eumdem potum spiritálem bibérunt: bibébant autem de spiritáli, consequénte

eos, petra: petra autem erat Christus. Sed non in plúribus eórum beneplácitum est Deo: nam prostráti sunt in desérto. Hæc autem in figúra facta sunt nostrî: ut non simus concupiscéntes malórum, sicut & illi concupiérunt.

℟. *vij*. Mecum sunt divítiæ & glória, opes supérbæ & justítia. * Mélior est fructus meus auro, & lápide pretióso, & genímina mea, argénto elécto. *Prov*. 8. 18. 19. ℣. Panis quem frángimus, nónne participátio Córporis Dómini est? 1. *Cor*. 10. 16. * Mélior. Glória. * Mélior.

LECTIO VIII. *v*. 14. *ad* 21.

PRopter quod, caríssimi mihi, fúgite ab idolórum cultúra. Ut prudéntibus loquor, vos ipsi judicáte quod dico. Calix benedictiónis, cui benedícimus, nónne communicátio Sánguinis Christi est? & panis quem frángimus, nónne participátio Córporis Dómini est? Quóniam unus panis, unum corpus, multi sumus, omnes qui de uno pane participámus. Vidéte Israël secúndùm carnem: nónne qui edunt hóstias, partícipes sunt altáris? Quid ergo? dico quòd idólis immolátum, sit áliquid? aut quod idólum, sit áliquid? Sed quæ ímmolant Gentes, dæmóniis ímmolant, & non Deo. Nolo autem vos sócios fieri dæmoniórum. Non potéstis cálicem Dómini bíbere, & cálicem dæmoniórum: non potéstis mensæ Dómini partícipes esse, & mensæ dæmoniórum.

℟. *viij*. Transíbit Dóminus percútiens Ægýptios: * Cúmque víderit sánguinem in superlimináribus & in utróque poste, transcéndet óstium domûs. *Exod*. 12. 23. ℣. Hic Sanguis Testaménti quod mandávit ad vos Deus. *Hebr*. 9. 20. * Cúmque. Glória. * Cúmque.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Joánnem.

LECTIO IX. *c*. 6. *v*. 56. *ad* 59.

Caro Christi verè est cibus.

DIxit Jesus Judæis: Caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus. Et réliqua.

Homília sancti Hilárii Epíscopi.

Lib. 8. *De Trinit*. 3. n. 14.

NOn est humáno aut séculi sensu, in Dei rebus loquéndum. Quæ scripta sunt, legámus: & quæ legérimus, intelligámus: & tum perféctæ fídei officio fungémur. De naturáli enim in nobis Christi veritáte quæ dícimus, nisì ab eo díscimus, stultè atque ímpiè dícimus. Ipse enim ait: Caro mea verè est esca, & Sanguis meus verè est potus: qui edit

edit Carnem meam, & bibit Sánguinem meum, in me manet, & ego in eo. De veritáte Carnis & Sánguinis non relíctus est ambigéndi locus. Nunc enim & ipsíus Dómini professióne; & fide nostrâ, verè Caro est, & verè Sanguis. Et hæc accépta atque hausta id efficiunt, ut & nos in Christo, & Christus in nobis sit. Anne hoc véritas non est? Contíngat planè his verum non esse, qui Christum Jesum verum esse Deum negant. Est ergo in nobis ipse per Carnem, & sumus in eo, dum hoc quod nos sumus, in Deo est.

℟. jx. Comédi favum cum melle meo; bibi vinum cum lacte meo. * Comédite, amíci, & bíbite; & inebriámini, caríssimi. *Cant.* 5. 1. ℣. Qui mandúcat meam Carnem, & bibit meum Sánguinem, in me manet, & ego in illo. *Joan.* 6. 57. * Comédite. Glória. *Resumitur* ℟. Comédi.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*. Parásti, Dómine, in conspéctu meo mensam, ℟. Advérsùs eos qui tríbulant me. *Ps.* 22. 5.

Psalmi de Dominica.

Ant. 1. a. Nunc, Dómine Deus, tu es Deus, & verba tua erunt vera. 2. *Reg.* 7. 28.

Ant. 2. D. Panem nostrum supersubstantiálem da nobis hódie. *Matt.* 6. 11.

Ant. 3. g. Dómine, semper da nobis panem hunc. *Joan.* 6. 34.

Ant. 5. a. Dómine.

CANTICUM. *Sap. c.* 16. *v.* 20. *ad* 21.

Laudatur Deus, pro cibo supernaturali hominibus dato.

Angelórum escâ nutrivísti pópulum tuum, Dómine, * & parátum panem de cœlo præstitísti illis sinè labóre,

Omne delectaméntum in se habéntem, * & omnis sapóris suavitátem.

Substántia enim tua dulcédinem tuam, quam in filios habes, * osténdébat:

Et desérviens uniuscujúsque voluntáti, * ad quod quisque volébat, convertebátur.

Ant. Dómine, ad quem íbimus? verba vitæ ætérnæ habes. *Joan.* 6. 69.

Ant. 7. d. Propter verbum tuum, & secúndùm cor tuum, fecísti ómnia magnália hæc. 2. *Reg.* 7. 21.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 11. 23. 24.

Dominus Jesus, in qua nocte tradebátur, accépit panem, & grátias agens fregit, & dixit: Accípite & manducáte: Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradétur.

Hymnus. S. Th.

VERBUM supérnum pródiens,
Nec Patris linquens déxteram,
Ad opus suum éxiens,
Venit ad vitæ vésperam.

IN mortem à discípulo
Suis tradéndus æmulis,
Priùs, in vitæ férculo,
Se trádidit discípulis.

QUIBUS, sub bina spécie,
Carnem dedit & Sánguinem;
Ut dúplicis substántiæ
Totum cibáret hóminem.

SE nascens dedit sócium,
Convéscens in edúlium,
Se móriens in prétium,
Se regnans dat in præmium.

O SALUTARIS Hóstia,
Quæ cœli pandis óstium!
Bella premunt hostília,
Da robur, fer auxílium.

QUI Carne nos pascis tuâ,
Sit laus tibi, Pastor bone,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea; ℟. Et lábiis exultatiónis laudábit os meum. *Ps.* 62. 6.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D.* Accépit Jesus panem, & benedíxit, ac fregit, dedítque discípulis suis, & ait: Accípite, & comédite: Hoc est Corpus meum. *Matt.* 26. 26.

Oratio.

DEus, qui nobis, sub Sacraménto mirábili, Passiónis tuæ memóriam reliquísti; tríbue, quǽsumus, ità nos Córporis & Sánguinis tui sacra Mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus; Qui vivis & regnas.

AD HORAS, *Doxologia*

QUI Carne nos pascis tuâ,
Sit laus tibi, Pastor bone,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. Nunc, Dómine.

CAPITULUM. *Is.* 12. 3. 4.

HAuriétis aquas in gaudio, de fóntibus Salvatóris: & dicétis in die illa: Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus, notas fácite in pópulis adinventiónes ejus.

In ℟. *brevi.* ℣. Qui es panis vitæ. *Joan.* 6. 35.

CANON.

Ex Concílio Tridentino. *Anno* 1551. *Sess.* 13. *De Euch. Can.* 6.

SI quis díxerit, in sancto Eucharístiæ Sacraménto, Christum unigénitum Dei Fílium non esse cultu latríæ, étiam extérno, adorándum; atque ideò nec festivâ peculiári Celebritáte venerándum, neque in Processiónibus, secúndùm lau-

dábilem & universálem Ecclésiæ sanctæ ritum & consuetúdinem, solémniter circumgestándum, vel non públicè, ut adorétur, pópulo proponéndum, & ejus adoratóres esse idolólatras; anáthema sit.

AD TERTIAM.

Ant. Panem.

CAPITULUM. *Deut.* 4. 7.

NOn est ália nátio tam grandis, quæ hábeat deos appropinquántes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecratiónibus nostris.

℟. *breve.* Introíbo ad altáre Dei, * Allelúia, allelúia. ℟. Introíbo. ℣. Ad Deum qui lætíficat juventútem meam. * Allelúia. Glória. ℟. Introíbo. *Ps.* 42. 4.

℣. Acceptábis, Dómine, sacrifícium justítiæ, ℟. Oblatiónes & holocaústa. *Ps.* 50. 21.

AD SEXTAM.

Ant. Dómine.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 11. 28. 29.

PRobet seípsum homo; & sic de pane illo edat, & de cálice bibat: qui enim mandúcat & bibit indígnè, judícium sibi mandúcat & bibit, non dijúdicans Corpus Dómini.

℟. *breve.* Lavábo inter innocéntes, manus meas, * Allelúia, allelúia. ℟. Lavábo. ℣. Et circúmdabo altáre tuum, Dómine, * Allelúia. Glória. ℟. Lavábo. *Ps.* 25. 6.

℣. Dómine, diléxi decórem domûs tuæ, ℟. Et locum habitatiónis glóriæ tuæ. *Ps.* 25. 8.

AD NONAM.

Ant. Propter.

CAPITULUM. *Apoc.* 22. 15.

FOrìs canes, & venéfici, & impudíci, & homicídæ, & idólis serviéntes, & omnis qui amat & facit mendácium.

℟. *breve.* Innocens mánibus & mundo corde, * Allelúia, allelúia. ℟. Innocens. ℣. Hic accípiet benedictiónem à Dómino. * Allelúia. Glória. ℟. Innocens. *Ps.* 23. 4. 5.

℣. Quis requiéscet in monte sancto tuo, Dómine? ℟. Qui ingréditur sinè mácula, & operátur justítiam. *Ps.* 14. 1. 2.

AD VESPERAS.

In Psal. 109. Dixit Dóminus, *p.* 27.

Ant. 2. D. Quid bonum Dómini est, & quid pulchrum ejus; nisì fruméntum electórum, & vinum gérminans vírgines? *Zach.* 9. 17.

In Psal. 110. Confitébor tibi, Dómine, *p.* 28.

Ant. 1. g. Epulémur, non in ferménto véteri, neque in ferménto malítiæ & nequítiæ, sed in ázymis sinceritátis & veritátis. 1. *Cor.* 5. 8.

In Psal. 115. Crédidi; propter quod, *p.* 109.

Ant. 3. *a.* Anima pollúta quæ éderit de cárnibus hó-

ſtiæ pacificórum, quæ oblá-ta eſt Dómino, períbit de pópulis ſuis. *Levit.* 7. 20.

In Pſal. 127. Beáti omnes qui timent, *p.* 110.

Ant. 5. C. Mundátus veſcétur de ſanctificátis, quia cibus illíus eſt. *Levit.* 22. 7.

In Pſal. 147. Lauda, Jerúſalem, *p.* 102.

Ant. 4. a. Beátus qui manducábit panem in regno Dei. *Luc.* 14. 15.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 10. 3. 4.

PAtres noſtri omnes eámdem eſcam ſpiritálem manducavérunt; & omnes eúmdem potum ſpiritálem bibérunt: bibébant autem de ſpiritáli conſequénte eos, petra; petra autem erat Chriſtus.

HYMNUS. S. Th.

PANGE, lingua, glorióſi
Córporis myſtérium,
Sanguiníſque pretióſi,
Quem, in mundi prétium,
Fructus ventris generóſi,
Rex effúdit géntium.

NOBIS datus, nobis natus
Ex intácta Vírgine,
Et in mundo conversátus,
Sparſo verbi sémine,
Sui moras incolátûs
Miro clauſit órdine.

IN ſuprémæ nocte cœnæ,
Recúmbens cum frátribus,
Obſervátâ Lege plenè,
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat ſuis mánibus.

VERBUM caro, panem verum,
Verbo Carnem éfficit:
Fítque Sanguis Chriſti merum;
Et ſi ſenſus déficit,
Ad firmándum cor ſincérum,
Sola fides súfficit.

TANTUM ergo Sacraméntum
Venerémur cérnui:
Et antíquum documéntum
Novo cedat rítui:
Præſtet fides ſuppleméntum
Sénſuum deféctui.

GENITORI, Genitóque,
Laus & jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedíctio:
Procedénti ab utróque
Compar ſit laudátio.
Amen.

℣. Dóminus in circúitu pópuli ſui; ℟. Ex hoc nunc & uſque in séculum. *Pſ.* 124. 2.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Dixit Jeſus: Non Móyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. *Joan.* 6. 32.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 4. E. Non propter locum, gentem; ſed propter gentem, locum Deus elégit. 2. *Mach.* 5. 19.

HYMNUS.

O QUAM ſtupéndas índuit
Formas amor! Verbum Dei,

Jugis, sub ara, víctima,
Se præbet in cibum suis.
DIVINUS hospes, íntimis
Infúsus hæret córdibus:
Hinc facta mortális caro
Divinitátis párticeps.
JESU, volúptas córdium,
Beáta pax amántium,
Qui carne nos pascis die,
In nocte nostra sis quies.
A QUO creámur, laus Patri;
Quo páscimur, laus Filio;
Quo consecrámur, non mínor
Laus utriúsque Flámini.
Amen.

CAPITULUM. *Eccli.* 24. 27. 28. 29.

HÆréditas mea super mel & favum: memória mea in generatiónes seculórum. Qui edunt me, adhuc esúrient; & qui bibunt me, adhuc sítient.

℟. *breve.* In manus.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 7. *d.* Sacerdótes qui accédunt ad Dóminum, sanctificéntur, ne percútiat eos. *Exod.* 19. 22.

Oratio, Illúmina, *p.* 164.

DIEBUS
INTRA OCTAVAM
SS. EUCHARISTIÆ,
Quæ est secundi Ordinis.

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi de Feria.

AD OFFICIUM
NOCTURNUM.

Invitatorium & Hymnus, ut in die, sed Invitatorium dicitur ritu simplici.

Tres Antiphonæ, ℣. & ℟℟℟. ex Officio Diei, ut sequitur. Feriâ II. è I. Nocturno; Feriâ III. & VI. è II. Nocturno; Feria IV. & Sabbato, è III. Nocturno. Nec dicitur ℣. Glória Patri, *nisi in fine ultimi ℟. cujusque Nocturni, quod resumitur tantùm à Reclamatione.*

Lectiones, ut infrà.

AD LAUDES
MATUTINAS.

Ant. sola. 5. C. Panem de cœlo dedísti eis, Dómine, in fame eórum. 2. *Esdr.* 9. 15.

AD VESPERAS.

Ant. sola. 3. g. Erant perseverántes in doctrína Apostolórum, & communicatióne fractiónis panis, & oratiónibus. *Act.* 2. 42.

FERIA SEXTA
INTRA OCTAVAM
SS. EUCHARISTIÆ.

De Libro Numerórum.

LECTIO I. *c.* 10. *v.* 33. *ad finem, & c.* 11. *v.* 1. *ad* 3.

PRoféeti sunt ergo de Monte Dómini viam trium diérum, árcaque fœderis Dómini præcedébat eos, per dies tres, próvidens castrórum locum. Nubes quoque Dómini super eos erat per diem, cùm incéderent. * Cúmque elevarétur arca, dicébat Móyses: Surge, Dómine, & dissipéntur

inimíci tui, & fúgiant qui odérunt te, à fácie tua. Cùm autem deponerétur, aiébat: Revértere, Dómine, ad multitúdinem exércitûs Israël. * Interéà ortum est murmur pópuli, quasi doléntium pro labóre, contra Dóminum. Quod cùm audísset Dóminus, irátus est. Et accénsus in eos ignis Dómini, devorávit extrémam castrórum partem. Cúmque clamásset pópulus ad Móysen, orávit Móyses ad Dóminum, & absórptus est ignis. Vocavítque nomen loci illíus, Incénsio: eò quòd incénsus fuísset contra eos ignis Dómini.

℟. *j.* Jánuas, *p.* 190.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

LECTIO II. *c.* 3. *v.* 14. *ad finem.*

PArtícipes Christi effécti sumus: si tamen inítium substántiæ ejus usque ad finem firmum retineámus. Dum dícitur: Hódie si vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda vestra, quemádmodum in illa exacerbatióne: quidam enim audiéntes exacerbavérunt, sed non univérsi qui proféćti sunt ex Ægýpto per Móysen. Quibus autem inféńsus est quadragínta annis? Nónne illis qui peccavérunt, quorum cadávera prostráta sunt in desérto? Quibus autem jurávit non introíre in réquiem ipsíus? *nisi illis*, qui incréduli fuérunt? Et vidémus, quia non potuérunt introíre, propter incredulitátem.

℟. *ij.* Omnes, *p.* 190.

Sermo sancti Dionýsii Alexandríni Epíscopi.

Epistola ad Fabium Antioch. Apud Eus. Lib. 6. Hist. Eccl.

LECTIO III.

ERat quidam Serápion apud nos fidélis senex: qui, licèt magnam vitæ partem íntegrè & incorrúptè transegísset, témpore tamen persecutiónis, præ imbecillitáte ánimi, lapsus est. Hic sæpenúmerò in Ecclésia dénuò récipi supplex postulábat: sed nemo, quia idólis sacrificásset, ejus postulatiónem aliquándo auscultávit. Qui in gravem morbum delábens, tríduo deínceps mutus, & absque sensu vixit. Quarto autem die paúlulùm relevátus, nepótem ad se accérsit, síc-que allóquitur: Quoúsque, fili, me detinétis? properáte, óbsecro, & me óciùs dimíttite: áliquem ex Presbýteris ádvoca ad me. Quæ cùm dixísset, iterùm fuit mutus. Percúrrit ad Presbýterum; nox jam erat. Ille, fortè morbo vexátus, accédere ad eum non póterat: sed tamen, quóniam à me quidem mandátum dabátur, ut qui jam essent vitâ emigratúri, sanctórum Mysteriórum; (dúmmodò péterent, & vel máximè, si ánteà dum integrâ valetú-

dine erant, súpplices petivíssent,) partícipes fierent: sícque cum pace dimíssi, & bonâ spe confirmáti, ex hac luce decéderent; púero exíguam quamdam Eucharístiæ partem dedit, præcípiens, ut eam madefáctam in os senis infúnderet. Quam puer secum ásferens, rédiit. Cui jam appropinquánti, priúsquàm cum eo quod gestábat intráret ædes, Serápion dénuò voce recuperátâ dixit: Venísti, fili? tamétsi Présbyter non potest veníre, tu tamen præsta quod tibi in mandátis dedit, & dimítte me abíre. Partículam ígitur puer, quam apportábat, madefáctam in os senis infúdit. Atque ille simul atque eam pedeténtim per fauces dimíserat, íllicò extrémum spíritum édidit.

℟. *iij.* Angelórum, *p.* 191.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1551. *Seß.* 13. *De Euch. Can.* 1.

SI quis negáverit, in sanctíssimæ Eucharístiæ Sacraménto continéri, verè, reáliter, & substantiáliter Corpus & Sánguinem, unà cum ánima & divinitáte Dómini nostri Jesu Christi, ac proínde totum Christum; sed díxerit, tantúmmodò esse in eo, ut in signo, vel figúrâ, aut virtúte; anáthema *sit.*

SABBATO

INTRA OCTAVAM

SS. EUCHARISTIÆ.

De Libro Numerórum.

LECTIO I. *c.* 11. *v.* 4. *ad* 10.

VUlgus promíscuum, quod ascénderat cum eis, flagrávit desidério, sedens, & flens, junctis sibi páriter fíliis Israël, & ait: Quis dabit nobis ad vescéndum carnes? Recordámur píscium quos comedebámus in Ægýpto gratìs: in mentem nobis véniunt cucúmeres, & pepónes, porríque, & cepe, & állia. Anima nostra árida est, nihil áliud respíciunt óculi nostri nisì Man. * Erat autem Man, quasi semen coriándri, colóris bdéllii: circuibátque pópulus, & cólligens illud, frangébat molâ, sive terébat in mortário, coquens in olla, & fáciens ex eo tórtulas sapóris quasi panis oleáti. * Cúmque descénderet nocte super castra ros, descendébat páriter & Man. Audívit ergo Móyses flentem pópulum per famílias, síngulos per óstia tentórii sui. Iratúsque est furor Dómini valde: sed & Móysi intoleránda res visa est.

℟. *j.* Mecum, *p.* 192.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Ephésios.

LECTIO II. *c.* 5. *v.* 1. *ad* 8.

EStóte ergo imitatóres Dei, sicut fílii caríssi-

mi: & ambuláte in dilectióne, sicut & Christus diléxit nos, & trádidit semetípsum pro nobis oblatiónem & hóstiam Deo, in odórem suavitátis. Fornicátio autem, & omnis immundítia, aut avarítia, nec nominétur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitúdo, aut stultilóquium, aut scurrílitas, quæ ad rem non pértinet: sed magìs gratiárum áctio. Hoc enim scitóte, intelligéntes quòd omnis fornicátor, aut immúndus, aut avárus, quod est idolórum sérvitus, non habet hæreditátem in regno Christi & Dei. Nemo vos sedúcat inánibus verbis: propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidéntiæ: nolíte ergo éffici partícipes eórum. Erátis enim aliquándo ténebræ, nunc autem lux in Dómino: ut fílii lucis ambuláte.

℞. *ij*. Transíbit, *p*. 192.

Sermo sancti Cyrílli Jerosolymitáni.

Catech. Mystag. 4.

LECTIO III.

CUm Christus pronuntiáverit, & díxerit de pane: Hoc Corpus est meum; quis audébit deínceps ambígere? Et cùm ipse asseveráverit & díxerit: Hic meus est Sanguis; quis unquam dubitáverit, áiens, non esse ejus Sánguinem? Aquam olim in vinum, quod sánguini affíne est, in Cana Galilǽæ transmutávit: & eum parùm dignum existimábimus cui credámus, cùm vinum in Sánguinem transmutávit? Ad núptias corporáles vocátus, stupéndum hoc miráculum efficit: & non eum multò magìs fíliis thálami nuptiális Corpus suum & Sánguinem fruénda donásse confitébimur? Quare, cum omni persuasióne, tanquam Corpus & Sánguinem Christi, illa sumámus. Nam in figúra panis, datur tibi Corpus, & in figúra vini datur tibi Sanguis: ut cùm súmpseris Corpus & Sánguinem Christi, concorpóreus & consánguis ipsi efficiáris. Sic étenim Christíferi efficimur, distribúto in membra nostra Córpore ejus & Sánguine. Sic juxta beátum Petrum, divínæ simus consórtes natúræ.

℞. *iij*. Comédi, *p*. 193.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1551. *Sess*. 13. *De Euch. Can*. 2.

SI quis díxerit, in sacrosáncto Eucharístiæ Sacraménto remanére substántiam panis & vini, unà cum Córpore & Sánguine Dómini nostri Jesu Christi; negaverítque mirábilem illam & singulárem conversiónem, totíus substántiæ panis in Corpus, & totíus substántiæ vini in Sánguinem, manéntibus duntáxat speciébus panis & vini: quam quidem conversió-

nem, Cathólica Ecclésia aptíssimè Transsubstantiatiónem appéllat; anáthema sit.

AD VESPERAS.

Antiphonæ, Hymnus & ℣. ut in I. Vesperis Solemnitatis SS. Eucharistiæ, p. 186. cum Psalmis de Sabbato.

CAPITULUM. *Prov. 9. 4. 5.*

INsipiéntibus locúta est Sapiéntia: Veníte, comédite panem meum; & bíbite vinum quod míscui vobis.

Non dicitur Responsorium.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. E. Benè dispospuísti pópulum tuum, Dómine, quibus dedísti concupiscéntiam delectaménti sui, novum sapórem, escam parans eis. *Sap. 16. 2.*

Oratio, Deus, qui fidéles, *infrà, ad Laudes*, p. 205.

Non fit alia Commemoratio Solem. SS. Eucharistiæ.

DOMINICA
INTRA OCTAVAM
SS. EUCHARISTIÆ,
Quæ est secunda post Pentecosten.

Omnia ut in Solemnitate SS. Eucharistiæ, exceptis quæ sequuntur, & servato ritu duplici majori.

Psalmi de Dominica.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

IN I. NOCTURNO.

De Libro Numerórum.

LECTIO I. *c.* 11. *v.* 11. *ad* 15.

AIt Móyses ad Dóminum: Cur afflixísti servum tuum? quare non invénio grátiam coram te? & cur imposuísti pondus univérsi pópuli hujus super me? Nunquid ego concépi omnem hanc multitúdinem, vel génui eam, ut dicas mihi: Porta eos in sinu tuo sicut portáre solet nutrix infántulum, & defer in terram, pro qua jurásti pátribus eórum? Unde mihi carnes ut dem tantæ multitúdini? Flent contra me, dicéntes: Da nobis carnes ut comedámus. Non possum solus sustinére omnem hunc pópulum, quia gravis est mihi. Sin áliter tibi vidétur, óbsecro ut interfícias me, & invéniam grátiam in óculis tuis, ne tantis affíciar malis.

℟. *j.* Fílii, *p.* 188.

LECTIO II. *v.* 16. *ad* 20.

ET dixit Dóminus ad Móysen: Cóngrega mihi septuagínta viros de sénibus Israël, quos tu nosti quòd senes pópuli sint ac magístri: & duces eos ad óstium tabernáculi fœderis, faciésque ibi stare tecum, ut descéndam & loquar tibi: & áuferam de spíritu tuo, tradámque eis, ut sustinéntent tecum onus pópuli, & non tu solus gravéris. Pópulo quoque dices: Sanctificámini: cras comedétis carnes; ego enim audívi vos dícere: Quis dabit nobis escas cárnium? benè nobis erat in Ægypto; ut det vobis Dóminus car-

nes, & comedátis: non uno die, nec duóbus, vel quinque, aut decem, nec vigínti quidem, sed usque ad mensem diérum, donec éxeat per nares vestras, & vertátur in naúseam, eò quòd repuléritis Dóminum, qui in médio vestrî est, & flevéritis coram eo, dicéntes: Quare egréssi sumus ex Ægýpto?

℟. *ij.* Móyses, *p.* 188.

LECTIO III. *v.* 31. *ad finem.*

VEntus egrédiens à Dómino, arréptas trans mare coturníces détulit, & demísit in castra, itínere quantùm uno die cónfici potest, ex omni parte castrórum per circúitum: volabántque in áere duóbus cúbitis altitúdine super terram. Surgens ergo pópulus toto die illo, & nocte, ac die áltero, congregávit coturnícum, qui parùm, decem coros: & siccavérunt eas per gyrum castrórum. Adhuc carnes erant in déntibus eórum, nec defécerat hujuscémodi cibus, & ecce furor Dómini concitátus in pópulum, percússit eum plagâ magnâ nimis. Vocatúsque est ille locus, Sepúlcra concupiscéntiæ: ibi enim sepeliérunt pópulum qui desideráverat. Egréssi autem de Sepúlcris concupiscéntiæ, venérunt in Háseroth, & mansérunt ibi.

℟. *iij.* Angelus, *p.* 189.

IN II. NOCTURNO.

De Libro Sapiéntiæ.

LECTIO IV. *c.* 16. *v.* 2. *ad* 6.

BEnè dispofuísti pópulum tuum, quibus dedísti concupiscéntiam delectaménti sui, novum sapórem, escam parans eis ortygómetram: ut illi quidem concupiscéntes escam, propter ea quæ illis osténsa & missa sunt, étiam à necessária concupiscéntia averteréntur. Hi autem in brevi ínopes facti, novam gustavérunt escam. Oportébat enim illis sinè excusatióne quidem supervenire intéritum exercéntibus tyránnidem: his autem tantùm osténdere quemádmodum inimíci eórum exterminabántur. Etenim cùm illis supervénit sæva bestiárum ira; mórsibus perversórum colubrórum exterminabántur. Sed non in perpétuum ira tua permánsit, sed ad correptiónem in brevi turbáti sunt, signum habéntes salútis, ad commemoratiónem mandáti legis tuæ.

℟. *jv.* Jánuas, *p.* 190.

LECTIO V. *v.* 7. *ad* 14.

QUi enim convérsus est, non per hoc quod vidébat, sanabátur, sed per te ómnium salvatórem. In hoc autem ostendísti inimícis nostris, quia tu es, qui líberas ab omni malo. Illos enim locustárum & muscárum occidérunt mor-

sus, & non est invénta sánitas ánimæ illórum: quia digni erant ab hujúsmodi exterminári. Fílios autem tuos, nec dracónum venenatórum vicérunt dentes: misericórdia enim tua advéniens sanábat illos. In memória enim sermónum tuórum examinabántur, & velóciter salvabántur, ne in altam incidéntes obliviónem, non possent tuo uti adjutório. Etenim neque herba, neque malágma sanávit eos: sed tuus, Dómine, sermo, qui sanat ómnia. Tu es enim, Dómine, qui vitæ & mortis habes potestátem, & dedúcis ad portas mortis, & redúcis: homo autem occídit quidem per malítiam, & cùm exíerit spíritus, non revertétur, nec revocábit ánimam quæ recépta est.

℟. *v.* Omnes, *p.* 190.

Lectio VI. *v.* 21. *ad* 26.

SUbstántia tua dulcédinem tuam, quam in fílios habes, ostendébat: & desérviens uniuscujúsque voluntáti, ad quod quisque volébat, convertebátur. Nix autem & glácies sustinébant vim ignis, & non tabescébant: ut scirent quóniam fructus inimicórum exterminábat ignis ardens in grándine, & plúvia coruscans. Hic autem íterùm ut nutriréntur justi, étiam suæ virtútis oblítus est. Creatúra enim tibi Factóri desérviens, exardéscit in torméntum, advérsùs injústos: & lénior fit ad benefaciéndum pro his qui in te confídunt. Propter hoc & tunc in ómnia transfiguráta, ómnium nutríci grátiæ tuæ deserviébat, ad voluntátem eórum, qui à te desiderábant: ut scirent fílii tui quos dilexísti, Dómine, quóniam non nativitátis fructus pascunt hómines, sed sermo tuus, hos qui in te credíderint, consérvat.

℟. *vj.* Angelórum, *p.* 191.

IN III. NOCTURNO.

Sermo sancti Ambrósii Epíscopi.

Expos. in Psal. 118. *Ser.* 18. n. 26.

Lectio VII.

JAm mensæ cœléstis honóre suscípior; épulis meis non plúvia undátur, non terræ partus labórat, non árborum fructus. Pótui meo non flúmina quæréndа, non fontes; Christus mihi cibus, Christus mihi potus: Caro Dei cibus mihi, & Dei Sanguis potus est mihi. Non jam ad satietátem meî ánnuos expécto provéntus: Christus mihi quotídie ministrátur. Non verébor, ne qua mihi eum cœli intempéries, aut sterílitas ruris imminuat; si pii cultûs diligéntia persevéret. Non jam coturnícum plúvias mihi opto descéndere, quas antè mirábar: non manna quod antè cibis ómnibus præ-

ferébam: quia, qui manna manducavérunt patres, esuriérunt. Meus cibus est, quem si quis maducáverit, non esúriet. Meus cibus est, qui non corpus impínguat, sed confírmat cor hóminis.

℟. *vij.* Mecum, *p.* 192.

LECTIO VIII. n. 28.

DEus, panem quem dat ómnibus, dat quotídie, dat semper. In te ipso est ut accípias hunc panem: accéde ad hunc panem, & accípies eum. De hoc pane dictum est: Omnes qui elóngant se abs te, períbunt. Si te elongáveris ab eo, períbis: si appropinquáveris ad eum, vives. Hic est panis vitæ: qui ergo vitam mandúcat, mori non potest. Quómodo enim moriétur, cui cibus Vita est? Quómodo defíciet, qui habúerit vitálem substántiam? Accédite ad eum, & satiámini; quia panis est: accédite ad eum, & potáte; quia fons est: accédite ad eum, & illumináminì; quia lux est: accédite ad eum, & liberámini; quia ubi Spíritus Dómini, ibi libértas: accédite ad eum, & absolvímini; quia remíssio peccatórum est. Quis sit iste, quǽritis? Audíte ipsum dicéntem: Ego sum Panis vitæ: qui venit ad me, non esúriet; & qui credit in me, non sítiet unquam.

℟. *viij.* Transíbit, *p.* 192.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO IX. *c.* 14. *v.* 16. *ad* 24.

Qui cœnam magnam non gustaturi sint.

DIxit Jesus cuídam de simul discumbéntibus cum ipso, in domo príncipis Pharisæórum: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocávit multos. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

Hom. 36. *in Evang.* n. 1.

HOc distáre, fratres caríssimi, inter delícias córporis & cordis solet, quòd corporáles delíciæ, cùm non habéntur, grave in se desidérium accéndunt; cùm verò hábitæ edúntur, comedéntem prótinùs in fastídium per satietátem vertunt. At contrà, spirituáles delíciæ, cùm non habéntur, in fastídio sunt; cùm verò habéntur, in desidério: tantóque à comedénte ámpliùs esuriúntur, quantò ab esuriénte ámpliùs comedúntur. In illis appetítus placet, experiéntia displicet: in istis appetítus vilis est, & experiéntia magis placet. In illis appetítus saturitátem, satúritas fastídium génerat: in istis autem appetítus saturitátem, satúritas appetítum parit. Augent enim spirituáles delíciæ desidérium in mente, dum sátiant: quia quantò

magis eárum sapor percípitur, eò ámpliùs cognóscitur quòd avídiùs amétur: & idcircò non hábitæ amári non possunt, quia eárum sapor ignorátur. Quis enim amáre váleat quod ignórat? Proínde Psalmísta nos ádmonet, dicens: Gustáte & vidéte, quóniam suávis est Dóminus.

℟. *jx.* Sapiéntia misit ancíllas suas, ut vocárent ad arcem, & ad mœnia civitátis: * Si quis est párvulus, véniat ad me. *Prov.* 9. 3. 4. ℣. Paterfamílias dixit servo suo: Exi citò in platéas & vicos civitátis; & paúperes, ac débiles, & cœcos, & claudos intróduc huc. *Luc.* 14. 21. Si quis. Glória. * Si quis.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

CAPITULUM. *Hebr.* 3. 12.

VIdéte, fratres, ne fortè sit in áliquo vestrûm cor malum incredulitátis, discedéndi à Deo vivo.

Hymnus. Verbum supérnum, *p.* 194.

℣. Sicut, *ibid.*

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. *a.* Comedérunt, & saturáti sunt, & impinguáti sunt, & abundavérunt delíciis in bonitáte tua magna. 2. *Esdr.* 9. 25.

Oratio.

DEus, qui fidéles tuos, per veneránda Córporis & Sánguinis tui Mystéria, de te vívere voluísti; præsta, ut cœléstibus desidériis accénsi, ad sacras salútis épulas dignè paráti frequénter accúrrant; Qui vivis & regnas.

Non fit alia Commem. Solemnitatis SS. Eucharistiæ.

AD PRIMAM.

Non dicitur Symbolum, Quicúmque.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1551. *Sess.* 13. *De Euch. Can.* 4.

SI quis díxerit, peráctâ Consecratióne, in admirábili Eucharístiæ Sacraménto, non esse Corpus & Sánguinem Dómini nostri Jesu Christi, sed tantùm in usu, dum súmitur, non autem antè vel pòst; & in hóstiis seu partículis consecrátis, quæ post communiónem reservántur vel supérsunt, non remanére Corpus Dómini; anáthema sit.

AD VESPERAS.

CAPITULUM. *Jer.* 31. 14.

INebriábo ánimam sacerdótum pinguédine; & pópulus meus bonis meis adimplébitur; ait Dóminus.

Hymnus. Pange, lingua, *p.* 196.

℣. Dóminus, *ibid.*

Ad Magníficat, *Ant.* 3. E. Ait dóminus servo: Exi in vias & sepes; & compélle intráre, ut impleátur domus mea. *Luc.* 14. 23.

Oratio, Deus, qui fidéles, *suprà, ad Laudes.*

Non fit alia Commem. Solemnitatis SS. Eucharistiæ.

FERIA SECUNDA.

De Libro Numerórum.

LECTIO I. *c.* 13. *v.* 2. 3. 4. & 18. *ad* 23.

LOcútus est Dóminus ad Móysen, dicens: Mitte viros, qui considerent terram Chánaan, quam datúrus sum fíliis Israël, síngulos de síngulis tríbubus, ex princípibus. Fecit Móyses quod Dóminus imperáverat, de desérto Pharan mittens príncipes viros... * Misit ergo eos Móyses ad considerándã terram Chánaan; & dixit ad eos: Ascéndite per meridiánam plagam. Cúmque venéritis ad montes, consideráte terram, qualis sit: & pópulum qui habitátor est ejus, utrùm fortis sit, an infírmus: si pauci número, an plures: ipsa terra, bona, an mala: urbes quales, murátæ, an absque muris: humus pinguis, an stérilis, nemorósa, an absque arbóribus. Confortámini, & afférte nobis de frúctibus terræ. * Erat autem tempus quando jam præcoquæ uvæ vesci possunt. Cúmque ascendíssent exploravérunt terram à desérto Sin, usque Rohob intrántibus Emath, Ascenderúntque ad merídiem, & venérunt in Hebron.

℟. *j.* Filii, *p.* 188.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

LECTIO II. *c.* 7. *v.* 1. *ad* 7.

MElchísedech, Rex Salem, Sacérdos Dei summi, qui obviávit Abrahæ regrésso à cæde regum, & benedíxit ei: cui & décimas ómnium divísit Abraham: primùm quidem qui interpretátur, Rex justítiæ: deínde autem & Rex Salem, quod est, Rex pacis, sinè patre, sinè matre, sinè genealógia, neque inítium diérum, neque finem vitæ habens, assimilátus autem Fílio Dei, manet Sacérdos in perpétuum. Intuémini autem quantus sit hic, cui & décimas dedit de præcípuis, Abraham Patriárcha. Et quidem de fíliis Levi sacerdótium accipiéntes, mandátum habent décimas súmere à pópulo secúndùm legem, id est, à frátribus suis: quanquam & ipsi exíerint de lumbis Abrahæ. Cujus autem generátio non annumerátur in eis, décimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habébat repromissiónes, benedíxit. Sinè ulla autem contradictióne, quod minus est, à melióre benedícitur.

℟. *ij.* Móyses, *p.* 188.

Sermo sancti Ambrósii Epíscopi.

De Sacram. Lib. 4. *Cap.* 4.

LECTIO III.

AUtor Sacramentórum quis est, nisì Dóminus Jesus? De cœlo ista Sacraménta venérunt: consílium enim omne de cœlo est. Verè autem magnum est & divínum miráculum, quòd pópulo pluit Deus

de cœlo, & non
at pópulus, & man-
. Tu fortè dicis:
nis est usitátus. Sed
e, panis est, ante
icramentórum: ubi
it Consecrátio, de
Caro Christi. Hoc
struámus. Quómo-
t qui panis est, Cor-
Christi? Consecra-
Consecrátio autem
verbis est, & cujus
bus? Dómini Jesu.
liqua ómnia quæ
r, laudem Deo dé-
orátio præmíttitur
ulo, pro régibus, pro
Ubi venítur, ut con-
venerábile Sacra-
a, jam non suis ser-
is útitur Sacérdos,
ar sermónibus Chri-
go sermo Christi
ificit Sacraméntum.
rmo Christi? nempè
icta sunt ómnia. Jus-
minus, & factum est
: Jussit Dóminus,
a est terra: Jussit
us, & facta sunt
Jussit Dóminus, &
creatúra generáta
des ergo quàm ope-
s sit sermo Christi.
tanta vis est in ser-
Dómini Jesu, ut in-
t esse quæ non erant,
magis operatórius
sint quæ erant, & in
ommuténtur? Cœ-
n erat, mare non erat,
on erat. Sed audi di-
David: Ipse dixit,
a sunt; *ipse mandá-*vit, & creáta sunt. Ergo tibi ut respóndeam, non erat Corpus Christi ante Consecratiónem; sed post Consecratiónem, dico tibi quòd jam Corpus est Christi. Ipse dixit, & factum est: ipse mandávit, & creátum est.

℟. *iij.* Angelus, *p.* 189.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 11. *De Eucharistia.*

ÆGróti, ii præsértim, qui periculósè labórant, Eucharístiæ salutári Viático non cáreant: ideóque, in eórum grátiam, servéntur áliquot Hóstiæ consecrátæ, quæ tamen in Ecclésia loco honésto clausæ atque recónditæ, décimo quinto quoque die innovándæ erunt.

FERIA TERTIA.

De Libro Numerórum.

LECTIO I. *c.* 13. *v.* 24. *ad fin.*

PErgéntes usque ad Torréntem botri, abscidérunt pálmitem cum uva sua, quem portavérunt in vecte duo viri. De malis quoque granátis & de ficis loci illíus tulérunt: qui appellátus est Neheléscol, id est, Torrens botri, eò quòd botrum portássent inde filii Israël. Reversíque exploratóres terræ, post quadragínta dies, omni regióne circúitâ, venérunt ad Móysen & Aaron, & ad omnem cœtum filiórum Israël in desértum Pharan, quod est

in Cades. * Locutíque eis & omni multitúdini, ostendérunt fructus terræ: & narravérunt, dicéntes: Vénimus in terram, ad quam misísti nos, quæ reverâ fluit lacte & melle, ut ex his frúctibus cognósci potest: sed cultóres fortíssimos habet, & urbes grandes atque murátas. Stirpem Enac vídimus ibi. Amalec hábitat in merídie, Hethæus, & Jebusæus, & Amorrhæus in montánis: Chananæus verò morátur juxta mare & circa fluénta Jordánis. * Inter hæc, Caleb compéscens murmur pópuli, qui oriebátur contra Móysen, ait: Ascendámus, & possideámus terram, quóniam potérimus obtinére eam. Alii verò, qui fúerant cum eo, dicébant, Nequáquam ad hunc pópulum valémus ascéndere, quia fórtior nobis est. Detraxerúntque terræ, quam inspéxerant apud fílios Israël, dicéntes: Terra quam lustrávimus, dévorat habitatóres suos: pópulus quem aspéximus, procéræ statúræ est. Ibi vídimus monstra quædam filiórum Enac de génere gigánteo: quibus comparáti, quasi locústæ videbámur.

℞. *j.* Jánuas, *p.* 190.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

LECTIO II. *c.* 7. *v.* 11. *ad* 17.

SI consummátio per sacerdótium Levíticum erat; (pópulus enim sub ipso legem accépit,) quid adhuc necessárium fuit, secúndùm órdinem Melchísedech, álium súrgere Sacerdótem, & non secúndùm órdinem Aaron dici? Transláto enim Sacerdótio, necésse est ut & Legis translátio fiat. In quo enim hæc dicúntur, de alia tribu est, de qua nullus altári præstò fuit. Maniféstum est enim quòd ex Juda ortus sit Dóminus noster: in qua tribu nihil de Sacerdótibus Móyses locútus est. Et ámpliùs adhuc maniféstum est; si secúndùm similitúdinem Melchísedech exúrgat álius Sacérdos; qui non secúndùm legem mandáti carnális factus est, sed secúndùm virtútem vitæ insolúbilis. Contestátur enim: Quóniam tu es Sacérdos in ætérnum, secúndùm órdinem Melchísedech.

℞. *ij.* Omnes, *p.* 190.

Sermo sancti Cleméntis Papæ & Mártyris.

Epist. 1. *ad Corinth. Cap.* 4.

LECTIO III.

IN divínæ cognitiónis profúnda introspiciéntes, cuncta órdine debémus fácere, quæ nos Dóminus jussit perágere. Statútis tempóribus oblatiónes & officia pérfici, neque témerè, neque inordinátè fieri præcépit, sed præfinítis tempóribus & horis: ubi étiam, & à quibus celebrári vult, ipse excelsíssimâ suâ voluntáte defi-

ivit: ut purè & sanctè óm-
a facta in beneplácito,
cépta essent voluntáti
us. Qui ergo assignátis
mpóribus, oblatiónes suas
ciunt, accépti & beáti
nt; & Sacerdótibus locus
óprius assignátus est; &
vítis sua ministéria in-
mbunt; homo láicus præ-
ptis láicis constríngitur.
iusquísque vestrûm, fra-
s, in suo statu grátias
eo hábeat, in bona cons-
ntia degens, non trans-
diens præscríptam mú-
ris sui régulam, in ho-
ståte.

i. *iij*. Angelórum, *p.* 191.

CANON.

Concílio Burdigalénsi.
Anno 1583. *Tit.* 2. *De Eucharistia.*

V Enerábile Sacraméntum, summa cum re-
ióne, Párochus amíctu
eo & stolâ indútus, ad
rótos déferat, uno aut
ero, ad minus, qui tin-
nábulum & facem ar-
ntem gestet, præcedén-
Pópulus autem moneá-
in conciónibus, ut
viis públicis, sanctíssi-
m Christi Corpus adó-
, & ægróti usque do-
m, quoad fieri póterit,
igna cum veneratióne at-
e pietáte prosequátur.

ERIA QUARTA.

Si Festum sancti Joannis ptistæ, vel SS. Apostolo-n Petri & Pauli, aut ud è Solemnioribus, etiam troni, occurrat Feriâ VI. post Octavam Eucharistiæ, fiet de eo: sed propter solemnitatem Processionis diei Octavæ, jejunium anticipabitur in hanc Feriam IV. & tunc, eâdem Feriâ IV. fiet Commemoratio Vigiliæ, post Laudes, per Lectionem Homiliæ in Evangelium, Antiphonam, ℣. & Orat. ut in Proprio.

De Libro Numerórum.

Lectio I. *c.* 14. *v.* 6. *ad* 21.

J Osue fílius Nun, & Caleb fílius Jéphone, qui & ipsi lustráverant terram, scidérunt vestiménta sua, & ad omnem multitúdinem filiórum Israël locúti sunt: Terra quam circuívimus, valde bona est. Si propítius fúerit Dóminus, indúcet nos in eam, & tradet humum lacte & melle manántem. Nolíte rebélles esse contra Dóminum: neque timeátis pópulum terræ hujus, quia sicut panem ità eos póssumus devoráre. Recéssit ab eis omne præsídium: Dóminus nobíscum est, nolíte metúere. * Cúmque clamáret omnis multitúdo, & lapídibus eos vellet opprímere, appáruit glória Dómini super tectum fœderis, cunctis vidéntibus fíliis Israël. Et dixit Dóminus ad Móysen: Usquequò détrahet mihi pópulus iste? Quoúsque non credent mihi, in ómnibus signis quæ feci coram eis? Fériam ígitur eos pestiléntiâ, atque consúmam: te autem fáciam

príncipem ſuper gentem magnam, & fortiórem quàm hæc eſt. * Et ait Móyſes ad Dóminum: Ut aúdiant Ægýptii, de quorum médio eduxíſti pópulum iſtum, & habitatóres terræ hujus, qui audiérunt quòd tu, Dómine, in pópulo iſto ſis, & fácie videáris ad fáciem, & nubes tua prótegat illos, & in colúmna nubis præcédas eos per diem, & in colúmna ignis per noctem: quòd occíderis tantam multitúdinem, quaſi unum hóminem, & dicant: Non póterat introdúcere pópulum in terram, pro qua juráverat: idcircò occídit eos in ſolitúdine..... Dimítte, óbſecro, peccátum pópuli hujus, ſecúndùm magnitúdinem misericórdiæ tuæ, ſicut propítius fuíſti egrediéntibus de Ægýpto, uſque ad locum iſtum. Dixítque Dóminus: Dimíſi juxta verbum tuum. Vivo ego: & implébitur glóriâ Dómini univérſa terra.

℟. *j*. Mecum, *p*. 192.

De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Hebræos.

LECTIO II. *c*. 7. *v*. 18. *ad fin.*

REprobátio quidem fit præcedéntis mandáti, propter infirmitátem ejus, & inutilitátem: nihil enim ad perféctum addúxit Lex, introdúctio verò melióris ſpei, per quam proximámus ad Deum. Et quantùm eſt, non ſinè jurejurándo. Alii quidem ſinè jurejurándo ſacerdótes facti ſunt: hic autem cum jurejurándo, per eum qui dixit ad illum: Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: tu es Sacérdos in ætérnum. In tantùm melióris teſtaménti ſponſor factus eſt Jeſus. Et álii quidem plures facti ſunt ſacerdótes, idcircò quòd morte prohiberéntur permanére: hic autem, eò quòd máneat in ætérnum, ſempitérnum habet ſacerdótium. Unde & ſalváre in perpétuum poteſt accedéntes per ſemetípſum ad Deum: ſemper vivens ad interpellándum pro nobis. Talis enim decébat ut nobis eſſet Póntifex, ſanctus, ínnocens, impollútus, ſegregátus à peccatóribus, & excélſior cœlis factus: qui non habet neceſſitátem quotídie, quemádmodum ſacerdótes, priùs pro ſuis delíctis hóſtias offérre, deínde pro pópuli: hoc enim fecit ſemel, ſeípſum offeréndo. Lex enim hómines conſtítuit ſacerdótes infirmitátem habéntes: ſermo autem jurisjurándi, qui poſt Legem eſt, Fílium in ætérnum perféctum.

℟. *ij*. Transíbit, *p*. 192.

LECTIO III.

De venerabili Euchariſtiæ Sacramento, divinitùs à flammis, in Eccleſia Preſfacienſi, ſalvato.

QUam erga ſanctíſſimum Euchariſtiæ Sacraméntum pietátem

ſe fidem áſtruunt, quæcúmque hácténùs, & ex Scriptúris, & ex Pátribus extrácta fuére, córdibus mentibúſque fidélium áltiùs infígere póterit, mirácu- lum insígne Preſsácii hâc n diœcési patrátum. Anno millésimo ſexcentéſimo quadragéſimo tértio, die Aprílis ſecúndâ, Fériâ quintâ in Cœna Dómini, cùm more sólito duplex conſecráta fuíſſet hóſtia; áltera ex illis quæ ſubſequéntis diéi officio reſerváta eſt, in Ecclésiæ capélla, cujus altáre linteamínibus plúrimis ornátum fúerat, intra ſtámneum cálicem inclúſa, velo ſuperpóſito, & céreis circumadjúnctis, Fidélium venerati óni expóſita eſt. Horâ poſt merídiem ſecúndâ, fumus erúmpens ex Ecclésiæ fenéſtris incéndium indicávit. Statim ad Ecclésiam cúrritur: altáris imáginem, linteámina quæcúmque ipſum ornántia, ejúſdem mappas, ipſum cálicis velum, omníaque circumſtántia, igne conſúmpta dolent Fidéles. Intérim própiùs accédit Paróchiæ Vicárius, cálicis cuppam ignis ardóre penitùs liquefáctam videt, & ſacratíſſimam Hóſtiam, cálicis ſtípiti inníxam, & divínitùs inter ignem & cíneres conſervátam mirátur. Hanc religióſè depónit in álio cálice, transfértque ad majus altáre, in ſubſequénti Paraſcéves Offício conſuméndam. Audítâ miráculi famâ, illuſtríſſimus Caſtáneus Rupipozæus, Pictaviénſis Epíſcopus, Officiáli ſuo mandávit, ut adhíbitâ diligentíſſimâ perquiſitióne, facti veritátem, & omnes circumſtántias elucidáret, & extra dúbium pónerer. Hic, commíſſis probatíſſimis viris, qui teſtimónium jurejurándo firmátũ, à Sacerdótibus, Nobílibus plúribus, & áliis fide dignis expoſtulárunt, eórum inſtruméntum authénticum & ſolémne Epíſcopo præbuit, qui público mandáto ſtupéndum prodígium Fidélibus ſibi súbditis nuntiávit, & ad perpétuam rei memóriam, juſſit, & resíduum cálicis nondùm liquefáctum, & inſtruméntum à Commiſsáriis exarátum, in Ecclésiæ Pictaviénſis archívis depóni & conſervári.

℟. *iij.* Comédi, *p.* 193.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénſi. *Anno* 1624. *Cap.* 5. *De Sacram.* §. 4. *De Euch.*

UT quantùm fíeri poteſt, débitus honos Euchariſtiæ Sacraménto à cunctis Fidélibus, dum ad ægrótos defértur, ſacro illo Viático muniéndos, exhibeátur: moneántur ſæpè Fidéles, ut pro caritáte & pio in Deum affféctu, Sacraméntum auguſtíſſimum comiténtur, cérnui adórent,

auxílium & munímen infirmo implórent, ac demùm in Ecclésiam usque, religiósè Christo famulatúri, pergant.

Vesperæ de Festo sequenti.

Si Festum sancti Joannis Baptistæ, aut SS. Apostolorum Petri & Pauli inciderit in Feriam V. sequentem; Officium Sacerdotii Domini nostri Jesu Christi anticipabitur in Feriam IV. & de eo fiet Commemoratio in I. Vesperis alterutrius Festi. De die verò Octava SS. Eucharistiæ fiet Commemoratio in Laudibus & II. Vesperis illius Festi, per Ant. ℣. & Orationem de Die. Tunc autem Lectiones I. Nocturni Festi Sacerdotii D. N. J. C. sumentur è Feria IV. divisionibus factis ad Asteriscos. **

FERIA QUINTA IN OCTAVA SS. EUCHARISTIÆ, ET FESTO *SACERDOTII* DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria, & sic in toto Officio.

Antiphona 3. toni g.

DIxit Dóminus ad Móysen: Applica ad te Aaron fratrem tuum cum fíliis suis, de médio filiórum Israël, ut Sacerdótio fungántur mihi. *Exod.* 28. 1.

Ant. 2. D. Cunctórum consecrábis manus, sanctificabísque illos, ut Sacerdótio fungántur mihi. *Exod.* 28. 41.

Ant. 8. G. Oleum unctiónis fundes super caput Aaron; atque hoc ritu consecrábitur. *Exod.* 29. 7.

Ant. 1. a. Fílios Aaron applicábis, & índues túnicis líneis, cingésque bálteo. *Exod.* 29. 8.

Ant. 5. a. Státues Levítas in conspéctu Aaron & filiórum ejus, & consecrábis oblátos Dómino. *Num.* 8. 13.

CAPITULUM. *Levit.* 21. 6.

SAncti erunt Deo suo, & non pólluent nomen ejus: incénsum enim Dómini & panes Dei sui ófferunt; & ídeò sancti erunt.

℟. Jurávit Dóminus, & non pœnitébit eum: * Tu es Sacérdos in ætérnum, secúndùm órdinem Melchísedech. *Ps.* 109. 4. ℣. Alii quidem sinè jurejurándo sacerdótes facti sunt; hic autem cum jurejurándo, per eum qui dixit ad illum. *Hebr.* 7. 20. 21. * Tu es. Glória. * Tu es.

HYMNUS.

CESSANT figúræ: non litat ímpares
Impar sacérdos ámpliùs hóstias:
Jam Póntifex fit Numen ipsum;
Séque sibi Deus Agnus offert.

VITAM cruéntus qui semel óbtulit,

Se non cruéntum júgiter
 ímmolat,
Mactátus aris, & renáscens
Perpétuò, moriéndo vivit.

AD grande múnus nos
 Deus érigit,
Quos ungit intùs sacríficos
 sibi: *
Pondus cadúci sustinémus
Angélicis húmeris treméndum.

O QUAM stupéndæ, quas
 ágimus vices!
Quem prona cœli cúria súspicit,
Sacras ad aras imperántes,
Nos dócilis Deus ipse sentit.

CHRISTUM, Sacérdos,
 cœlitùs évocas,
Per te creátur, qui creat
 ómnia;
Immótus orbem qui gubérnat,
Se tibi dat fácilem movéri.

NON impoténti, críminis árbiter,
Verbo resólvis férrea víncula:
Quas fers magístrâ voce,
 Numen
Ecce sibi putat esse leges.

LAUS summa Patri, súmmaque Fílio;
Sit sancte compar laus tibi,
 Spíritus,
Quo Christus aris per minístros
Hóstia stat simul & Sacérdos. Amen.

℣. Si voluísses, Dómine, sacrifícium dedíssem útique: ℟. Holocaústis non delectáberis. *Ps.* 50. 18.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. Placébit Dómino sacrifícium Juda & Jerúsalem, sicut dies séculi, & sicut anni antíqui. *Mal.* 3. 4.

Oratio, Deus, qui Unigénitum, *infrà*, *ad Laudes*, p. 220.

COMPLETORIUM, *ut in Solemnitate SS. Eucharistiæ*, p. 196. *cum Psalmis de Feria.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Pontíficem magnum, Jesum Fílium Dei, * Veníte, adorémus. *Hebr.* 4. 14.

Psalmus, Veníte, *p.* 2. *ritu duplici.*

Hymnus. Cessant figúræ, *in I. Vesperis*, p. 212.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Melchísedech, Rex Salem, Sacérdos Dei summi obviávit Abrahæ regréssο à cæde regum, & benedíxit ei. *Hebr.* 7. 1.

Ant. 1. a. Neque inítium diérum, neque finem vitæ habens, assimilátus autem Fílio Dei, manet Sacérdos in perpétuum. *Hebr.* 7. 3.

Ant. 4. f. Décimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habébat repromissiónes, benedíxit. *Hebr.* 7. 6.

℣. Unxit te, Deus, Deus tuus, ℟. Oleo lætítiæ. *Ps.* 44. 8.

fício illo véniens, & inde descéndens, quòd Melchísedech Sacérdos Dei summi fuit, quòd panem & vinum óbtulit, quòd Abraham benedíxit. Nam quis magìs Sacérdos Dei summi, quàm Dóminus noster Jesus Christus, qui Sacrifícium Deo Patri óbtulit, hoc idem quod Melchísedech obtúlerat, id est, panem & vinum, suum scílicet Corpus & Sánguinem?

℟. *iv.* Holocaústa tua, Israël, in conspéctu meo sunt semper. * Non accípiam de domo tua vítulos, neque de grégibus tuis hircos. *Ps.* 49. 8. 9. ℣. Si illud prius culpâ vacásset, non útique secúndi locus inquirerétur: vitúperans enim eos dicit. *Hebr.* 8. 7. 8. * Non.

LECTIO V.

UT ergo in Génesi, per Melchísedech Sacerdótem, benedíctio circa Abraham posset ritè celebrári, præcédit antè imágo Sacrifícii Christi, in pane & vino scílicet constitúta. Quam rem perficiens & adímplens Dóminus, panem & cálicem mixtum óbtulit: & qui est plenitúdo veritátis, veritátem præfigurátæ imáginis adimplévit. Sed & per Salomónem Spíritus sanctus typum Domínici Sacrifícii antè præmónstrans, immolátæ hóstiæ & panis & vini, sed & altáris, & Apostolórum fáciens mentiónem: Sapiéntia, inquit, ædificávit sibi domum, & súbdidit colúmnas septem, mactávit suas hóstias, míscuit in cratéra vinum suum, & parávit mensam suam. Et mísit servos suos, cónvocans cum excélsa prædicatióne ad cratérem, dicens: Qui est insípiens, declínet ad me. Et egéntibus sensu, dixit: Veníte, édite de meis pánibus, & bíbite vinum quod míscui vobis. Vinum mixtum declárat, id est, cálicem Dómini aquâ & vino mixtum, prophéticâ voce prænúntiat: ut appáreat in Passióne Domínica id esse gestum, quod fúerat antè prædíctum.

℟. *v.* Póntifex, cùm mactáverit hircum pro peccáto pópuli, ínferet sánguinem ejus intra velum, sicut præcéptum est, de sánguine vítuli; * Ut aspérgat è regióne oráculi, & éxpiet sanctuárium. *Levit.* 16. 15. 16. ℣. Christus per próprium Sánguinem introívit semel in Sancta. *Hebr.* 9. 12. * Ut.

LECTIO VI.

SI Jesus Christus Dóminus & Deus noster ipse est summus Sacérdos Dei Patris, & Sacrifícium Patri seípsum primus óbtulit, & hoc fieri in suî commemoratiónem præcépit, útique ille sacérdos vice Christi verè fúngitur, qui id quod Christus fecit, imitátur,

tur, & Sacrificium verum & plenum tunc offert in Ecclésia Deo Patri, si sic incípiat offérre, secúndùm quod ipsum Christum víderat obtulísse. Nam si sacerdótes Dei & Christi sumus, non invénio quem magis sequi quàm Deum & Christum debeámus, quando ipse in Evangélio máximè dicat: Ego sum lumen séculi: qui me secútus fúerit, non ambulábit in ténebris, sed habébit lumen vitæ. Ne ergo in ténebris ambulémus, Christum sequi, & præcépta ejus observáre debémus: ut cùm in claritáte sua & majestáte cœlésti veníre cœ́perit, invéniat nos tenére quod mónuit, observáre quod dócuit, fácere quod fecit.

℟. *vj*. Ab Ortu solis usque ad Occásum, magnum est nomen meum in Géntibus; & * In omni loco sacrificátur & offértur nómini meo oblátio munda. *Mal*. 1. 11. ℣. Transláto Sacerdótio, necésse est ut & Legis translátio fiat. *Hebr*. 7. 12. * In. Glória. * In.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. *g*. Jesus mélius sortítus est ministérium, quantò melióris Testaménti Mediátor est. *Hebr*. 8. 6.

Ant. 6. F. Non habet necessitátem quotídie, quemádmodum sacerdótes, priùs pro suis delíctis hóstias offérre. *Hebr*. 7. 27.

Ant. 5. a. Lex hómines constítuit sacerdótes infirmitátem habéntes; sermo autem jurisjurándi, qui post Legem est, Fílium in ætérnum perféctum. *Hebr*. 7. 28.

℣. Congregáte illi sanctos ejus, ℟. Qui órdinant testaméntum ejus super sacrifícia. *Ps*. 49. 5.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

LECTIO VII. *c*. 4. *v*. 14. *ad finem*, & *c*. 5. *v*. 1. *ad* 3.

HAbéntes Pontíficem magnum, qui penetrávit cœlos, Jesum Fílium Dei, teneámus confessiónem. Non enim habémus Pontíficem, qui non possit cómpati infirmitátibus nostris; tentátum autem per ómnia pro similitúdine absque peccáto. Adeámus ergo cum fidúcia ad thronum grátiæ: ut misericórdiam consequámur, & grátiam inveniámus in auxílio opportúno. Omnis namque Póntifex ex homínibus assúmptus, pro homínibus constitúitur in iis quæ sunt ad Deum, ut ófferat dona & sacrifícia pro peccátis: qui condolére possit iis, qui ignórant, & errant: quóniam & ipse circúmdatus est infirmitáte: & proptereà debet, quemádmodum pro pópulo, ità étiam & pro semetípso offérre pro peccátis.

℟. *vij*. Memóriam fecit mirabílium suórum miséricors & miserátor Dóminus; escam dedit timéntibus se;

* Memor erit in séculum testaménti sui. *Ps.* 110. 4. 5. ℣. Jesus, accépto pane, grátias egit, & fregit, & dedit discípulis suis, dicens: Hoc est Corpus meum quod pro vobis datur: hoc fácite in meam commemoratiónem. *Luc.* 22. 19. * Memor.

LECTIO VIII. *v.* 4. *ad finem.*

NEc quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocátur à Deo, tanquam Aaron. Sic & Christus non semetípsum clarificávit, ut Póntifex fieret: sed qui locútus est ad eum: Fílius meus es tu, ego hódie génui te. Quemádmodum & in álio loco dicit: Tu es Sacérdos in ætérnum, secúndùm órdinem Melchísedech. Qui in diébus carnis suæ, preces supplicationésque, ad eum qui possit illum salvum fácere à morte, cum clamóre válido & lácrymis ófferens, exaudítus est, pro sua reveréntia. Et quidem cùm esset Fílius Dei, dídicit ex iis quæ passus est, obediéntiam: & consummátus, factus est ómnibus obtemperántibus sibi, causa salútis ætérnæ, appellátus à Deo Póntifex, juxta órdinem Melchísedech. De quo nobis grandis sermo, & ininterpretábilis ad dicéndum: quóniam imbecílles facti estis ad audiéndum. Etenim cùm deberétis magístri esse propter tempus: rursùm indigétis ut vos doceámini, quæ sint eleménta exórdii, sermónum Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non sólido cibo: omnis enim, qui lactis est párticeps, expers est sermónis justítiæ: párvulus enim est. Perfectórum autem est sólidus cibus: eórum qui pro consuetúdine exercitátos habent sensus, ad discretiónem boni ac mali.

℟. *viij.* Fecit Josías in Jerúsalem Phase Dómino; quod immolátum est, quartadécimâ die mensis primi, * Et constítuit sacerdótes in officiis suis. 2. *Par.* 35. 1. 2. ℣. Hic calix novum Testaméntum est in meo Sánguine: hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem. 1. *Cor.* 11. 25. * Et constítuit.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO IX. *c.* 22. *v.* 14. *ad* 20.

Institutio Eucharistiæ.

CUm facta esset hora; discúbuit Jesus, & duódecim Apóstoli cum eo. Et réliqua.

Homília sancti Irenæi Epíscopi & Mártyris.

Lib. 4. *cont. Hæres. Cap.* 17. n. 5.

SUis discípulis dans consílium, primítias Deo offérre ex suis creatúris, non quasi indigénti, sed ut ipsi, nec infructuósi, nec ingráti sint; eum qui ex

creatúra panis est, accépit, & grátias egit, dicens: Hoc est meum Corpus. Et cálicem símiliter, qui est ex ea creatúra quæ est secúndùm nos, suum Sánguinem conféssus est. Et novi Testaménti novam dócuit Oblatiónem, quam Ecclésia ab Apóstolis accípiens, in univérso mundo offert Deo, ei qui aliménta nobis præstat, primítias suórum múnerum in novo Testaménto: de quo in duódecim Prophétis Malachías sic præsignávit: In omni loco incénsum offértur nómini meo, & sacrifícium purum; quóniam magnum est nomen meum in Géntibus, dicit Dóminus omnípotens: manifestíssimè signíficans per hæc, quóniam prior quidem pópulus cessábit offérre Deo; omni autem loco sacrifícium offerétur ei, & hoc purum.

℟. *xj*. Vidéte quid faciátis: * Non enim hóminis exercétis judícium, sed Dómini. 2. *Par*. 19. 6. ℣. Insufflávit Jesus, & dixit discípulis: Accípite Spíritum sanctum. *Joan*. 20. 22. * Non. Glória. * Non.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*. Acceptábis, Dómine, sacrifícium justítiæ, ℟. Oblatiónes & holocaústa. *Ps*. 50. 21.

Ant. 1. D. Dómine, *hóstias, & oblatiónes, &* holocautómata pro peccáto noluísti, nec plácita sunt tibi. *Hebr*. 10. 8.

Ant. 2. D. Dixi: Ecce vénio. In cápite libri scriptum est de me, ut fáciam, Deus, voluntátem tuam. *Hebr*. 10. 7.

Ant. 3. c. Non pro mundo rogo; sed pro his quos dedísti mihi, quia tui sunt. *Joan*. 17. 9.

Ant. 7. d. Sicut.

CANTICUM ISAIÆ. *c. 61. v. 6. ad 9.*

Dignitas Sacerdotii novæ Legis.

VOs Sacerdótes Dómini vocabímini, * Minístri Dei nostri dicétur vobis.

Fortitúdinem Géntium comedétis, * & in glória eárum superbiétis.

Pro confusióne vestra dúplici & rubóre, * laudábunt partem suam:

Propter hoc in terra sua duplícia possidébunt, * lætítia sempitérna erit eis.

Quia ego Dóminus díligens judícium, * & ódio habens rapínam in holocaústo.

Et dabo opus eórum in veritáte, * & fœdus perpétuum fériam eis.

Et scient in Géntibus semen eórum, * & germen eórum in médio populórum.

Omnes qui víderint eos, cognóscent illos; * quia isti sunt semen cui benedíxit Dóminus.

Ant. Sicut tu me misísti in mundum, & ego misi eos in mundum. *Joan.* 17. 18.

Ant. 5. a. Ego in eis, & tu in me, ut sint consummáti in unum, & cognóscat mundus quia tu me misísti. *Joan.* 17. 23.

CAPITULUM. *Hebr.* 7. 11.

NEcessárium fuit, secúndùm órdinem Melchísedech álium súrgere Sacerdótem, & non secúndùm órdinem Aaron dici.

HYMNUS.

TALIS decébat Póntifex
Nobis ut esset ínnocens,
Qui nostra factus víctima,
Delícta gentis éxpiet.

TENTATUS est per ómnia,
Promptúsque nobis cómpati,
Nos præliántes ádjuvat,
Et cùm jacémus, érigit.

DEO per ipsum nos decet
Offérre laudis hóstiam;
Hæc grata laus, quam párturit,
Quâ Christus ardet, cáritas.

NOVI Sacérdos fœderis,
Tuos minístros réspice:
Ut consecráti Spíritu,
In spíritu desérviant.

ALTARE fac per ámplius
In quo te litas, Póntifex,
Nos sancta tecum tángere,
Et intuéri límina.

QUI Carne nos pascis tuâ,
Sit laus tibi, Pastor bone,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Sacerdótes Sion índuam salutári; ℟. Et sancti ejus exultatióne exultábunt. *Ps.* 131. 16.

Ad Benedíctus, *Ant.* 6. F. Fecísti nos, Dómine, Deo nostro regnum & sacerdótes, & regnábimus super terram. *Apoc.* 5. 10.

Oratio.

DEus, qui Unigénitum tuum dedísti summum Sacerdótem, eíque ad sacrificándum tibi hóstiam mundam, Sacerdótes minístros sociásti; quæsumus, ut omnes qui vocatióne tam sanctâ dignáti sunt, altári tuo devótè minístrent, & seípsos hóstiam vivam & sanctam offérre mereántur; Per eúmdem Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Dómine.

CAPITULUM. *Hebr.* 7. 18. 19.

REprobátio quidem fit præcedéntis mandáti, propter infirmitátem ejus & inutilitátem; nihil enim ad perféctum addúxit Lex; introdúctio verò melióris spei, per quam proximámus ad Deum.

In ℟. *brevi.* ℣. Qui es Sacérdos in ætérnum. *Hebr.* 5. 6.

ANON.
ncilio Tridentíno.
1563. *De Sacrif.*
issæ. Can. 1.
iis díxerit, in Missa
offérri Deo verum
rium Sacrifícium,
ɔd offérri non sit
quàm nobis Chri-
manducándum da-
ithema sit.
TERTIAM.
Dixi.
TULUM. *Hebr.* 5.
10.
n esset Fílius Dei,
licit ex iis quæ pas-
bediéntiam, & con-
us, factus est ómni-
temperántibus sibi
lútis ætérnæ, appel-
Deo Póntifex, jux-
nem Melchísedech.
reve. Holocaústum
peccáto non postu-
Allelúia, allelúia.
ɔcaústum. ℣. Tunc
cce vénio. * Alle-
lória. ℟. Holocaú-
s. 39. 7. 8.
capite libri scrip-
de me, ℟. Ut fá-
voluntátem tuam.
8. 9.
SEXTAM.
Non.
ULUM. *Hebr.* 10.
o. 21. 22.
ɔéntes ítaque, fra-
s, fidúciam in in-
anctórum, in Sán-
Christi, quam ini-
obis viam novam
item, per velámen,
arnem suam, & Sa-
cerdótem magnum super domum Dei, accedámus cum vero corde in plenitúdine fidei.

℟. *breve.* Mirificávit Dóminus Sanctum suum, * Allelúia, allelúia. ℟. Mirificávit. ℣. Dóminus exaúdiet me, cùm clamávero ad eum. * Allelúia. Glória. ℟. Mirificávit. *Ps.* 4. 4.

℣. Qui statis in domo Dómini, ℟. Extóllite manus vestras in Sancta. *Ps.* 133. 1. 2.

AD NONAM.

Ant. Ego.

CAPITULUM. *Hebr.* 5. 5. 6.

CHristus non semetípsum clarificávit, ut Póntifex fíeret, sed qui locútus est ad eum: Fílius meus es tu, ego hódie génui te: quemádmodum & in álio loco dicit: Tu es Sacérdos in ætérnum.

℟. *breve.* Dómini est assúmptio nostra, * Allelúia, allelúia. ℟. Dómini. ℣. Et Sancti Israël Regis nostri. * Allelúia. Glória. ℟. Dómini. *Ps.* 88. 19.

℣. Beátus quem elegísti, & assumpsísti, Dómine; ℟. Inhabitábit in átriis tuis. *Ps.* 64. 5.

AD VESPERAS.

Ant. 1. D. Serviámus Dómino, & juris nostri sit offérre, & holocaústa, & víctimas, & pacíficas hóstias. *Jos.* 22. 27.

Ant 2. D. Deus idóneos nos fecit minístros novi

Testaménti, non ĺitterâ, sed Spíritu. 2. *Cor.* 3. 6.

Ant. 3. *a.* Spectáculum facti sumus mundo, & Angelis, & homínibus. 1. *Cor.* 4. 9.

Ant. 4. a. Sic nos exísti-met homo, ut minístros Christi, & dispensatóres Mysteriórum Dei. 1. *Cor.* 4. 1.

Ant. 7. *d.* Qui benè ministráverint, gradum bonum sibi acquírent, & multam fidúciam, in fide quæ est in Christo Jesu. 1. *Tim.* 3. 13.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 2. 14.

DEo grátias, qui semper triúmphat nos in Christo Jesu, & odórem notítiæ suæ maniféstat per nos, in omni loco.

HYMNUS.

QUos sibi, nostram méditans salútem,
Néxibus sanctis Deus alligávit,
Aúdiant Christum dócili monéntem
Aure minístri.

Vos gregi Pastor vóluit præíre:
Inter & servos numeráre cessans,
Intimos vobis ánimi recéssus
Pandit amícus.

Vos decet pacem pópulis precári,
Móribus sanctis decet hanc meréri,
Sancta, dum legem pópulus requíret,
Vita loquátur.

VICTIMAM sese dedit ipse Christus,
Víctimam rursùs litat hic Parénti:
Et manu vestrâ cadit immolátus
Ipse Sacérdos.

SACRA divínus cruor ora tingit,
Totus & vestro sedet ore Christus:
Totus ah! vestro sédeat refúsus
Péctore Christus.

LAUS tibi detur, Génitor, perénnis;
Juge sit Nato decus; & perénnem
Múneris laudem réferat supérni
Spíritus autor.
Amen.

℣. Hæc est generátio quæréntium Dóminum; ℟. Quæréntium fáciem Dei Jacob. *Ps.* 23. 6.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. C. Christi bonus odor sumus Deo, in iis qui salvi sunt, & in iis qui péreunt: áliis quidem odor mortis in mortem, áliis autem odor vitæ in vitam. 2. *Cor.* 2. 15. 16.

COMPLETORIUM, *ut in Solemnitate SS. Eucharistiæ*, p. 196. *cum Psalmis de Feria.*

FERIA SEXTA.

De Libro Numerórum.

LECTIO I. *c.* 20. *v.* 23. *ad finem.*

LOcútus est Dóminus ad Móysen: Pergat, inquit, Aaron ad pópulos suos: non enim intrábit ter-

iam dedi filiis Is-
ò quòd incrédulus
ri meo, ad Aquas
ictiónis. Tolle Aa-
ílium ejus cum eo,
:s eos in montem
Cúmque nudáveris
veste suâ, índues
zarum filium ejus:
colligétur, & mo-
oi. Fecit Móyses, ut
:rat Dóminus: &
runt in montem
:am omni multitú-
:úmque Aaron spo-
éstibus suis, índuit
zarum filium ejus.
rtuo in montis su-
, descéndit cum
o. Omnis autem
do videns occubuís-
on, flevit super eo
diébus, per cun-
ìílias suas.
Castrametáti sunt
:e Hor, in extrémis
terræ Edom: * As-
ue Aaron sacérdos
e Hor, jubénte Dó-
& ibi mórtuus est.
3. 37. 38. ℣. Plures
it sacerdótes, idcír-
morte prohiberén-
manére. *Hebr.* 7.
scendítque.
o II. *c.* 21. *v.* 1.

d cùm audísset Cha-
iæus Rex Arad, qui
bitábat ad merídiẽ,
scílicet Israël, per
:órum viam, pug-
ontra illum, & vi-
istens, duxit ex eo
. At Israël, voto
se Dómino óbligans, ait: Si tradíderis pópulum istum in manu mea, delébo urbes ejus. Exaudivítque Dóminus preces Israël: & trádidit Chananǽum, quem ille interfécit, subvérsis úrbibus ejus: & vocávit nomen loci illíus, Horma; id est, Anáthema. Proféċti sunt autem & de monte Hor, per viam quæ ducit ad Mare rubrum, ut circumírent terram Edom. Et tædére cœpit pópulum itíneris ac labóris: locutúsque contra Deum & Móysen, ait: Cur eduxísti nos de Ægýpto, ut moreremur in solitúdine? Deest panis, non sunt aquæ: ánima nostra jam naúseat super cibo isto levíssimo. Quamóbrem misit Dóminus in pópulum ignítos serpéntes, ad quorum plagas & mortes plurimórum, venérunt ad Móysen, atque dixérunt: Peccávimus, quia locúti sumus contra Dóminum & te: ora ut tollat à nobis serpéntes. Oravítque Móyses pro pópulo, & locútus est Dóminus ad eum: Fac serpéntem ǽneum, & pone eum pro signo: qui percússus aspéxerit eum, vivet. Fecit ergo Móyses serpéntem ǽneum, & pósuit eum pro signo: quem cùm percússi aspícerent, sanabántur.

℟. *ij.* Cùm supervénit illis sæva bestiárum ira, mórsibus perversórum colu-

brórum exterminabántur : sed * Non in perpétuum ira tua permánsit, Dómine. *Sap.* 16. 5. 6. ℣. Móyses exaltávit serpéntem in desérto. *Joan.* 3. 14. * Non.

LECTIO III. *c.* 24. *v.* 2. *ad* 9.

BAlaam élevans óculos, vidit Israël in tentóriis commorántem, per tribus suas : & irruénte in se Spíritu Dei, assúmptâ parábolâ, ait : Dixit Bálaam fílius Beor : Dixit homo, cujus obturátus est óculus : dixit audítor sermónum Dei, qui visiónem Omnipoténtis intúitus est, qui cadit, & sic aperiúntur óculi ejus : Quàm pulchra tabernácula tua, Jacob, & tentória tua, Israël! Ut valles nemorósæ, ut horti juxta flúvios irrígui, ut tabernácula quæ fixit Dóminus, quasi cedri propè aquas. Fluet aqua de sítula ejus, & semen illíus erit in aquas multas. Tollétur propter Agag, rex ejus, & auferétur regnum illíus. Deus edúxit illum de Ægýpto, cujus fortitúdo símilis est rhinocerótis. Devorábunt gentes hostes illíus, óssaque eórum confríngent, & perforábunt sagíttis. Accubans dormívit ut leo, & quasi leæna, quam suscitáre nullus audébit. Qui benedíxerit tibi, erit & ipse benedíctus : qui maledíxerit, in maledictióne reputábitur.

℟. *iij.* Dixit audítor sermónum Dei, qui visiónem Omnipoténtis intúitus est, qui cadit, & sic aperiúntur óculi ejus : *Quàm pulchra tabernácula tua, Jacob, & tentória tua, Israël! *Num.* 24. 4. ℣. Qui cecíderit super lápidem istum, confringétur : super quem verò cecíderit, cónteret eum. *Matt.* 21. 44. * Quàm. Glória. * Quàm.

Oratio Dominicæ præcedentis.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1563. *Sess.* 22. *De Sacrif. Missæ. Can.* 2.

SI quis díxerit, illis verbis, Hoc fácite in meam commemoratiónem, Christum non instituísse Apóstolos Sacerdótes : aut non ordinásse ut ipsi, aliíque Sacerdótes, offérrent Corpus & Sánguinem suum; anáthema sit.

SABBATO.

Hodie & aliis Sabbatis usque ad Adventum Domini, fit Officium de B. Maria in Sabbato, p. cv. *nisi occurrat Festum simplex, aut suprà, vel dies intra Octavam, aut Feria privilegiata.*

De Libro Numerórum.

LECTIO I. *c.* 25. *v.* 1. *ad* 9.

MOrabátur autem eo témpore Israël in Settim, & fornicátus est pópulus cum filiábus Moab, quæ vocavérunt eos ad sa-

ia. At illi come-
adoravérunt deos
nitiatúsque est Is-
lphégor: & irátus
, ait ad Móysen:
ctos príncipes pó-
suspénde eos con-
n in patíbulis; ut
r furor meus ab Is-
xítque Móyses ad
Israël: Occídat
que próximos suos,
iti sunt Beelphé-
ecce unus de filiis
rávit, coram frá-
s, ad scortum Ma-
m, vidénte Móy-
nni turbâ filiórum
ui flebant ante fo-
náculi. Quod cùm
Phínees filius Eleá-
Aaron sacerdótis,
de médio multitú-
: arrépto pugióne,
s est post virum Is-
in lupánar, & per-
bos simul, virum
& mulíerem, in
itálibus. Cessavít-
ta à filiis Israël: &
int vigínti quátuor
ómínum.
t de Sabbato, duo
℟℟. *ut herì.*
II. *v.* 10. *ad finem.*
: Dóminus ad Móy-
: Phínees fílius Ele-
ii Aaron sacerdó-
it iram meam à fí-
l; quia zelo meo
us est contra eos,
ipse delérem fílios
i zelo meo. Idcírcò
ad eum: Ecce do
n fœderis mei, & erit, tam ipsi quàm sémini ejus, pactùm sacerdótii sempitérnum, quia zelátus est pro Deo suo, & expiávit scelus filiórum Israël. Erat autem nomen viri Israëlítæ qui occísus est cum Madianítide, Zambri fílius Salu, dux de cognatióne & tribu Simeónis. Porrò múlier Madianítis, quæ páriter interfécta est, vocabátur Cozbi, fília Sur, príncipis nobilíssimi Madianitárum. Locutúsque est Dóminus ad Móysen, dicens: Hostes vos séntiant Madianítæ, & percútite eos quia & ipsi hostíliter egérunt contra vos, & decepére insídiis, per idólum Phogor, & Cozbi fíliam ducis Mádian sorórem suam, quæ percússa est in die plagæ pro sacrilégio Phogor.

LECTIO III. *c.* 27. *v.* 12. *ad finem.*

Dixit quoque Dóminus ad Móysen: Ascénde in montem istum Abarim, & contempláre inde terram, quam datúrus sum fíliis Israël. Cúmque víderis eam, ibis & tu ad pópulum tuum, sicut ivit frater tuus Aaron: quia offendístis me in desérto Sin, in contradictióne multitúdinis, nec sanctificáre me voluístis coram ea, super aquas; hæ sunt aquæ contradictiónis in Cades desérti Sin. Cui respóndit Móyses: Provídeat Dóminus Deus spírituum om-

nis carnis, hóminem, qui sit super multitúdinem hanc, & possit exíre & intráre ante eos, & edúcere eos vel introdúcere: ne sit pópulus Dómini sicut oves absque pastóre. Dixítque Dóminus ad eum: Tolle Jósue fílium Nun, virum in quo est Spíritus, & pone manum tuam super eum. Qui stabit coram Eleázaro sacerdóte & omni multitúdine: & dabis ei præcépta, cunctis vidéntibus, & partem glóriæ tuæ, ut aúdiat eum omnis synagóga filiórum Israël. Pro hoc, si quid agéndum erit, Eleázar sacérdos cónsulet Dóminum. Ad verbum ejus egrediétur & ingrediétur ipse, & omnes filii Israël cum eo, & cætera multitúdo. Fecit Móyses ut præcéperat Dóminus. Cúmque tulísset Jósue, státuit eum coram Eleázaro sacerdóte & omni frequéntia pópuli. Et impósitis cápiti ejus mánibus, cuncta replicávit quæ mandáverat Dóminus.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1563. *Sess.* 22. *De Sacrif. Missæ. Can.* 3.

SI quis díxerit, Missæ Sacrifícium, tantùm esse laudis, & gratiárum actiónis, aut nudam commemoratiónem Sacrifícii in cruce peracti, non autem propitiatórium; vel soli *prodésse* suménti; neque pro vivis, & defúnctis, pro peccátis, & pœnis, satisfactiónibus, & áliis necessitátibus offérri debére; anáthema sit.

VESPERÆ, *ut in Psaltério*, p. 150.

Ad Magníficat, *Ant*. 1. 2. Jósue fílius Nun replétus est Spíritu sapiéntiæ, quia Móyses pósuit super eum manus suas. *Deut.* 34. 9.

Oratio, Deus, qui, *infrà, ad Laudes*, p. 231.

DOMINICA III. POST PENTECOSTEN.

Officium, ut in Psaltério; & sic in omnibus aliis Dominicis, usque ad Adventum Domini.

IN I. NOCTURNO.

Incipit Liber Deuteronómii.

LECTIO I. *c.* 1. *v.* 1. *ad* 8.

HÆc sunt verba, quæ locútus est Móyses ad omnem Israël, trans Jordánem, in solitúdine campéstri, contra Mare rubrum, inter Pharan, & Thophel, & Laban, & Háseroth, ubi auri est plúrimùm: úndecim diébus de Horeb per viam montis Seïr usque ad Cadesbárne. Quadragésimo anno, undécimo mense, primâ die mensis, locútus est Móyses ad fílios Israël ómnia quæ præcéperat illi Dóminus, ut díceret eis: Postquàm percússit Sehon regem Amorrhæórum, qui habitábat in Hésebon: & Og regem Basan, qui mansit in Astaroth, & in Edraï,

rdánem in terra
Cœpítque Móyses
eLegem, & dícere:
s Deus noster locú-
l nos in Horeb, di-
últicit vobis quòd
monte mansístis :
ini, & veníte ad
Amorrhæórum, &
ra quæ ei próxima
péstria, atque mon-
umilióra loca con-
diem, & juxta lit-
is, terram Chana-
& Líbani, usque ad
magnum Euphrá-
, inquit, trádidi
ngredímini, & pos-
um, super qua jurá-
ninus pátribus ve-
raham, Isaac & Ja-
daret illam eis, &
eórum post eos.
Díliges Dóminum
uum, ex toto corde
ex tota ánima tua,
ta fortitúdine tua:
ue verba hæc, quæ
cípio tibi hódie, in
uo. *Deut.* 6. 5. 6.
: est máximum &
mandátum. *Matt.*
* Erúntque.
o II. *v.* 9. *ad* 18.
ique vobis, illo in
npore: Non possum
ustinére vos: quia
us Deus vester mul-
it vos, & estis hó-
t stellæ cœli, plúri-
óminus Deus pa-
estrórum addat ad
úmerum multa míl-
benedícat vobis, si-
útus est. Non válco

solus negótia vestra susti-
nére, & pondus ac júrgia.
Date ex vobis viros sapién-
tes & gnaros, & quorum
conversátio sit probáta in
tríbubus vestris, ut ponam
eos vobis príncipes. Tunc
respondístis mihi: Bona res
est, quam vis fácere. Tulí-
que de tríbubus vestris vi-
ros sapiéntes & nóbiles, &
constítui eos Príncipes, Tri-
búnos, & Centuriónes, &
Quinquagenários, ac De-
cános, qui docérent vos sín-
gula. Præcepíque eis, di-
cens: Audíte illos, & quod
justum est, judicáte: sive ci-
vis sit ille, sive peregrínus.
Nulla erit distántia perso-
nárum, ità parvum audié-
tis ut magnum: nec acci-
piétis cujúsquam persó-
nam, quia Dei judícium est.
Quòd si difficile vobis vi-
sum áliquid fúerit, reférte
ad me, & ego aúdiam. Præ-
cepíque ómnia quæ fácere
deberétis.

℟. *ij.* Dóminum Deum tuum timébis, & illi soli sérvies, * Ac per nomen illíus jurábis. *Deut.* 6. 13.
℣. Scriptum est: Dóminum Deum tuum adorábis, & illi soli sérvies. *Matt.* 4. 10. * Ac.

LECTIO III. *v.* 22. *ad* 31.

Accesístis ad me omnes, atque dixístis: Mittámus viros qui consíderent terram, & renúntient per quod iter debeámus ascéndere, & ad quas pérgere civitátes. Cúmque mihi ser-

mo placuísset, misi ex vobis duódecim viros, síngulos de tríbubus suis. Qui cùm perrexíssent, & ascendíssent in montána, venérunt usque ad Vallem botri: & considerátâ terrâ, suméntes de frúctibus ejus, ut osténderent ubertátem, attulérunt ad nos, atque dixérunt: Bona est terra, quam Dóminus Deus noster datúrus est nobis. Et noluístis ascéndere, sed incréduli ad sermónem Dómini Dei nostri, murmurástis in tabernáculis vestris, atque dixístis: Odit nos Dóminus, & idcircò edúxit nos de terra Ægýpti, ut tráderet nos in manu Amorrhæi, atque deléret. Quò ascendémus? núntii terruérunt cor nostrum, dicéntes: Máxima multitúdo est, & nobis statúrâ procérior: urbes magnæ, & ad cœlum usque munítæ, fílios Enacim vídimus ibi. Et dixi vobis: Nolíte metúere, nec timeátis eos. Dóminus Deus, qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnábit, sicut fecit in Ægýpto, cunctis vidéntibus. Et in solitúdine, (ipse vidísti,) portávit te Dóminus Deus tuus, ut solet homo gestáre párvulum fílium suum, in omni via per quam ambulástis, donec veniréτis ad locum istum.

℟. *iij.* Sex diébus operáberis, & fácies ómnia ópera tua; * Séptimus dies Sábbati est, id est, réquies Dómini Dei tui. *Deut.* 5. 13. 14. ℣. Relínquitur Sabbatísmus pópulo Dei. *Hebr.* 4. 9. * Séptimus. Glória. * Séptimus.

IN II. NOCTURNO.

De Libro Ecclesiástici.

LECTIO IV. *c.* 27. *v.* 9. *ad* 15.

SI sequáris justítiam, apprehéndes illam; & índues quasi podérem honóris, & inhabitábis cum ea, & próteget te in sempitérnum, & in die agnitiónis invénies firmaméntum. Volatília ad sibi simília convéniunt: & véritas, ad eos qui operántur illam, revertétur. Leo venatióni insidiátur semper: sic peccáta operántibus iniquitátes. Homo sanctus in sapiéntia manet sicut sol: nam stultus sicut luna mutátur. In médio insensatórum serva verbum témpori: in médio autem cogitántiũ, assíduus esto. Narrátio peccántium odiósa, & risus illórum in delíciis peccáti. Loquéla multùm jurans, horripilatiónem cápiti státuet: & irreveréntia ipsíus, obturátio aúrium.

℟. *iv.* Honóra patrem tuum & matrem, * Sicut præcépit tibi Dóminus Deus tuus. *Deut.* 5. 16. ℣. Deus dixit: Honóra patrem & matrem; & qui male díxerit patri vel matri, morte moriátur. *Matt.* 15. 3. 4. * Sicut.

10 V. *v.* 16. *ad* 24.
ſſio ſánguinis in rixa
)erbórum : & male-
illórum audítus gra-
)ui denúdat arcána
fidem perdit, & non
et amícum ad áni-
uum. Dílige próxi-
& conjúngere fide
o. Quòd ſi denudá-
bſcónſa illíus, non
iéris poſt eum. Sicut
homo qui perdit
n ſuum, ſic & qui
amicítiam próximi
it ſicut qui dimíttit
de manu ſua, ſic de-
ſti próximum tuum,
ı eum cápies. Non
ſequáris, quóniam
abeſt : effúgit enim
cáprea de láqueo :
ım vulneráta eſt áni-
us. Ultrà eum non
; colligáre. Et male-
ſt concordátio. De-
: autem amíci myſté-
leſperátio eſt ánimæ
is.
v. Non effundátur
s innóxius, * In mé-
rræ quam Dóminus
tuus dabit tibi poſſi-
m. *Deut.* 19. 10. ℣.
)ccídes : qui autem
rit, reus erit judício.
5. 21. * In.
10 VI. *c.* 28. *v.* 1.
I.
i vindicári vult, à Dó-
ino invéniet vindí-
am, & peccáta illíus
s ſervábit. Relínque
10 tuo nocénti te : &
eprecánti tibi peccá-
ta ſolvéntur. Homo hómi-
ni reſérvat iram, & à Deo
quærit medélam ? In hómi-
nem ſímilem ſibi non ha-
bet miſericórdiam, & de
peccátis ſuis deprecátur ?
Ipſe, cùm caro ſit, reſérvat
iram, & propitiatiónem pe-
tit à Deo ? Quis exorábit pro
delíctis illíus ? Meménto
noviſſimórum, & déſine
inimicári : tabitúdo enim
& mors ímminent in man-
dátis ejus. Memoráre timó-
rem Dei, & non iraſcáris
próximo. Memoráre teſta-
méntum Altíſſimi, & déſ-
pice ignorántiam próximi.
Abſtine te à lite, & mínues
peccáta : homo enim ira-
cúndus incéndit litem, &
vir peccátor turbábit amí-
cos, & in médio pacem
habéntium immíttet inimi-
cítiam.

℟. *vj.* Si dormíerit vir cum uxóre altérius, * Utér-que moriétur, id eſt, adúl-ter & adúltera. *Deut.* 22. 22. ℣. Fornicatóres & adúl-teros judicábit Deus. *Hebr.* 13. 4. * Utérque. Glória. * Utérque.

IN III. NOCTURNO.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Lib. de Spiritu & Litterâ. Cap. 17. *n.* 29.

LECTIO VII.

IN hac mirábili congruén-tia utriúſque Legis, illud certè plúrimùm diſtat, quòd ibi pópulus accédere ad lo-cum ubi Lex dabátur, hor-rendo terróre prohibétur;

hîc autem in eos supervénit Spíritus sanctus, qui eum promíssum expectántes, in unum fúerant congregáti. Ibi in tábulis lapídeis dígitus Dei operátus est, hîc in córdibus hóminum. Ibi ergo Lex extrínsecus pósita est, quâ injústi terreréntur: hîc intrínsecùs data est, quâ justificaréntur. Nam, Non adulterábis, Non homicídium fácies, Non concupísces, & si quod est áliud mandátum, quod útique in illis tábulis scriptum est, in hoc, inquit, sermóne recapitulátur, in eo quòd díliges próximum tuum tanquam teípsum. Dilectio próximi malum non operátur. Plenitúdo autem legis est cáritas. Hæc non in tábulis conscrípta lapídeis, sed diffúsa est in córdibus nostris, per Spíritum sanctum qui datus est nobis.

℟. *vij.* Non faciétis furtum, * Non mentiémini, nec decípiet unusquísque próximum suum. *Levit.* 19. 11. ℣. Qui furabátur, jam non furétur, magìs autem labóret. *Ephes.* 4. 28. * Non mentiémini.

LECTIO VIII.
n. 30.

VIde nunc quemádmodum cónsonet ista discrétio, illis Apostólicis verbis, quæ paulò ante ob áliud commemoráta, & diligéntiùs pertractánda distúleram. Manifestáti, inquit, quóniam estis epístola Christi, ministráta per nos, scripta, non atraménto, sed Spíritu Dei vivi, non in tábulis lapídeis, sed in tábulis cordis carnálibus. Ecce quemámodum osténdit, quia illud extra hóminem scríbitur, ut eum forínsecùs terríficet: hoc in ipso hómine, ut eum intrínsecùs justíficet. Carnáles autem tábulas cordis dixit, non carnális prudéntiæ, sed tanquam vivéntis, sensúmque habéntis, in comparatióne lápidis, qui sine sensu est. Et quod paulò pòst dicit, quòd non póterant inténdere filii Israël usque in finem vultûs Móysi, & ídeò eis per velum loquebátur, hoc signíficat, quia líttera Legis néminem justíficat, sed velámen pósitum est in lectióne véteris testaménti, donec ad Christum transeátur, & auferátur velámen: id est, transeátur ad grátiam, & intelligátur ab ipso nobis esse justificatiónem, quâ faciámus quod jubet.

℟. *viij.* Non suscípies vocem mendácii, * Nec junges manum tuam, ut pro ímpio dicas falsum testimónium. *Exod.* 23. 1. ℣. Non falsum testimónium dices. *Luc.* 18. 20. * Nec.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO IX. *c.* 15. *v.* 1. *ad* 10.

Ovis recuperata.

ERant appropinquántes Jesu Publicáni & pec-

ut audírent illum.
ua.
lia sancti Petri
hrysólogi.
8. *De Parab. cen-*
um ovium.
ıo habens oves cen-
ı, Christus est : Pa-
ıs, Pastor pius, qui
ove, hoc est, in
posúerat totum gre-
eris humáni. Hanc
œna paradísi, hanc
ine vitális páscuæ
at : sed illa, vocem
oblíta, dum lupí-
ítibus credit, cau-
didit salutáres, &
ılibus est sauciá-
ribus. Hanc ergo
véniens quærere
lum, in útero vir-
giónis invénit. Ve-
nativitátis in car-
in crucem levans,
suæ impósuit pas-
& gaudens toto re-
ónis gaúdio, per as-
ad cœléstem tulit
lit mansiónem. Et
amícos & vicínos :
Angelos, dicens il-
ngratulámini mihi,
ıvéni ovem meam
ierat.
. Misericórdia Dei
mnem carnem ; *
sericórdiam habet,
c érudit, quasi pa-
egem suum. *Eccli.*
13. ℣. Dimíttit no-
ı novem oves in de-
t vadit ad illam quæ
. *Luc.* 15. 4. * Qui.
* Qui.

Te Deum.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D.* Avértens se ab ómnibus iniquitátibus suis quas operátus est, vitâ vivet, & non moriétur. *Ezech.* 18. 28.

Oratio.

DEus, qui omnipoténtiam tuam, parcéndo máximè & miserándo maniféstas; multíplica super nos misericórdiam tuam, ut ad tua promíssa curréntes, cœléstium bonórum fácias esse consórtes; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1563. *Sess.* 22. *De Sacrif. Missæ. Can.* 4. 5.

SI quis díxerit, blasphémiam irrogári sanctíssimo Christi Sacrifício in cruce perácto, per Missæ Sacrifícium; aut illi per hoc derogári : aut si quis díxerit, impostúram esse Missas celebráre in honórem Sanctórum, & pro illórum intercessióne apud Deum obtinénda, sicut Ecclésia inténdit; anáthema sit.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. c. Gaúdium erit, coram Angelis Dei, super uno peccatóre pœniténtiam agénte. *Luc.* 15. 10.

FERIA SECUNDA.

De Libro Deuteronómii.

LECTIO I. *c.* 5. *v.* 1. *ad* 9.

VOcávit Móyses omnem Israélem, & dixit ad eum; Audi, Israël, cæremó-

nias atque judícia, quæ ego loquor in aúribus vestris hódie: díscite ea, & ópere compléte. Dóminus Deus noster pépigit nobíscum fœdus in Horeb. Non cum pátribus nostris íniit pactum, sed nobíscum qui in præsentiárum sumus, & vívimus. Fácie ad fáciem locútus est nobis in monte, de médio ignis. Ego sequéster & médius fui inter Dóminum & vos, in témpore illo, ut annuntiárem vobis verba ejus: timuístis enim ignem, & non ascendístis in montem, & ait: Ego Dóminus Deus tuus, qui edúxi te de terra Ægýpti, de domo servitútis. Non habébis deos aliénos in conspéctu meo. Non fácies tibi scúlptile, nec similitúdinem ómnium, quæ in cœlo sunt désuper, & quæ in terra deórsùm, & quæ versántur in aquis sub terra. Non adorábis ea, & non coles.

℟. *j.* Díliges, *p.* 227.

LECTIO II. *v.* 9. *ad* 15.

EGo enim sum Dóminus Deus tuus, Deus æmulátor, reddens iniquitátem patrum super fílios, in tértiam & quartam generatiónem, his qui odérunt me, & fáciens misericórdiam in multa míllia, diligéntibus me, & custodiéntibus præcépta mea. Non usurpábis nomen Dómini Dei tui frustrà: quia non erit impunítus, qui super re vana nomen ejus assúmpserit. Obsérva diem Sábbati, ut sanctífices eum; sicut præcépit tibi Dóminus Deus tuus. Sex diébus operáberis, & fácies ómnia ópera tua. Séptimus dies Sábbati est, id est, réquies Dómini Dei tui. Non fácies in eo quidquam óperis, tu, & fílius tuus, & fília, servus, & ancílla, & bos, & ásinus, & omne juméntum tuum, & peregrínus qui est intra portas tuas: ut requiéscat servus tuus, & ancílla tua, sicut & tu. Meménto quòd & ipse servíeris in Ægýpto, & edúxerit te inde Dóminus Deus tuus, in manu forti & bráchio exténto. Idcircò præcépit tibi ut observáres diem Sábbati.

℟. *ij.* Dóminum, *p.* 227.

LECTIO III. *v.* 16. *ad* 22.

HOnóra patrem tuum & matrem, sicut præcépit tibi Dóminus Deus tuus, ut longo vivas témpore, & benè sit tibi in terra, quam Dóminus Deus tuus datúrus est tibi. Non occídes. Neque mœchábéris. Furtúmque non fácies. Nec loquéris contra próximum tuum, falsum testimónium. Non concupísces uxórem próximi tui, non domum, non agrum, non servum, non ancíllam, non bovem, non ásinum, & univérsa quæ illíus

læc verba locútus
ninus ad omnem
linem vestram, in
de médio ignis, &
& calíginis, voce
nihil addens ám-
: scripsit ea in duá-
alis lapídeis, quas
mihi.
Sex diébus, p. 228.
'A N O N.
ncílio Tridentíno.
1563. Sess. 22. De
if. Missæ. Can.
6. 7. & 8.
iis díxerit, Cáno-
. Missæ erróres con-
ideóque abrogán-
e; aut díxerit, cæ-
s, vestes, & extér-
a quibus in Missá-
lebratióne Ecclésia
ica útitur, irritábula
tis esse, magìs quàm
pietátis; aut díxe-
ssas in quibus solus
s. sacramentáliter
nicat, illícitas esse,
: abrogándas; aná-
sit.
IA TERTIA.
bro Deuteronómii.
IO I. c. 6. v. 1.
.
c sunt præcépta, &
remóniæ, atque ju-
uæ mandávit Dó-
Deus vester, ut do-
vos, & faciátis ea
a, ad quam transi-
ini possidéndam: ut
Dóminum Deum
& custódias ómnia
ta & præcépta ejus,
o præcípio tibi, &

fíliis, ac nepótibus tuis, cunctis diébus vitæ tuæ, ut prolongéntur dies tui. Audi, Israël, & obsérva, ut fácias quæ præcépit tibi Dóminus, & benè sit tibi, & multiplicéris ámpliùs, sicut pollícitus est Dóminus Deus patrum tuórum tibi terram lacte & melle manántem.

℟. j. Honóra, p. 228.

LECTIO II. v. 4. ad 13.

Audi, Israël, Dóminus Deus noster, Dóminus unus est. Díliges Dóminum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex tota fortitúdine tua. Erúntque verba hæc, quæ ego præcípio tibi hódie, in corde tuo: & narrábis ea fíliis tuis, & meditáberis in eis sedens in domo tua, & ámbulans in itínere, dórmiens atque consúrgens. Et ligábis ea quasi signum in manu tua: erúntque & movebúntur inter óculos tuos, scribésque ea in límine & óstiis domûs tuæ. Cúmque introdúxerit te Dóminus Deus tuus in terram, pro qua jurávit pátribus tuis, Abraham, Isaac, & Jacob; & déderit tibi civitátes magnas & óptimas, quas non ædificásti; domos plenas cunctárum opum, quas non extruxísti; cistérnas, quas non fodísti; vinéta & olivéta, quæ non plantásti; & coméderis, & saturátus fúeris; cave diligénter, ne

oblivíscáris Dómini, qui edúxit te de terra Ægýpti, de domo servitútis. Dóminum Deum tuum timébis, & illi soli sérvies, ac per nomen illíus jurábis.

℟. *ij.* Non effundátur, *p.* 229.

LECTIO III. *v.* 14. *ad* 19.

NOn íbitis post deos aliénos cunctárum géntium quæ in circúitu vestro sunt: quóniam Deus æmulátor, Dóminus Deus tuus in médio tuî: ne quando irascátur furor Dómini Dei tui contra te, & aúferat te de superfície terræ. Non tentábis Dóminum Deum tuum, sicut tentásti in loco tentatiónis. Custódi præcépta Dómini Dei tui, ac testimónia & cæremónias, quas præcépit tibi: & fac quod plácitum est & bonum, in conspéctu Dómini, ut benè sit tibi: & ingréssus possídeas terram óptimam, de qua jurávit Dóminus pátribus tuis, ut delére omnes inimícos tuos coram te, sicut locútus est.

℟. *iij.* Si dormíerit, *p.* 229.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1563. *Sess.* 22. *De Sacrif. Missæ. Can.* 9.

SI quis díxerit, Ecclésiæ Románæ ritum quo submíssâ voce pars Cánonis, & verba Consecratiónis proferúntur, damnándum esse; aut linguâ tantùm vulgári, Missam celebrári debére, aut aquam non miscéndam esse vino, in cálice offeréndo, eò quòd sit contra Christi institutiónem; anáthema sit.

FERIA QUARTA.

De Libro Deuteronómii.

LECTIO I. *c.* 9. *v.* 7. *ad* 10.

MEménto, & ne oblivíscáris, quómodo ad iracúndiam provocáveris Dóminum Deum tuum in solitúdine. Ex eo die, quo egréssus es ex Ægýpto, usque ad locum istum, semper advérsùm Dóminum contendísti. Nam & in Horeb provocásti eum, & irátus delére te vóluit, quando ascéndi in montem, ut accíperem tábulas lapídeas, tábulas pacti quod pépigit vobíscum Dóminus, & persevérávi in monte quadragínta diébus ac nóctibus, panem non cómedens, & aquam non bibens. Dedítque mihi Dóminus duas tábulas lapídeas, scriptas dígito Dei, & continéntes ómnia verba quæ vobis locútus est in monte, de médio ignis, quando cóncio pópuli congregáta est.

℟. *j.* Non faciétis, *p.* 230.

LECTIO II. *v.* 12. *ad* 19.

DIxítque mihi Dóminus: Surge & descénde hinc citò: quia pópulus tuus, quem eduxísti de Ægýpto, deseruérunt velóciter viam quam demonstrásti eis, fecerúntque sibi conflátile. Rursúmque ait Dóminus ad

:: Cerno quòd pópulus
e duræ cervícis sit : di-
itte me,ut cónteram eum,
déleam nomen ejus de
cœlo , & constítuam te
per gentem , quæ hâc
ajor & fórtior sit. Cúm-
e de monte ardénte des-
nderem , & duas tábulas
deris utrâque tenérem
anu , vidissémque vos
ccásse Dómino Deo ve-
o , & fecísse vobis vítu-
m conflátilem , ac dese-
ísse velóciter viam ejus ,
am vobis osténderat :
ojéci tábulas de mánibus
eis , confregíque eas in
aspéctu vestro , & prócidi
ite Dóminùm, sicut priùs,
adragínta diébus & nó-
ibus , panem non cóme-
ns , & aquam non bi-
ns , propter ómnia pec-
ta vestra quæ gessístis
ntra Dóminum , & eum
iracúndiam provocástis :
mui enim indignatiónem
iram illíus , quâ advér-
m vos concitátus , delére
s vóluit. Et exaudívit me
óminus , étiam hâc vice.
℟. ij. Non suscípies , p.
o.

ECTIO III. c. 10. v. 1. ad 5.

N témpore illo, dixit Dó-
minus ad me : Dola tibi
uas tábulas lapídeas , sicut
ióres fuérunt , & ascénde
l me in montem : faciés-
e arcam lígneam , & scri-
m in tábulis verba quæ
érunt in his quas antè
nfregísti , ponésque eas
in arca. Feci ígitur arcam
de lignis settim. Cúmque
doláſſem duas tábulas la-
pídeas , instar priórum , as-
céndi in montem , habens
eas in mánibus. Scripsít-
que in tábulis , juxta id
quod priùs scrípserat , ver-
ba decem , quæ locútus est
Dóminus ad vos in monte,
de médio ignis , quando
pópulus congregátus est :
& dedit eas mihi. Rever-
súsque de monte , descéndi ,
& pósui tábulas in arcam ,
quam féceram , quæ hucús-
que ibi sunt sicut mihi præ-
cépit Dóminus.

℟. iij. Mandátum hoc quod ego præcípio tibi hódie , * Non supra te est , neque procul pósitum , nec in cœlo situm. *Deut.* 30. 11. 12. ℣. Propè est verbum, in ore tuo, & in corde tuo. *Rom.* 10. 8. * Non. Glória. * Non.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 5. *De Missæ Sacrif.*

Illa semper , non modò laudábilis , verùm étiam necessária cura erit , sédulò providéndi , ut singulári pietáte ac religióne, tam augústum divinúmque Mystérium , quo immortális Dei Fílius, ex ipsíus institutióne, viva ætérno Patri , pro salúte Fidélium, offértur Hóstia, tum à sacerdótibus sanctíssimè celebrétur , tum à fidélibus pópulis honorificentíssimè colátur.

FERIA QUINTA.

De Libro Deuteronómii.

Lectio I. *c.* 16. *v.* 18. *ad finem.*

JUdices & magístros constítues in ómnibus portis tuis, quas Dóminus Deus tuus déderit tibi, per síngulas tribus tuas: ut júdicent pópulum justo judício, nec in álteram partem declínent. Non accípies persónam, nec múnera: quia múnera excæcant óculos sapiéntûm, & mutant verba justórum. Justè quod justum est persequéris: ut vivas, & possídeas terram, quam Dóminus Deus tuus déderit tibi. Non plantábis lucum & omnem árborem, juxta altáre Dómini Dei tui. Nec fácies tibi, neque constítues státuam: quæ odit Dóminus Deus tuus.

℟. *j.* Díliges, *p.* 227.

Lectio II. *c.* 18. *v.* 1. *ad* 5.

NOn habébunt Sacerdótes & Levítæ, & omnes qui de eádem tribu sunt, partem & hæreditátem cum réliquo Israël, quia sacrifícia Dómini, & oblatiónes ejus cómedent, & nihil áliud accípient de possessióne fratrum suórum: Dóminus enim ipse est hæréditas eórum, sicut locútus est illis. Hoc erit judícium sacerdótum à pópulo, & ab his qui ófferunt víctimas: sive bovem, sive ovem immoláverint, dabunt sacerdóti armum ac ventrículum, primítias fruménti, vini, & ólei, & lanárum partem ex óvium tonsióne. Ipse enim elégit Dóminus Deus tuus de cunctis tríbubus tuis, ut stet, & minístret nómini Dómini, ipse & fílii ejus in sempitérnum.

℟. *ij.* Dóminum, *p.* 227.

Lectio III. *v.* 15. *ad* 20.

PRophétam de gente tua & de frátribus tuis sicut me, suscitábit tibi Dóminus Deus tuus: ipsum áudies, ut petísti à Dómino Deo tuo in Horeb, quando cóncio congregáta est, atque dixísti: Ultrà non áudiam vocem Dómini Dei mei, & ignem hunc máximum ámplius non vidébo, ne móriar. Et ait Dóminus mihi: Benè ómnia sunt locúti. Prophétam suscitábo eis de médio fratrum suórum símilem tuî: & ponam verba mea in ore ejus, loquetúrque ad eos ómnia quæ præcépero illi. Qui autem verba ejus, quæ loquétur in nómine meo, audíre nolúerit, ego ultor exístam. Prophéta autem, qui arrogántiâ depravátus volúerit loqui in nómine meo, quæ ego non præcépi illi ut díceret, aut ex nómine alienórum deórum, interficiétur.

℟. *iij.* Sex diébus, *p.* 228.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 5. *De Missæ Sacrif.*

HÆc statuénda judicávimus imprímis, quæ

ım celebratiónem
: ea cum débita
ı, piè, sanctéque
éntur, neque cuí-
;o, ignotóque sa-
Missam celebráre
.t Ecclesiárum Re-
sì priùs diligénter
Ordinárii licén-
ıltáte.

A SEXTA.

ɒ Deuteronómii.
.. c. 22. v. 1. ad 5.
ʼidébis bovem fra-
tui, aut ovem er-
& præteríbis: sed
ratri tuo, etiámsi
propínquus frater
: nosti eum: du-
omum tuam, &
d te, quándiu quæ-
ter tuus, & recí-
íliter fácies de ási-
vestiménto, & de
ratris tui, quæ pe-
invéneris eam, ne
quasi aliénam. Si
ısinum fratris tui
n cecidísse in via,
icies, sed sublevá-
:o. Non induétur
:ste viríli, nec vir
ste femíneâ: abo-
enim apud Deum
ácit hæc.
[onóra, p. 228.
ı II. c. 24. v. 14.

ıegábis mercédem
géntis & paúpe-
tui, sive ádvenæ,
ı morátur in terra,
ortas tuas est: sed
ie reddes ei pré-
ris sui, ante solis
occásum, quia pauper est, & ex eo susténtat ánimam suam: ne clamet contra te ad Dóminum, & reputétur tibi in peccátum. Non occidéntur patres pro filiis, nec filii pro pátribus, sed unusquísque pro peccáto suo moriétur. Non pervértes judícium ádvenæ & pupílli, nec aúferes, pígnoris loco, víduæ vestiméntum.

℟. *ij.* Non effundátur, *p.* 229.

LECTIO III. *v.* 18. *ad finem.*

Eménto quòd servíeris in Ægýpto, & erúerit te Dóminus Deus tuus inde. Idcircò præcípio tibi, ut fácias hanc rem. Quando messúeris ségetem in agro tuo, & oblítus manípulum relíqueris, non revertéris ut tollas illum: sed ádvenam, & pupíllum, & víduam auférre patiéris, ut benedícat tibi Dóminus Deus tuus, in omni ópere mánuum tuárum. Si fruges collégeris olivárum, quidquid remánserit in arbóribus, non revertéris ut cólligas: sed relínques ádvenæ, pupíllo, ac víduæ. Si vindemiáveris víneam tuam, non cólliges remanéntes racémos, sed cedent in usus ádvenæ, pupílli, ac víduæ. Meménto quòd & tu servíeris in Ægýpto, & idcircò præcípio tibi, ut fácias hanc rem.

℟. *iij.* Si dormíerit, *p.* 229.

C A N O N.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 5. *De Missæ Sacrif.*

SAcerdótes, aut quoscúmque álios, públicè & notóriè criminósos, rem divínam fácere, vel ad altáre ministráre, Sacris, vel Missæ interésse, omnìnò Rectóres Ecclesiárum prohíbeant, nisì ad meliórem frugem redíerint, & morum vitǽque prístinæ commutatióne factâ, præteritórum scélerum véniam merúerint, eámque ab Ordináriis suis impetráverint.

S A B B A T O.

De Libro Deuteronómii.

LECTIO I. *c.* 32. *v.* 45. *ad finem.*

MOyses complévit omnes sermónes istos, loquens ad univérsum Israël, & dixit ad eos: Pónite corda vestra in ómnia verba, quæ ego testíficor vobis hódie: ut mandétis ea fíliis vestris custodíre & fácere, & implére univérsa quæ scripta sunt Legis hujus: quia non incássùm præcépta sunt vobis, sed ut sínguli in eis víverent: quæ faciéntes longo perseverétis témpore in terra, ad quam, Jordáne transmísso, ingredímini possidéndam. Locutúsque est Dóminus ad Móysen in eádem die, dicens: Ascénde in montem istum Abarim, id est, Transítuum, in montem Nebo, qui est in terra Moab contra Jéricho: & vide terram Chánaan, quam ego tradam fíliis Israël obtinéndam, & mórere in monte. Quem conscéndens jungéris pópulis tuis, sicut mórtuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appósitus pópulis suis: quia prævaricáti estis contra me, in médio filiórum Israël, ad Aquas contradictiónis in Cades desérti Sin: & non sanctificástis me inter filios Israël. E contrà vidébis terram, & non ingrediéris in eam, quam ego dabo fíliis Israël.

Si fiat de Sabbato, duo priora ℟℟. *è III. Nocturno Dom. præced.*

LECTIO II. *c.* 34. *v.* 1. *ad* 6.

AScéndit ergo Móyses, de campéstribus Moab, super montem Nebo, in vérticem Phasga contra Jéricho: ostenditque ei Dóminus omnem terram Gálaad usque Dan, & univérsum Néphthali, terrámque Ephraïm & Manásse, & omnem terram Juda, usque ad Mare novíssimum, & austrálem partem, & latitúdinem campi Jéricho civitátis palmárum usque Segor. Dixítque Dóminus ad eum: Hæc est terra, pro qua jurávi Abraham, Isaac, & Jacob, dicens: Sémini tuo dabo eam. Vidísti eam óculis tuis, & non transíbis ad illam. Mortuúsque est ibi Móyses servus Dómini, in

, jubénte Dó-
epelívit eum in
Moab contra
non cognóvit
crum ejus, usque
m diem.
III. v. 7. ad

s centum & vi-
annórum erat,
órtuus est: non
culus ejus: nec
ius moti sunt.
ue eum filii Is-
péstribus Moab,
ébus: & com-
ties planctûs lu-
óysen. Jósue ve-
Nun replétus est
piéntiæ, quia
suit super eum
s. Et obediérunt
ël, fecerúntque
cépit Dóminus
non surréxit ul-
ta in Israël sicut
uem nosset Dó-
e ad fáciem, in
gnis, atque por-
e misit per eum,
n terra Ægýpti,
& ómnibus ser-
niversǽque ter-
& cunctam ma-
tam, mágnaque
uæ fecit Móyses
vérso Israël.
I NON.
io Burdigalénsi.
83. Tit. 5. De
æ Sacrif.
atúri sacerdótes,
iéntiam suam
énter excútiant,
ninent, & piam

áliquam meditatiónem præmíttant. Peccatórum verò confessiónem, octávo quoque die, aut sǽpiùs fáciant, quóties áliquo se peccáto gravátos sénserint.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. d. Fortis in bello Jesus Nave, succéssor Móysi in Prophétis, qui fuit magnus, secúndùm nomen suum. *Eccli.* 46. 1.

Oratio, Custódi, *infrà*, *ad Laudes*, p. 244.

DOMINICA IV. POST PENTECOSTEN.

IN I. NOCTURNO.

Incipit Liber Jósue.

LECTIO I. *c.* 1. *v.* 1. *ad* 6.

ET factum est, post mortem Móysi servi Dómini, ut loquerétur Dóminus ad Jósue fílium Nun, miníistrum Móysi, & díceret ei: Móyses servus meus mórtuus est: surge, & transi Jordánem istum, tu & omnis pópulus tecum, in terram quam ego dabo fíliis Israël. Omnem locum, quem calcáverit vestígium pedis vestri, vobis tradam, sicut locútus sum Móysi. A desérto & Líbano, usque ad flúvium magnum Euphrátem, omnis terra Hethæórum, usque ad Mare magnum, contra solis occásum, erit términus vester. Nullus póterit vobis resístere cunctis diébus vitæ tuæ: sicut fui cum Móyse, ità ero tecum: non dimíttam, nec derelínquam te. Confortáre, & esto ro-

bústus: tu enim sorte dívides pópulo huic terram, pro qua jurávi pátribus suis, ut tráderem eam illis.

℟. *j*. Dixit Dóminus ad Jósue: * Hódie incípiam exaltáre te coram omni Israël. *Jos*. 3. 7. ℣. Sectáre justítiam, pietátem, fidem, caritátem, patiéntiam, mansuetúdinem. 1. *Tim*. 6. 11. * Hódie.

LECTIO II. *v*. 7. *ad* 11.

CONfortáre ígitur, & esto robústus valde: ut custódias, & fácias omnem legem, quam præcépit tibi Móyses servus meus. Ne declínes ab ea, ad déxteram vel ad sinístram, ut intélligas cuncta quæ agis. Non recédat volúmen legis hujus ab ore tuo: sed meditáberis in eo, diébus ac nóctibus, ut custódias & fácias ómnia quæ scripta sunt in eo. Tunc díriges viam tuam; & intélliges eam. Ecce præcípio tibi, confortáre, & esto robústus. Noli metúere, & noli timére: quóniam tecum est Dóminus Deus tuus, in ómnibus ad quæcúmque perréxeris. Præcepítque Jósue princípibus pópuli, dicens: Transíte per médium castrórum, & imperáte pópulo, ac dícite: Præparáte vobis cibária, quóniam post diem tértium transíbitis Jordánem, & intrábitis ad possidéndam terram, quam Dóminus Deus vester datúrus est vobis.

℟. *ij*. Egréssus est pópulus de tabernáculis suis, ut transíret Jordánem: * Et sacerdótes qui portábant arcam fœderis, pergébant ante eum. *Jos*. 3. 14. ℣. Tabernáculum testimónii induxérunt suscipiéntes patres nostri cum Jesu, in possessiónem Géntium. *Act*. 7. 45. * Et sacerdótes.

LECTIO III. *v*. 12. *ad finem*.

RUbenítis quoque & Gadítis, & dimídiæ tríbui Manásse, ait: Mementóte sermónis quem præcépit vobis Móyses fámulus Dómini, dicens: Dóminus Deus vester dedit vobis réquiem, & omnem terram. Uxóres vestræ, & fílii, ac juménta manébunt in terra, quam trádidit vobis Móyses trans Jordánem: vos autem transíte armáti ante fratres vestros, omnes fortes manu, & pugnáte pro eis, donec det Dóminus réquiem frátribus vestris, sicut & vobis dedít, & possídeant ipsi quoque terram, quam Dóminus Deus vester datúrus est eis: & sic revertémini in terram possessiónis vestræ, & habitábitis in ea, quam vobis dedit Móyses fámulus Dómini, trans Jordánem, contra solis ortum. Responderúntque ad Jósue, atque dixérunt: Omnia, quæ præcepísti nobis, faciémus: & quocúmque míseris, íbimus. Sicut obedívimus

cunctis Móysi, us & tibi: tan- inus Deus tuus fuit cum Móy- atradíxerit ori obedíerit cun- bus quos præ- moriátur: tu fortáre, & vi-

sacerdótes qui arcam fœderis ibant super sic- , in médio Jor- icti; * Omnís- s per aréntem nsíbat. *Jos.* 3. fidem vicérunt ·áti sunt justí- sunt repromis- '. 11. 33. * Om- ria. * Omnís-

OCTURNO.
Sapiéntiæ.
I V. *c.* 10. *v.*
em.

a pópulum ju- semen sinè que- ívit à natióni- lum deprimé- rit in ánimam & stetit contra ıdos in portén- s. Et réddidit édem labórum dedúxit illos in : & fuit illis in liéi, & in luce r noctem: trán- r Mare rubrum, illos per aquam nimícos autem nérsit in mare, line *inferórum* *ltiva.*

edúxit illos. Ideò justi tu- lérunt spólia impiórum, & decantavérunt, Dómine, nomen sanctum tuum, & victrícem manum tuam laudavérunt páriter: quóniam sapiéntia apéruit os mutórum, & linguas infántium fecit disértas.

℟. *iv.* Muri Jéricho corruérunt; * Et ascéndit unusquísque per locum qui contra se erat, ceperúntque civitátem. *Jos.* 6. 20. ℣. Fide muri Jéricho corruérunt, circúitu diérum septem. *Hebr.* 11. 30. * Et ascéndit.

De Libro Ecclesiástici.
LECTIO V. *c.* 46. *v.* 1. *ad* 6.

FOrtis in bello Jesus Nave, succéssor Móysi in Prophétis, qui fuit magnus secúndùm nomen suum, máximus in salútem electórum Dei, expugnáre insurgéntes hostes, ut consequerétur hæreditátem Israël. Quam glóriam adéptus est in tolléndo manus suas, & jactándo contra civitátes romphæas! Quis ante illum sic réstitit? nam hostes ipse Dóminus perdúxit. Annon in iracúndia ejus impedítus est sol, & una dies facta est quasi duo? Invocávit Altíssimum poténtem in oppugnándo inimícos úndique, & audívit illum magnus & sanctus Deus, in saxis grándinis virtútis valde fortis.

℟. *v.* Rahab meretrícem;

& domum patris ejus, & * Omnia quæ habébat, fecit Jósue vívere, & habitavérunt in médio Israël. *Jos.* 6. 25. ℣. Fide Rahab méretrix non périit cum incrédulis, excípiens exploratóres cum pace. *Hebr.* 11. 31. * Omnia.

LECTIO VI. *v.* 7. *ad* 12.

IMpetum fecit contra gentem hostílem, & in descénsu pérdidit contrários, ut cognóscant gentes poténtiam ejus, quia contra Deum pugnáre non est fácile. Et secútus est à tergo poténtis: & in diébus Móysi, misericórdiam fecit ipse, & Caleb fílius Jéphone, stare contra hostem & prohibére gentem à peccátis, & perfríngere murmur malítiæ. Et ipsi duo constitúti, à perículo liberáti sunt, à número sexcentórum míllium péditum, indúcere illos in hæreditátem, in terram quæ manat lac & mel. Et dedit Dóminus ipsi Caleb fortitúdinem: & usque in senectútem permánsit illi virtus, ut ascénderet in excélsum terræ locum, & semen ipsíus obtínuit hæreditátem: ut vidérent omnes fílii Israël, quia bonum est óbsequi Sancto Deo.

℟. *vj.* Cùm eleváisset Jósue clýpeum ex advérso civitátis Haï, insídiæ quæ latébant, surrexérunt conféstim: * Et pergéntes ad civitátem cepérunt & succendérunt igni. *Jos.* 8. 19. ℣. Fortes facti sunt in bello, castra vertérunt exterórum. *Hebr.* 11. 34. * Et pergéntes. Glória. * Et pergéntes.

IN III. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 352. *Cap.* 1. n. 4.

LECTIO VII.

DIctum est Móysi, (hoc enim plácuit Deo certi mystérii dispensatiónisque grátiâ,) quòd ipse in terram promissiónis non introdúceret pópulum. Elígitur álius, Jesus Nave: & iste homo non hoc nómine vocabátur, vocabátur Ausea. Et cùm ei introducéndum pópulum Móyses commendáret, vocávit eum, & mutávit ei nomen, & appellávit eum Jesum, ut non per Móysen, sed per Jesum, id est, non per Legem, sed per grátiam, pópulus Dei in terram promissiónis intráret.

℟. *vij.* Dixit Jósue: Sol, contra Gábaon ne movéaris; & Luna, contra vallem Aíalon: * Steterúntque Sol & Luna, donec ulcisceréntur se gens de inimícis suis. *Jos.* 10. 12. 13. ℣. Si habuéritis fidem, sicut granum sinápis, dicétis monti huic: Transi hinc illuc; & transíbit. *Matt.* 17. 19. * Steterúntque.

LECTIO VIII.

SIcut autem Jesus ille, non verus, sed figurátus; ità étiam terra pro-

., non vera, sed
ı enim pópulo
rális fuit : no-
níssa est, ætér-
figúris tempo-
nittebántur &
intur ætérna.
ille non verus
.a terra promis-
sed figuráta :
non cibus verè
l figurátus ; ità
ion verè Chri-
gurátus : & sic

Non fuit ánteà
am longa dies,
e Dómino voci
ıs. 10. 14. ℣.
cúmque petié-
óne credéntes,
Matt. 21. 22. *

cti Evangélii
m Lucam.
IX. *c.* 5. *v.* 1.

n captura.
est, cùm turbæ
nt in Jesum ,
: verbum Dei ,
t secùs stagnum
.. Et réliqua.
ncti Ambrósii
íscopi.
. 4. n. 68. 72. 76.
ninus multis im-
t vária génera
, nec témpore ,
cœpit ab stúdio
urbâ cohibéri.
úbuit : seque-
gnum occúrrit :
Et ídeò ascén-
ri *navim. Hæc*

est illa navis, quæ adhuc secúndùm Matthæum flúctuat, secúndùm Lucam replétur píscibus : ut & princípia Ecclésiæ fluctuántis, & posterióra exuberántis agnóscas. Et benè Apostólica instruménta piscándi rétia sunt, quæ non captos périmunt, sed resérvant, & de profúndo ad lumen éxtrahunt, fluctuántes de ínfimis ad supérna tradúcunt. Præcéptor, inquit, per totam noctem laborántes, nihil cépimus : sed in verbo tuo laxábo rétia. Et ego, Dómine, scio quia nox mihi est, quando non ímperas. Expécto ut júbeas: in verbo tuo laxábo rétia. O vácua præsúmptio ! ô humílitas fructuósa ! Qui nihil ánteà céperant, magnam in verbo Dómini conclúdunt píscium multitúdinem. Non hoc humánæ facúndiæ opus, sed supérnæ vocatiónis est munus. Cedunt disputatiónes hóminum ; fide suâ plebs credit. Rumpúntur rétia, nec lábitur piscis.

℟. *jx.* Ecce ego * Mittam piscatóres multos, dicit Dóminus, & piscabúntur eos. *Jer.* 16. 16. ℣. Conclusérunt píscium multitúdinem copiósam : rumpebátur autem rete eórum. *Luc.* 5. 6. * Mittam. Glória. * Mittam.

Te Deum.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. *D.* * Plúrimæ spécies erunt

písium ejus, sicut pisces maris magni, multitúdinis nímiæ. *Ezech.* 47. 10.

Oratio.

CUstódi, quæsumus, Dómine, Ecclésiam tuam, propitiatióne perpétuâ: & quia sinè te lábitur humána mortálitas, tuis semper auxíliis, & abstrahátur à nóxiis, & ad salutária dirigátur; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 5. *De Missæ Sacrif.*

CElebratúri Sacerdótes sibi cónscii mortális peccáti, quantúmvis sibi contríti videántur, absque præmíssa sacramentáli confessióne, ad sacrum altáris Mystérium non accédant.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. a. Ait ad Simónem Jesus: Noli timére; ex hoc jam hómines eris cápiens. *Luc.* 5. 10.

FERIA SECUNDA.

De Libro Jósue.

LECTIO I. *c.* 2. *v.* 1. *ad* 6.

MIsit Jósue fílius Nun de Setim duos viros exploratóres in abscóndito: & dixit eis: Ite, & considerâte terram, urbémque Jéricho. Qui pergéntes ingréssi sunt domum mulíeris meretrícis, nómine Rahab, & quievérunt apud eam. Nuntiatúmque est regi Jéricho, & dictum: Ecce viri ingréssi sunt huc per noctem, de fíliis Israël, ut explorárent terram. Misítque rex Jéricho ad Rahab, dicens: Educ viros, qui venérunt ad te, & ingréssi sunt domum tuam: exploratóres quippe sunt, & omnem terram considerâre venérunt. Tolléns que múlier viros, abscóndit, & ait: Fáteor, venérunt ad me, sed nesciébam unde essent: cúmque porta clauderétur in ténebris, & illi páriter exiérunt, néscio quò abiérunt: persequímini citò, & comprehendétis eos. Ipsa autem fecit ascéndere viros in solárium domûs suæ, operuítque eos stípulâ lini, quæ ibi erat.

℟. *j.* Dixit, *p.* 240.

LECTIO II. *v.* 23. *ad fin.* & *c.* 3. *v.* 1. *ad* 4.

DEscendérunt exploratóres de monte: & transmísso Jordáne, venérunt ad Jósue fílium Nun, narraverúntque ei ómnia quæ accíderant sibi, atque dixérunt: Trádidit Dóminus omnem terram hanc in manus nostras, & timóre prostráti sunt cuncti habitatóres ejus. Igitur Jósue de nocte consúrgens, movit castra: egredientésque de Setim, venérunt ad Jordánem, ipse & omnes fílii Israël, & moráti sunt ibi tres dies. Quibus evolútis, transiérunt præcónes per castrórum médium, & clamáre cœpérunt: Quando vidéritis arcam fœderis

Dei vestri, & sa-
stirpis Leviticæ
s eam, vos quoque
te, & sequímini
ites: sítque inter
cam spátium cubi-
uum míllium: ut
idére posśítis, &
quam viam ingre-
; quia priùs non
is per eam: & ca-
appropinquétis ad

Egréssus, *p.* 240.
o III. *v.* 5. *ad* 9.
que Jósue ad pópu-
: Sanctificámini:
a fáciet Dóminus
mirabília. Et ait
lótes: Tóllite ar-
eris, & præcédite
. Qui jussa com-
tulérunt, & am-
nt ante eos. Di-
óminus ad Jósue:
cípiam exaltáre te
omni Israël: ut
od sicut cum Móyse
& tecum sim. Tu
ræcipe sacerdóti-
portant arcam fœ-
dic eis: Cùm in-
ritis partem aquæ
, state in ea. Di-
ósue ad fílios Is-
cédite huc, & au-
rum Dómini Dei

Sacerdótes, *p.* 241.
A N O N.
cílio Burdigalénsi.
583. *Tit.* 5. *De*
issæ Sacrif.
is Présbyter aú-
in *privátis ædi*-bus, vel Oratóriis aut Sacéllis ab Ordinário mínimè approbátis, Missæ Sacrifícium, étiam infirmórum causâ, celebráre.

FERIA TERTIA.

De Libro Jósue.

LECTIO I. *c.* 3. *v.* 14. *ad finem.*

EGréssus est pópulus de tabernáculis suis, ut transíret Jordánem: & sacerdótes qui portábant arcam fœderis, pergébant ante eum. Ingressísque eis Jordánem, & pédibus eórum in parte aquæ tinctis, (Jordánis autem ripas álvei sui témpore messis impléverat,) stetérunt aquæ descendéntes in loco uno, & ad instar montis intumescéntes, apparébant procul, ab urbe quæ vocátur Adom, usque ad locum Sarthan: quæ autem inferióres erant, in Mare solitúdinis, (quod nunc vocátur Mórtuum,) descendérunt, úsquequò omnínò deficerent. Pópulus autem incedébat contra Jéricho: & sacerdótes, qui portábant arcam fœderis Dómini, stabant super siccam humum, in médio Jordánis, accíncti; omnísque pópulus per aréntem álveum transíbat.

℟. *j.* Muri, *p.* 241.

LECTIO II. *c.* 4. *v.* 14. *ad finem.*

IN die illo, magnificávit Dóminus Jósue coram omni Israël, ut timérent eum, sicut timúerant Móy-

sen, dum advíveret. Dixítque ad eum: Prǽcipe sacerdótibus qui portant arcam fœderis, ut ascéndant de Jordáne. Qui præcépit eis, dicens: Ascéndite de Jordáne. Cúmque ascendíssent portántes arcam fœderis Dómini, & siccam humum calcáre cœpíssent, revérsæ sunt aquæ in álveum suum, & fluébant sicut antè consuéverant. Pópulus autem ascéndit de Jordáne, décimo die mensis primi, & castrametáti sunt in Gálgalis, contra Orientálem plagam urbis Jéricho. Duódecim quoque lápides, quos de Jordánis álveo súmpserant, pósuit Jósue in Gálgalis, & dixit ad fílios Israël: Quando interrogáverint fílii vestri cras patres suos, & díxerint eis: Quid sibi volunt lápides isti? docébitis eos, atque dicétis: Per aréntem álveum transívit Israël Jordánem istum, siccánte Dómino Deo vestro aquas ejus, in conspéctu vestro, donec transirétis, sicut fécerat priùs in Mari rubro, quod siccávit, donec transirémus: ut discant omnes terrárum pópuli fortíssimam Dómini manum, ut & vos timeátis Dóminum Deum vestrum omni témpore.

℟. *ij.* Rahab, *p.* 241.

LECTIO III. *c.* 5. *v.* 10. *ad finem.*

MAnsérunt fílii Israël in Gálgalis, & fecérunt Phase, quartadécimâ die mensis ad vésperum, in campéstribus Jéricho: & comedérunt de frúgibus terræ die áltero, ázymos panes, & poléntam ejúsdem anni. Defecítque manna, postquàm comedérunt de frúgibus terræ, nec usi sunt ultrà cibo illo fílii Israël, sed comedérunt de frúgibus præséntis anni terræ Chánaan. Cùm autem esset Jósue in agro urbis Jéricho, levávit óculos, & vidit virum stantem contra se, evaginátum tenéntem gládium; perrexítque ad eum, & ait: Noster es, an adversariórum? Qui respóndit: Nequáquam: sed sum Princeps exércitûs Dómini, & nunc vénio. Cécidit Jósue pronus in terram. Et adórans, ait: Quid Dóminus meus lóquitur ad servum suum? Solve, inquit, calceaméntum tuum de pédibus tuis: locus enim in quo stas, sanctus est. Fecítque Jósue, ut sibi fúerat imperátum.

℟. *iij.* Cùm, *p.* 242.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 5. *De Missæ Sacrif.*

DEtur ópera diligénter, ut ómnia altárium ornaménta, & sacra vasa ad celebratiónem Missæ pertinéntia, munda sint, ac nítida: núllaque nova priùs in usus sacros conferántur, quàm ab Antístite áliquo

enedícta & confe-

ı QUARTA.
Libro Jósue.
o I. *c.* 6. *v.* 1. *ad* 5.
10 clausa erat at-
nunita, timóre fi-
raël: & nullus égre-
at aut íngredi. Di-
Dóminus ad Jósue:
li in manu tua Jé-
: regem ejus, om-
ortes viros. Circuí-
, cuncti bellatóres,
r diem: sic faciẽ-
ébus. Séptimo au-
sacerdótes tollant
búccinas quarum
in jubiléo, & præ-
rcam fœderis: sep-
circuíbitis civitá-
acerdótes clangent
. Cúmque insonúe-
ubæ lóngior atque
:, & in áuribus ve-
repúerit, concla-
nnis pópulus voci-
e máximâ, & muri
córruent civitátis,
ntúrque sínguli per
ontra quem stéte-

Dixit Jósue, *p.* 242.
II. *v.* 11. *ad* 17.
ivit ergo arca Dó-
i civitátem semel
i, & revérsa in ca-
nsit ibi. Igitur Jó-
octe consurgénte,
sacerdótes arcam
, & septem ex eis
búccinas quarum
o usus est. Præce-
ue arcam Dómini
ites atque *clangén-*

tes: & armátus pópulus ibat ante eos: vulgus autem réliquum sequebátur arcam, & búccinis personábat. Circuierúntque civitátem secúndo die semel, & revérsi sunt in castra. Sic fecérunt sex diébus. Die autem séptimo, dilúculo consurgéntes, circuiérunt urbem, sicut dispósitum erat, sépties. Cúmque séptimo circúitu clángerent búccinis sacerdótes, dixit Jósue ad omnem Israël: Vociferámini: trádidit enim vobis Dóminus civitátem: sítque cívitas hæc anáthema, & ómnia quæ in ea sunt, Dómino. Sola Rahab méretrix vivat, cum univérsis qui cum ea in domo sunt: abscóndit enim núntios quos diréximus.

℞. *ij.* Non, *p.* 243.

Lectio III. *v.* 20. *ad* 24.

IGitur omni pópulo vociferánte, & clangéntibus tubis, postquàm in aures multitúdinis vox sonitúsque incrépuit, muri íllicò corruérunt: & ascéndit unusquísque per locum qui contra se erat: ceperúntque civitátem, & interfecérunt ómnia quæ erant in ea, à viro usque ad mulíerem, ab infánte usque ad senem. Boves quoque, & oves, & ásinos in ore gládii percussérunt. Duóbus autem viris qui exploratóres missi fúerant, dixit Jósue: Ingredímini domum mulíeris meretrícis, & prodúcite

eam, & ómnia quæ illíus sunt, sicut illi juraménto firmástis. Ingressíque júvenes, eduxérunt Rahab, & paréntes ejus, fratres quoque, & cunctam supelléctilem, ac cognatiónem illíus, & extra castra Israël manére fecérunt. Urbem autem, & ómnia quæ erant in ea, succendérunt; absque auro & argénto, & vasis æneis, ac ferro, quæ in ærárium Dómini consecrârunt.

℟. *iij.* Fuit ergo Dóminus cum Jósue: * Et nomen ejus vulgátum est in omni terra. *Jos. 6. 27.* ℣. Erat Deus cum eo. *Act. 7. 9.* * Et. Glória. * Et.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno 1583. Tit. 5. De Missæ Sacrif.*

IN celebratióne Missæ, omnes ritus ac cæremóniæ quæ in Missáli præscribúntur, exáctè & religiósè observéntur, nullis prætermíssis, nullísque omnínò adjéctis. Quæ clarâ voce recitánda sunt, ea distínctè, & intelligénter pronuntiéntur.... neque memóriter quidquam, sed in libro ómnia legántur.

FERIA QUINTA.

De Libro Jósue.

LECTIO I. *c. 7. v. 1. ad 6.*

FIlii autem Israël prævaricáti sunt mandátum, & usurpavérunt de anathémate. Nam Achan fílius Charmi, fílii Zabdi, fílii Zare, de tribu Juda, tulit áliquid de anathémate: iratúsque est Dóminus contra fílios Israël. Cúmque mítteret Jósue de Jéricho viros contra Haï, quæ est juxta Béthaven, ad Orientálem plagam óppidi Bethel, dixit eis: Ascéndite, & exploráte terram. Qui præcépta compléntes, explooravérunt Haï. Et revérsi dixérunt ei: Non ascéndat omnis pópulus, sed duo vel tria míllia virórum pergant, & déleant civitátem. Quare omnis pópulus frustrà vexábitur contra hostes paucíssimos? Ascendérunt ergo tria míllia pugnatórum. Qui statim terga verténtes, percússi sunt à viris urbis Haï, & corruérunt ex eis trigínta sex hómines: persecutíque sunt eos adversárii de porta usque ad Sábarim, & cecidérunt per prona fugiéntes: pertimuítque cor pópuli, & instar aquæ liquefáctum est. Jósue verò scidit vestiménta sua, & pronus cécidit in terram coram arca Dómini usque ad vésperam, tam ipse quàm omnes senes Israël: misérúntque púlverem super cápita sua.

℟. *j.* Dixit, *p.* 240.

LECTIO II. *v. 10. ad 13.*

DIxítque Dóminus ad Jósue: Surge, cur jaces pronus in terra? Peccávit Israël, & prævaricátus est pactum meum: tulerúntque de anathémate,

: furáti sunt atque mentí-
, & abscondérunt inter
asa sua. Nec póterit Israël
are ante hostes suos, eós-
ue fúgiet : quia pollútus
t anathémate. Non ero
ltrà vobíscum , donec
onterátis eum qui hujus
éleris reus est. Surge ,
nctífica pópulum, & dic
is : Sanctificámini in crá-
inum : hæc enim dicit
Dóminus Deus Israël : Aná-
hema in médio tuî est, Is-
aël : non póteris stare co-
am hóstibus tuis , donec
eleátur ex te qui hoc con-
minátus est scélere.

℟. *ij.* Egréssus , *p.* 240.

LECTIO III. *v.* 19. *ad* 25.

AIt Jósue ad Achan : Fili mi , da glóriam Dómino Deo Israël , & onfitére, atque índica mihi uid féceris : ne abscóndas. Respondítque Achan Jósue, & dixit ei : Verè ego eccávi Dómino Deo Israël, & sic, & sic feci. Vidi nim inter spólia, pállium occíneum valde bonum , t ducéntos siclos argénti, egulámque aúream quinuagínta siclórum : & conupíscens ábstuli , & abscóndi in terra contra médium tabernáculi mei, arentúmque fossâ humo opéui. Misit ergo Jósue miístros : qui curréntes ad abernáculum illíus , reperérunt cuncta abscóndita n eódem loco , & argénum simul. Auferentésque de tentório tulérunt ea ad Jósue, & ad omnes fílios Israël, projecerúntque ante Dóminum. Tollens ítaque Jósue Achan fílium Zare, argentúmque & pállium, & aúream régulam, fílios quoque & fílias ejus, boves & ásinos, & oves, ipsúmque tabernáculum, & cunctam supelléctilem , (& omnis Israël cum eo,) duxérunt eos ad vallem Achor : ubi dixit Jósue : Quia turbásti nos, extúrbet te Dóminus in die hac. Lapidavítque eum omnis Israël : & cuncta quæ illíus erant, igne consúmpta sunt.

℟. *iij.* Sacerdótes, *p.* 241.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 3. *De Officiis Divinis.* §. 2.

SAcerdótes ex ália diœcési in civitátem accedéntes, in Ecclésiis hujúsmodi civitátis, étiam Religiosórum, absque Ordinárii licéntia in scriptis obténta , ad Sacrum faciéndum non admittántur. Síntque difficíles Ordinárii ad eos Sacerdótes admittèndos , qui paupertáte pressi, síngulas províncias peragrántes, fácilè inducúntur ad præscrípta Cánonum transgrediénda.

FERIA SEXTA.

De Libro Jósue.

LECTIO I. *c.* 8. *v.* 1. *ad* 7.

DIxit Dóminus ad Jósue : Nè tímeas , ne-

que formídes: tolle tecum omnem multitúdinem pugnatórum, & consúrgens ascénde in óppidum Haï. Ecce trádidi in manu tua regem ejus, & pópulum, urbémque, & terram. Faciésque urbi Haï & regi ejus, sicut fecísti Jéricho & regi illíus: prædam verò, & ómnia animántia diripiétis vobis: pone insídias urbi post eam. Surrexítque Jósue, & omnis exércitus bellatórum cum eo, ut ascénderent in Haï: & elécta trigínta míllia virórum fórtium misit nocte, præcepítque eis, dicens: Pónite insídias post civitátem: nec lóngiùs recedátis; & éritis omnes paráti. Ego autem, & réliqua multitúdo quæ mecum est, accedémus ex advérso contra urbem. Cúmque exíerint contra nos, sicut antè fécimus, fugiémus, & terga vertémus: donec persequéntes ab urbe lóngiùs protrahántur: putábunt enim nos fúgere sicut priùs. Nobis ergo fugiéntibus, & illis persequéntibus, consurgétis de insídiis, & vastábitis civitátem: tradétque eam Dóminus Deus vester in manus vestras.

℟. *j*. Muri, *p*. 241.

LECTIO II. *v*. 13. *ad* 18.

ABiit ergo Jósue nocte illâ, & stetit in vallis médio. Quod cùm vidísset *Rex Haï*, festinávit manè, & egréssus est cum omni exércitu civitátis, diréxitque áciem contra desértum, ignórans quòd post tergum latérent insídiæ. Jósue verò & omnis Israël cessérunt loco, simulántes metum, & fugiéntes per solitúdinis viam. At illi vociferántes páriter, & se mútuò cohortántes, persecúti sunt eos. Cúmque recessíssent à civitáte, & ne unus quidem in urbe Haï & Bethel remansísset qui non persequerétur Israël, (sicut erúperant apérta óppida relinquéntes,) dixit Dóminus ad Jósue: Leva clýpeum qui in manu tua est, contra urbem Haï, quóniam tibi tradam eam.

℟. *ij*. Rahab, *p*. 241.

LECTIO III. *v*. 19. *ad* 23.

CUmque elevásset clýpeum ex advérso civitátis, insídiæ quæ latébant, surrexérunt conféstim: & pergéntes ad civitátem, cepérunt & succendérunt eam. Viri autem civitátis, qui persequebántur Jósue, respiciéntes, & vidéntes fumum urbis ad cœlum usque conscéndere, non potuérunt ultrà huc illúcque diffúgere: præsértim cùm hi qui simuláverant fugam, & tendébant ad solitúdinem, contra persequéntes fortíssimè restitíssent. Vidénsque Jósue & omnis Israël quòd capta es-

ritas, & fumus urbis
deret, revérsus per-
viros Haï. Síquidem
qui céperant & suc-
rant civitátem, egréf-
urbe contra suos, mé-
hóstium feríre cœpé-
Cùm ergo ex utráque
adversárii cæderén-
tà ut nullus de tanta
túdine salvarétur, re-
quoque urbis Haï ap-
ndérunt vivéntem, &
érunt Jósue.

iij. Cùm, *p.* 242.

CANON.

oncílio Burdigalénsi.
no 1583. *Tit.* 5. *De*
Missæ Sacrif.

Arochi vetus illud de-
rétum idéntidem de-
ent, quo, propósitâ
mmunicatiónis pœnâ,
pitur ne quis tribus
nuis Domínicis à Pa-
ális Missæ celebratió-
sit. Quod ut accurá-
dhuc obsérvétur, scis-
tur Confessárii à pœ-
tibus, an huic offício
écerint, & peccáti
tátem, ut ab eo in pó-
n arceántur, ipsis pro-
nt.

ABBATO.

De Libro Jósue.

IO I. *c.* 9. *v.* 3. *ad* 6.

I qui habitábant in
Gábaon, audiéntes
a quæ fécerat Jósue
ho & Haï: & cállidè
ántes, tulérunt sibi ci-
, saccos véteres ási-
nponéntes, & utres
ios scissos atque con-
sútos, calceaméntaque per-
antíqua quæ, ad indícium
vetustátis, pittáciis consúta
erant, indúti vetéribus ve-
stiméntis: panes quoque
quos portábant ob viáti-
cum, duri erant, & in fru-
sta comminúti: perrexe-
rúntque ad Jósue, qui tunc
morabátur in castris Gál-
galæ, & dixérunt ei, atque
simul omni Israéli: De ter-
ra longínqua venímus, pa-
cem vobíscum fácere cu-
piéntes.

Si fiat de Sabbato, duo
priora ℟℟. *è III. Nocturno*
Dom. præced.

LECTIO II. *v.* 15. *ad* 18.

FEcítque Jósue cum eis
pacem, & iníto fœde-
re, pollícitus est quòd non
occideréntur: príncipes
quoque multitúdinis jura-
vérunt eis. Post dies autem
tres iníti fœderis, audiérunt
quòd in vicíno habitárent,
& inter eos futúri essent.
Moverúntque castra fílii Is-
raël, & venérunt in civi-
tátes eórum die tértio, qua-
rum hæc vocábula sunt, Gá-
baon, & Cáphira, & Be-
roth, & Cariathíarim. Et
non percussérunt eos, eò
quòd jurássent eis príncipes
multitúdinis, in nómine
Dómini Dei Israël.

LECTIO III. *v.* 18. *ad* 23.

MUrmurávit ítaque om-
ne vulgus contra prín-
cipes. Qui respondérunt eis:
Jurávimus illis in nómine
Dómini Dei Israël, & id-
círcò non póssumus eos con-

tíngere. Sed hoc faciémus eis: Reservéntur quidem ut vivant, ne contra nos ira Dómini concitétur, si pejeravérimus: sed sic vivant, ut in usus univérsæ multitúdinis ligna cædant, aquásque compórtent. Quibus hæc loquéntibus, vocávit Gabaonítas Jósue, & dixit eis: Cur nos decípere fraude voluístis, ut dicerétis: Procul valde habitámus à vobis, cùm in médio nostrî sitis? Itaque sub maledictióne éritis, & non defíciet de stirpe vestra ligna cædens, aquásque compórtans in domum Dei mei.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno 1624. Cap. 3. De Officiis Divinis. §. 3.*

SI quis Concionátor, Confessárius, aut Theológiæ Proféssor eò temeritátis devenísse reperiátur, ut contra decrétum Missæ Parochiális audiéndæ áliquid prædicáre, consúlere, & docére públicè vel privátim ausus fúerit, eum, ipso facto, suspensiónem & interdíctum incúrrere decérnimus, nullóque eum in loco provínciæ nostræ, útpotè contumácem & sacris Canónibus adversántem, ad functiónes suas unquam admitténdum esse.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. J. In iracúndia Jósue impedítus est Sol, & una dies facta est quasi duo. *Eccli.* 46. 5.

Oratio, Deus, cujus óculis, *infrà, ad Laudes, p.* 256.

DOMINICA V.

POST PENTECOSTEN.

IN I. NOCTURNO.

De Libro Jósue.

LECTIO I. *c.* 10. *v.* 5. *ad* 6.

COngregáti ascendérunt quinque Reges Amorrhæórum, Rex Jerúsalem, Rex Hebron, Rex Jérimoth, Rex Lachis, Rex Eglon, simul cum exercítibus suis, & castrametáti sunt circa Gábaon, oppugnántes eam. Habitatóres autem Gábaon urbis obséssæ misérunt ad Jósue, qui tunc morabátur in castris apud Gálgalam, & dixérunt ei: Ne rétrahas manus tuas ab auxílio servórum tuórum. Ascénde citò, & líbera nos, férque præsídium: convenérunt enim advérsùm nos omnes reges Amorrhæórum, qui hábitant in montánis.

℟. *j.* Dixit Dóminus ad Jósue: * Hódie incípiam exaltáre te coram omni Isräël. *Jos.* 3. 7. ℣. Sectáre justítiam, pietátem, fidem, caritátem, patiéntiam, mansuetúdinem. 1. *Tim.* 6. 11. * Hódie.

LECTIO II. *v.* 7. *ad* 11.

AScendítque Jósue de Gálgalis, & omnis exércitus bellatórum cum eo, viri fortíssimi. Dixítque Dóminus ad Jósue: Ne tímeas eos: in manus enim tuas trádidi illos:

nullus ex eis tibi resístere póterit. Irruit ítaque Jósue super eos repéntè, totâ nocte ascéndens de Gálgalis: & conturbávit eos Dóminus à fácie Israël: contrivítque plagâ magnâ in Gábaon, ac persecútus est eos per viam ascénsûs Beth horon, & percússit usque Azéca & Macéda. Cúmque fúgerent filios Israël, & essent in descénsu Beth horon, Dóminus misit super eos lápides magnos de cœlo usque ad Azéca: & mórtui sunt multò plures lapídibus grándinis, quàm quos gládio percússerant filii Israël.

℟. *ij*. Egréssus est pópulus de tabernáculis suis, ut transíret Jordánem: * Et sacerdótes qui portábant arcam fœderis, pergébant ante eum. *Jos*. 3. 14. ℣. Tabernáculum testimónii induxérunt suscipiéntes patres nostri cum Jesu, in possessiónem géntium. *Act*. 7. 45. * Et sacerdótes.

LECTIO III. *v*. 12. *ad* 16.

TUnc locútus est Jósue Dómino, in die qua trádidit Amorrhǽum in conspéctu filiórum Israël, dixítque coram eis: Sol, contra Gábaon ne movearis, & Luna, contra vallem Aíalon. Steterúntque Sol & Luna, donec ulcisccerétur se gens de inimícis suis. Nónne scriptum est hoc in libro *justórum? Stetit* ítaque Sol in médio cœli, & non festinávit occúmbere, spátio uníus diéi. Non fuit ánteà nec pósteà tam longa dies, obediénte Dómino voci hóminis, & pugnánte pro Israël. Reversúsque est Jósue cum omni Israël in castra Gálgalæ. Fúgerant enim quinque reges, & se abscónderant in spelúnca urbis Macéda.

℟. *iij*. Sacerdótes qui portábant arcam fœderis Dómini, stabant super siccam humum, in médio Jordánis, accíncti; * Omnísque pópulus per aréntem álveum transíbat. *Jos*. 3. 17. ℣. Per fidem vicérunt regna, operáti sunt justítiam, adépti sunt repromissiónes. *Hebr*. 11. 33. * Omnísque. Glória. * Omnísque.

IN II. NOCTURNO.

De Libro Proverbiórum.

LECTIO IV. *c*. 3. *v*. 1. *ad* 8.

FIli mi, ne obliviscáris legis meæ, & præcépta mea cor tuum custódiat. Longitúdinem enim diérum, & annos vitæ, & pacem appónent tibi. Misericórdia & véritas te non déserant: circúmda eas gútturi tuo, & descríbe in tábulis cordis tui: & invénies grátiam, & disciplínam bonam, coram Deo & homínibus. Habe fidúciam in Dómino, ex toto corde tuo, & ne innitáris prudéntiæ tuæ. In ómnibus

viis tuis cógita illum, & ipse díriget gressus tuos. Ne sis sápiens apud temetípsum: time Deum, & recéde à malo: sánitas quippe erit umbílico tuo, & irrigátio óssium tuórum.

℟. *iv.* Muri Jéricho corruérunt; * Et ascéndit unusquísque per locum qui contra se erat, ceperúntque civitátem. *Jos.* 6. 20. ℣. Fide muri Jéricho corruérunt, circúitu diérum septem. *Hebr.* 11. 30. * Et ascéndit.

LECTIO V. *v.* 9. *ad* 18.

HOnóra Dóminum de tua substántia, & de primítiis ómnium frugum tuárum da ei: & implebúntur hórrea tua saturitáte, & vino torculária tua redundábunt. Disciplínam Dómini, fili mi, ne abjícias: nec defícias cùm ab eo corríperis: quem enim díligit Dóminus, córripit: & quasi pater in fílio cómplacet sibi. Beátus homo qui ínvenit sapiéntiam, & qui áffluit prudéntiâ: mélior est acquisítio ejus negotiatióne argénti, & auri primi & puríssimi fructus ejus: pretiósior est cunctis ópibus: & ómnia quæ desiderántur, huic non valent comparári. Longitúdo diérum in déxtera ejus, & in sinístra illíus divítiæ & glória. Viæ ejus viæ pulchræ, & omnes sémitæ illíus pacíficæ. Lignum vitæ est his qui apprehénderint eam: & qui tenúerit eam, beátus.

℟. *v.* Rahab meretrícem, & domum patris ejus, & * Omnia quæ habébat, fecit Jósue vívere, & habitavérunt in médio Israël. *Jos.* 6. 25. ℣. Fide Rahab méretrix non périit cum incrédulis, excípiens exploratóres cum pace. *Hebr.* 11. 31. * Omnia.

LECTIO VI. *v.* 19. *ad* 27.

DOminus sapiéntiâ fundávit terram, stabilívit cœlos prudéntiâ. Sapiéntiâ illíus erupérunt abýssi, & nubes rore concréscunt. Fili mi, ne éffluant hæc ab óculis tuis. Custódi legem atque consílium, & erit vita ánimæ tuæ, & grátia faúcibus tuis. Tunc ambulábis fiduciáliter in via tua, & pes tuus non impínget. Si dormíeris, non timébis: quiésces, & suávis erit somnus tuus. Ne páveas repentíno terróre, & irruéntes tibi poténtias impiórum: Dóminus enim erit in látere tuo, & custódiet pedem tuum, ne capiáris. Noli prohibére benefácere eum qui potest: si vales, & ipse bénefac.

℟. *vj.* Cùm elevásset Jósue clýpeum ex advérso civitátis Haï, insídiæ quæ latébant, surrexérunt conféstim: * Et pergéntes ad civitátem cepérunt & succendérunt igni. *Jos.* 8. 19. ℣. Fortes facti sunt in bello, castra vertérunt exterórum. *Hebr.* 11. 34. * Et

es. Glória. * Et
es.

I. NOCTURNO.
sancti Ambrósii
Epíscopi.
fic. Minist. Lib. 2.
ap. 20. n. 98.

LECTIO VII.

tantus Jesus Nave, leum non solùm erudiad legis sciéntiam cópula, verùm étiam cávit ad grátiam. ne cùm in ejus taulo divinâ refulgére tiâ viderétur majéimini, solus erat in iculo Jesus Nave. cùm Deo loquebásus páriter nube sagebátur. Presbýteri ulus deórsùm staJesus cum Móyse, ipiéndam legem asiat. Omnis pópulus altra erat, Jesus exstra in tabernáculo inii. Cùm colúmna descénderet, & lour cum Móyse, idus adstábat miníec exíbat de taberjúvenis, cùm selongè pósiti divína irent mirácula.

ij. Dixit Jósue: Sol, Gábaon ne moveáLuna, contra valiálon: * Steterúntl & Luna, donec ultur se gens de inimís. *Jos.* 10. 12. 13. ℣. buéritis fidem, sicut n sinápis, dicétis huic: *Transi hinc* illuc, & transíbit. *Matt.* 17. 19. * Steterúntque.

LECTIO VIII. n. 99.

UBíque ígitur, inter admiránda ópera & reveréndà secréta, sancto Móysi indivíduus adhærébat. Unde factum est, ut qui fúerat sócius conversatiónis, fíeret succéssor potestátis. Méritò vir hujúsmodi evásit, ut sísteret flúminum cursus, díceret: Stet Sol; & staret Sol; quasi ejus spectátor victóriæ noctem differret, diem prodúceret. Quid, (quod Móysi negátum est,) solus eligerétur, ut pópulum introdúceret in terram repromissiónis. Magnus vir fídei miráculis, magnus triúmphis. Illíus augustióra ópera, hujus prospérióra. Utérque ígitur divínâ subníxus grátiâ, ultra humánam procéssit conditiónem: ille mari, hic cœlo imperávit.

℟. viij. Non fuit ánteà nec pósteà tam longa dies, * Obediénte Dómino voci hóminis. *Jos.* 10. 14. ℣. Omnia quæcúmque petiéritis in oratióne credéntes, accipiétis. *Matt.* 21. 22. * Obediénte.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

LECTIO IX. *c.* 5. *v.* 20. *ad* 24.

Abundantior justitia.

DIxit Jesus discípulis suis: Dico vobis, quia nisì abundáverit justítia vestra, plusquàm Scribárum

& Pharisæórum, non intrábitis in regnum cœlórum. Et réliqua.

Homília sancti Joánnis Chrysóstomi.

Hom. 16. *in Matt.*

SI offers munus tuum ad altáre, & ibi recordátus fúeris, quia frater tuus habet áliquid advérsùm te, relínque munus tuum ante altáre, & vade priùs reconciliári fratri tuo: & tunc véniens offer munus tuum. O bonitátem, ô benignitátem, quæ omnem sermónem súperat! Honórem suum déspicit pro caritáte erga próximum; osténdens se priùs comminátum esse, non ex inimicítia quadam, vel ex cupiditáte inferéndi supplícii, sed ex amóre fervénti. Quid enim hisce verbis mansuétius fingi possit? Interrumpátur, inquit, cultus meus, ut cáritas tua máneat. Nam verè sacrifícium est, reconciliátio cum fratre. Ideò non dixit: Postquàm obtúleris; vel, Antequàm ófferas; sed, ipso múnere præsénte, & jam sacrifício incipiénte, mittit eum, ut se cum fratre reconcíliet.

℟. *ix.* Judícium verum judicáte; & * Misericórdiam & miseratiónes fácite, unusquísque cum fratre suo. *Zach.* 7. 9. ℣. Omnis qui iráscitur fratri suo, reus erit judício. *Matt.* 5. 22. * Misericórdiam. Glória. * Misericórdiam.

Te Deum.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. Nunquid vult Dóminus holocaústa & víctimas, & non pótiùs ut obediátur voci Dómini? 1. *Reg.* 15. 22.

Oratio.

DEus, cujus óculis fratrum reconciliátio plácitum est sacrifícium; præsta, ut véniam peccatórum, quam ad altáre tuum accedéntes póscimus, omnis injúriæ oblivióne mereámur; Per Dóminum.

C A N O N.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 3. *De Officiis Divinis.* §. 3.

EPíscopus in cujus diœcési patráta fúerit rebéllio contra decrétum Missæ Parochiális audiéndæ, hóminem audácem ad Metropolitánum déferat, cǽteros Comprovinciáles Epíscopos certióres factúrum, ne virum contumácem & sacris Canónibus adversárium úspiàm recípiant, sed à se abjíciant; quo scílicet perículo suo discat Ecclesiásticæ Hierárchiæ órdinem haudquáquàm esse turbándum.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. J. Qui díxerit fratri suo, Fátue, reus erit gehénnæ ignis. *Matt.* 5. 22.

FERIA SECUNDA.

De Libro Jósue.

LECTIO I. *c.* 10. *v.* 28. *ad* 32.

MAcédam cepit Jósue, & percússit eam in ore

: regémque illíus in-
it; & omnes habita-
ejus. Non dimísit in
:ėm parvas relíquias.
ue regi Macéda, si-
fcerat regi Jéricho.
ívit autem cum omni
de Macéda in Lebna,
gnábat contra eam :
trádidit Dóminus
ege suo in manus Is-
percusserúntque ur-
n ore gládii, & om-
abitatóres ejus. Non
érunt in ea ullas re-
s. Fecerúntque regi
a, sicut fécerant regi
io. De Lebna transi-
Lachis, cum omni
; & exércitu per gy-
ispósito, oppugnábat
Tradidítque Dómi-
achis in manus Israël,
bit eam die áltero,
percússit in ore glá-
omnémque ánimam
úerat in ea, sicut fé-
Lebna.
j. Dixit, p. 252.
:IO II. v. 33. ad 37.
) témpore ascéndit
loram Rex Gazer, ut
arétur Lachis : quem
ssit Jósue cum omni
o ejus usque ad inter-
nem. Transivítque de
s in Eglon, & cir-
edit, atque expugná-
m eâdem die : per-
que in ore gládii om-
imas quæ erant in ea,
ómnia quæ fécerat
s. Ascéndit quoque
omni Israël de Eglon
ebron, & pugnávit
contra eam : cepit eam, &
percússit in ore gládii. Re-
gem quoque ejus, & óm-
nia óppida regiónis illíus,
universásque ánimas quæ
in ea fúerant commorátæ.
Non relíquit in ea ullas re-
líquias. Sicut fécerat Eglon;
sic fecit & Hebron, cun-
cta quæ in ea réperit con-
súmens gládio.

℟. ij. Egréssus, p. 253.

LECTIO III. v. 38. ad 40.

INde revérsus in Dabir : cepit eam atque vastávit. Regem quoque ejus atque ómnia per circúitum óppida percússit in ore gládii. Non dimísit in ea ullas relíquias. Sicut fécerat Hebron, & Lebna, & régibus eárum, sic fecit Dabir & regi illíus. Percússit ítaque Jósue omnem terram montánam, & meridiánam, atque campéstrem, & Asedoth, cum régibus suis. Non dimísit in ea ullas relíquias, sed omne quod spiráre póterat, interfécit, sicut præcéperat ei Dóminus Deus Israël.

℟. iij. Sacerdótes, p. 253.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno 1626. Cap. 3. De Officiis Divinis. §. 4.*

MOneant Párochi omnes & Concionatóres sæpíssimè, pópulum, diébus Domínicis & Festis ad audiéndum Sacrum, sub peccáti mortális pœna, te-

néri & obligári. Nullúsque sit, qui contrà docére, prædicáre, aut consúlere áudeat; aut secùs, gráviter ab Ordináriis puniátur.

FERIA TERTIA.

De Libro Jósue.

LECTIO I. *c.* 11. *v.* 13. *ad* 15.

ABsque úrbibus quæ erant in cóllibus & in túmulis sitæ, céteras succéndit Israël; unam tantùm Asor munitíssimam flammâ consúmpsit. Omnémque prædam istárum úrbium ac juménta divisérunt sibi filii Israël, cunctis homínibus interféctis. Sicut præcéperat Dóminus Móysi servo suo, ità præcépit Móyses Jósue, & ille univérsa complévit. Non prætériit de univérsis mandátis, nec unum quidem verbum quod jússerat Dóminus Móysi.

℟. *j.* Muri, *p.* 254.

LECTIO II. *v.* 16. *ad* 20.

CEpit ítaque Jósue omnem terram montánam & meridiánam, terrámque Gosen, & planítiem, & Occidentálem plagam, montémque Israël, & campéstria ejus, & partem montis quæ ascéndit Seïr usque Baálgad, per planítiem Líbani subter montem Hermon. Omnes reges eórum cepit, percússit, & occídit. Multo témpore pugnávit Jósue contra reges istos. Non fuit cívitas quæ se tráderet filiis Israël, præter Hevæum, qui habitábat in Gábaon: omnes enim bellándo cepit. Dómini enim senténtia fúerat, ut induraréntur corda eórum, & pugnárent contra Israël, & cáderent, & non mereréntur ullam deméntiam, ac perírent, sicut præcéperat Dóminus Móysi.

℟. *ij.* Rahab, *p.* 254.

LECTIO III. *v.* 21. *ad fin.*

IN illo témpore, venit Jósue, & interfécit Enacim de montánis, Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Juda & Israël; urbésque eórum delévit. Non relíquit ullum de stirpe Enacim, in terra filiórum Israël: absque civitátibus Gaza, & Geth, & Azóto, in quibus solis relícti sunt. Cepit ergo Jósue omnem terram, sicut locútus est Dóminus ad Móysen: & trádidit eam in possessiónem filiis Israël, secúndùm partes & tribus suas: quievítque terra à prǽliis.

℟. *iij.* Cùm, *p.* 254.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 3. *De Officiis Divinis.* §. 5.

NE à divinárum meditatióne rerum pópulus Missæ Parochiáli assístens avertátur; publicatiónes auctiónum, & denuntiatiónes quascúmque quæ ad negótia temporália pértinent, in Ecclésia omnínò fieri prohibémus.

ERIA QUARTA.
De Libro Jósue.
ECTIO I. *c.* 21. *v.* 39. *ad finem.*

Ivitátes univérsæ Levitárum in médio possessiónis filiórum Israël fuérunt quadragínta octo cum burbánis suis, síngulæ r famílias distribútæ. Deque Dóminus Deus Israëli omnem terram quam aditúrum se pátribus eórum juráverat: & possedérunt illam, atque habitavérunt in ea. Dátaque est b eo pax in omnes per rcúitum natiónes: nullúsque eis hóstium resístere ausus est, sed cuncti in eórum ditiónem redácti sunt. e unum quidem verbum, uod illis præstitúrum se se promíserat, írritum it, sed rebus expléta sunt mnia.

℟. *j.* Dixit Jósue, *p.* 255.

ECTIO II. *c.* 22. *v.* 1. *ad* 6.

Odem témpore, vocávit Jósue Rubenítas, : Gadítas, & dimídiam ibum Manásse, dixítque d eos: Fecístis ómnia quæ ræcépit vobis Móyses fáulus Dómini: mihi quoue in ómnibus obedístis, ec reliquístis fratres veros longo témpore, usue in præséntem diem, ustodiéntes impérium Dóini Dei vestri. Quia ígiir dedit Dóminus Deus estær frátribus vestris quiém & *pacem, sicut pollícitus* est: revertímini, & ite in tabernácula vestra, & in terram possessiónis, quam trádidit vobis Móyses fámulus Dómini, trans Jordánem. Ità duntáxàt, ut custodiátis atténte, & ópere compleátis mandátum & legem quam præcépit vobis Móyses fámulus Dómini, ut diligátis Dóminum Deum vestrum, & ambulétis in ómnibus viis ejus, & obsérvétis mandáta illíus, adhæreatísque ei, ac serviátis in omni corde, & in omni ánima vestra. Benedixítque eis Jósue, & dimísit eos. Qui revérsi sunt in tabernácula sua.

℟. *ij.* Non, *p.* 255.

LECTIO III. *v.* 7. *ad* 10.

Dimídiæ autem tríbui Manásse possessiónem Móyses déderat in Basan: & idcircò médiæ quæ supérfuit, dedit Jósue sortem inter cæteros fratres suos, trans Jordánem, ad Occidentálem plagam. Cúmque dimítteret eos in tabernácula sua, & benedixísset eis, dixit ad eos: In multa substántia atque divítiis revertímini ad sedes vestras, cum argénto & auro, ære ac ferro, & veste multíplici: divídite prædam hóstium cum frátribus vestris. Reversíque sunt, & abiérunt filii Ruben, & filii Gad, & dimídia tribus Manásse, à fíliis Israël de Silo, quæ

sita est in Chánaan, ut intrárent Gálaad terram possessiónis suæ, quam obtinúerant juxta impérium Dómini, in manu Móysi. Cúmque veníssent ad túmulos Jordánis in terram Chánaan, ædificavérunt juxta Jordánem altáre infinítæ magnitúdinis.

℟. *iij.* Fuit ergo Dóminus cum Jósue: * Et nomen ejus vulgátum est in omni terra. *Jos. 6. 27.* ℣. Erat Deus cum eo. *Act. 7. 9.* * Et. Glória. * Et.

C A N O N.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 3. *De Officiis Divinis.* §. 5.

Liberum sit publicatiónes auctiónum, & denuntiatiónes quæ ad negótia temporália pértinent, per officiáles seculáres, aut álios, in egréssu pópuli ad jánuas Ecclésiæ fieri; & ità factæ publicatiónis quò major fides accédat, actum per Párochos, si negótium id éxigat, concédi.

FERIA QUINTA.

De Libro Jósue.

Lectio I. *c.* 22. *v.* 11. *ad* 19.

Cum audíssent filii Israël, & ad eos certi núntii detulíssent, ædificásse filios Ruben, & Gad, & dimídiæ tribûs Manásse, altáre in terra Chánaan, super Jordánis túmulos, contra filios Israël, convenérunt omnes in Silo, ut ascénderent & dimicárent contra eos. Et ínterim misérunt ad illos in terram Gálaad, Phínees filium Eleázari sacerdótis, & decem príncipes cum eo, síngulos de síngulis tríbubus. Qui venérunt ad filios Ruben, & Gad, & dimídiæ tribûs Manásse, in terram Gálaad, dixerúntque ad eos: Hæc mandat omnis pópulus Dómini: Quæ est ista transgréssio? Cur reliquístis Dóminum Deum Israël, ædificántes altáre sacrílegum, & à cultu illíus recedéntes? An parùm vobis est quòd peccástis in Beelphégor, & usque in præséntem diem mácula hujus scéleris in nobis pérmanet, multíque de pópulo corruérunt? Et vos hódie reliquístis Dóminum, & cras in univérsum Israël ira ejus desǽviet. Quòd si putátis immúndam esse terram possessiónis vestræ, transíte ad terram in qua tabernáculum Dómini est, & habitáte inter nos: tantùm ut à Dómino & à nostro consórtio non recedátis, ædificáto altári præter altáre Dómini Dei nostri.

℟. *j.* Dixit, *p.* 252.

Lectio II. *v.* 21. *ad* 27.

Responderúntque filii Ruben & Gad, & dimídia tribus Manásse, princípibus legatiónis Israël: Fortíssimus Deus Dóminus, fortíssimus Deus Dóminus, ipse novit, & Is-

ræël simul intélliget : si prævaricatiónis ánimo hoc altáre construximus , non custódiat nos , sed púniat nos in præsénti : & si eâ mente fécimus , ut holocaústa , & sacrifícium , & pacíficas víctimas super eo imponerémus , ipse quærat & júdicet : & non eâ magìs cogitatióne atque tractátu , ut dicerémus : Cras dicent filii vestri fíliis nostris : Quid vobis & Dómino Deo Israël ? Términum pósuit Dóminus inter nos & vos , ô filii Ruben , & fílii Gad ! Jordánem flúvium : & idcírcò partem non habétis in Dómino. Et per hanc occasiónem avértent filii vestri fílios nostros à timóre Dómini. Putávimus ítaque méliùs , & díximus : Extruámus nobis altáre , non in holocaústa , neque ad víctimas offeréndas , sed in testimónium inter nos & vos , & sóbolem nostram vestrámque progéniem , ut serviámus Dómino , & juris nostri sit offérre , & holocaústa , & víctimas , & pacíficas hóstias ; & nequáquàm dicant cras filii vestri fíliis nostris : Non est vobis pars in Dómino.

℟. *ij.* Egréssus , *p.* 253.

LECTIO III. *v.* 29. *ad* 33.

ABsit à nobis hoc scelus , ut recedámus à Dómino , & ejus vestígia relinquámus , extrúcto altári ad holocaústa , & sacrifícia , & víctimas offeréndas , præter altáre Dómini Dei nostri , quod extrúctum est ante tabernáculum ejus. Quibus audítis , Phínees sacérdos , & príncipes legatiónis Israël , qui erant cum eo , placáti sunt : & verba filiórum Ruben , & Gad , & dimídiæ tribûs Manásse , libentíssimè suscepérunt. Dixítque Phínees fílius Eleázari sacérdos ad eos : Nunc scimus quòd nobíscum sit Dóminus , quóniam aliéni estis à prævaricatióne hac , & liberástis fílios Israël de manu Dómini. Reversúsque est cum princípibus à filiis Ruben & Gad , de terra Gálaad , fínium Chánaan , ad fílios Israël , & rétulit eis. Placuítque sermo cunctis audiéntibus. Et laudavérunt Deum fílii Israël , & nequáquàm ultrà dixérunt , ut ascénderent contra eos , atque pugnárent , & delérent terram possessiónis eórum.

℟. *iij.* Sacerdótes , *p.* 253.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno 1624. Cap. 3. De Officiis Divinis. §. 7.*

CUram hábeant Párochi & Ecclesiárum Superióres , ne mendicántium turba Ecclésiam circúmiens devotiónem pópuli & Offícia divína pertúrbet : moneántque sédulò pópulum Párochi & Concionatóres ,

ità paupéribus in jánuis Ecclesiárum consisténtibus succúrrat, ut ibi quiéscant egéni.

FERIA SEXTA.

De Libro Jósue.

LECTIO I. *c.* 23. *v.* 1. *ad* 6.

EN Volúto multo témpore, postquàm pacem déderat Dóminus Israéli, subjéctis in gyro natiónibus univérsis, & Jósue jam longævo, & persenílis ætátis, vocávit Jósue omnem Israélem, majoréfque natu, & príncipes, ac duces, & magístros, dixítque ad eos: Ego sénui, & progressióris ætátis sum: vósque cérnitis ómnia quæ fécerit Dóminus Deus vester cunctis per circúitum natiónibus, quo modo pro vobis ipse pugnáverit: & nunc quia vobis sorte divísit omnem terram, ab Orientáli parte Jordánis, usque ad Mare magnum, multǽque adhuc supérsunt natiónes. Dóminus Deus vester dispérdet eas, & aúferet à fácie vestra, & possidébitis terram, sicut vobis pollícitus est. Tantùm confortámini, & estóte sollíciti, ut custodiátis cuncta quæ scripta sunt in volúmine legis Móysi, & non declinétis ab eis, neque ad déxteram, neque ad sinístram.

℟. *j.* Muri, *p.* 254.

LECTIO II. *v.* 11. *ad* 13.

HOc tantùm diligentíssimè præcavéte, ut diligátis Dóminum Deum vestrum. Quòd si voluéritis géntium harum quæ inter vos hábitant, erróribus adhærére, & cum eis miscére connúbia, atque amicítias copuláre, jam nunc scitóte quòd Dóminus Deus vester non eas déleat ante fáciem vestram, sed sint vobis in fóveam ac láqueum, & offendículum ex látere vestro, & sudes in óculis vestris, donec vos aúferat atque dispérdat de terra hac óptima quam trádidit vobis.

℟. *ij.* Rahab, *p.* 254.

LECTIO III. *v.* 14. *ad fin.*

EN ego hódie ingrédior viam univérsæ terræ: & toto ánimo cognoscétis, quòd de ómnibus verbis, quæ se Dóminus præstitúrum vobis esse pollícitus est, unum non præteríerit incássùm. Sicut ergo implévit ópere quod promísit, & próspera cuncta venérunt: sic addúcet super vos quidquid malórum comminátus est, donec vos aúferat atque dispérdat de terra hac óptima, quam trádidit vobis, eò quòd prætériéritis pactum Dómini Dei vestri, quod pépigit vobíscum, & serviéritis diis aliénis, & adoravéritis eos. Citò atque velóciter consúrget in vos furor Dómini, & auferémini ab hac terra óptima quam trádidit vobis.

℟. *iij.* Cùm, *p.* 254.

A N O N.
llio Burdigalénsi.
624. *Cap.* 3. *De*
r *Divinis.* §. 8.
iéndis Sacris, eâ
tiâ, & córporis
óne consístere Fi-
ibus olim primæ-
áni, viri à mulié-
ráti, divínis assi-
nparémus. Sed ne
altária contíngat
iet, néve mulie-
ia Presbyterórum
láčter óccupent,
iéstè sacris intér-
ainò prohibémus.
B B A T O.
Libro Jósue.
. *c.* 24. *v.* 14. *ad* 16.
: ergo timéte Dó-
um, & servíte ei,
corde atque verís-
uférte deos, qui-
runt patres vestri
otámia & in Ægý-
servíte Dómino.
n malum vobis vi-
Dómino serviátis,
bis datur: elígite
od placet, cui ser-
ssimùm debeátis,
is, quibus servié-
es vestri in Meso-
, an diis Amor-
, in quorum terra
: ego autem & do-
serviémus Dómi-
ndítque pópulus,
bsit à nobis ut re-
is Dóminum, &
s diis aliénis.
de Sabbato, duo
p. *è III. Nocturno*
eced.

L E C T I O II. *v.* 22. *ad* 28.

ET Jósue ad pópulum: Testes, inquit, vos estis, quia ipsi elegéritis vobis Dóminum, ut serviátis ei. Responderúntque: Testes. Nunc ergo, ait, auférte deos aliénos de médio vestrî, & inclináte corda vestra ad Dóminum Deum Israël. Dixítque pópulus ad Jósue: Dómino Deo nostro serviémus, & obediéntes érimus præcéptis ejus. Percússit ergo Jósue in die illo fœdus, & propósuit pópulo præcépta atque judícia in Sichem. Scripsit quoque ómnia verba hæc in volúmine Legis Dómini: & tulit lápidem pergrándem, posuítque eum subter quercum, quæ erat in Sanctuário Dómini: & dixit ad omnem pópulum: En lapis iste erit vobis in testimónium, quòd audíerit ómnia verba Dómini quæ locútus est vobis: ne fortè pósteà negáre velítis, & mentíri Dómino Deo vestro. Dimisítque pópulum, síngulos in possessiónem suam.

L E C T I O III. *v.* 29. *ad finem.*

ET post hæc mórtuus est Jósue fílius Nun servus Dómini, centum & decem annórum: sepeliérúntque eum in fínibus possessiónis suæ in Thamnatsáre, quæ est sita in monte Ephraïm, à Septentrionáli parte montis Gaas. Servivítque

Israël Dómino, cunctis diébus Jósue, & seniórum qui longo vixérunt témpore post Jósue, & qui novérunt ómnia ópera Dómini quæ fécerat in Israël. Ossa quoque Joseph, quæ túlerant filii Israël de Ægýpto, sepeliérunt in Sichem, in parte agri quem émerat Jacob à filiis Hemor patris Sichem, centum novéllis óvibus, & fuit in possessiónem filiórum Joseph. Eleázar quoque filius Aaron mórtuus est: & sepeliérunt eum in Gábaath Phínees filii ejus, quæ data est ei in monte Ephraïm.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 11. *De Eucharistia.*

SAcerdótes quosdam usque ádeò nóminis & offícii sui, crassâ quádam socórdiâ oblítos esse dolémus, ut vix semel in annos síngulos, aut certè raríssimè, Sacrifícium Missæ fáciant. Unde tales ad Epíscopum deférri præcípimus: ut ille, pro suo jure, eos omni ratióne cogat, suum ritè munus explére.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. * Sit memória Júdicum in benedictióne, & ossa eórum púllulent de loco suo, & nomen eórum permáneat in ætérnum. *Eccli.* 46. 14. 15.

Oratio, Deus, cujus providéntia, *infrà*, *ad Laudes*, p. 268.

DOMINICA VI. POST PENTECOSTEN.

IN I. NOCTURNO.

Incipit Liber Júdicum.

LECTIO I. *c.* 1. *v.* 1. *ad* 4.

POst mortem Jósue, consuluérunt filii Israël Dóminum, dicéntes: Quis ascéndet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? Dixítque Dóminus: Judas ascéndet: ecce trádidi terram in manus ejus. Et ait Judas Simeóni fratri suo: Ascénde mecum in sortem meam, & pugna contra Chananæum, ut & ego pergam tecum in sortem tuam. Et ábiit cum eo Símeon. Ascendítque Judas, & trádidit Dóminus Chananæum ac Pherezæum in manus eórum: & percussérunt in Bezec decem míllia virórum.

℟. *j.* Edúxi vos de Ægýpto, * Et introdúxi in terram pro qua jurávi pátribus vestris. *Judic.* 2. 1. ℣. Non vos me elegístis, sed ego elégi vos. *Joan.* 15. 16. * Et.

LECTIO II. *v.* 5. *ad* 7.

INvenerúntque Adonibezec in Bezec, & pugnavérunt contra eum, ac percussérunt Chananæum & Pherezæum. Fugit autem Adoníbezec: quem persecúti comprehendérunt, cæsis summitátibus mánuum ejus ac pedum. Dixítque Adoníbezec: Septuagínta reges, amputátis mánuum ac pedum summitátibus, colligébant

collligébant sub mensa mea cibórum relíquias: sicut feci, ità réddidit mihi Deus. Adduxerúntque eum in Jerúsalem, & ibi mórtuus est.

℟. ij. Veheménter afflícti sunt patres nostri; * Suscitavítque Dóminus Júdices, qui liberárent eos de vastántium mánibus. *Judic.* 2. 15. 16. ℣. Unus est Legislátor & Judex, qui potest pérdere & liberáre. *Jac.* 4. 12. * Suscitavítque.

Lectio III. *v.* 8. *ad* 13.

OPpugnántes ergo filii Juda Jerúsalem, cepérunt eam, & percussérunt in ore gládii, tradéntes cunctam incéndio civitátem. Et pósteà descendéntes pugnavérunt contra Chananæum, qui habitábat in montánis, & ad merídiem, & in campéstribus. Pergénsque Judas contra Chananæum, qui habitábat in Hebron, cujus nomen fuit antíquitùs Cáriath Arbe, percússit Sésaï, & Ahiman, & Thólmaï: atque inde proféctus, ábiit ad habitatóres Dabir, cujus nomen vetus erat Cáriath Sepher, id est, cívitas Litterárum. Dixítque Caleb: Qui percússerit Cáriath Sepher, & vastáverit eam, dabo ei Axam fíliam meam uxórem. Cúmque cepísset eam Othóniel, filius Cenez, frater Caleb minor, dedit ei Axam fíliam suam cónjugem.

℟. iij. Nova bella elégit Dóminus; * Et portas hóstium ipse subvértit. *Judic.* 5. 8. ℣. Gentes éxpulit Deus à fácie patrum nostrórum. *Act.* 7. 45. * Et portas. Glória. * Et portas.

IN II. NOCTURNO.

De Libro Ecclesiástici.

Lectio IV. *c.* 46. *v.* 13. *ad* 15.

JUdices síngulì suo nómine, quorum non est corrúptum cor: qui non avérsi sunt à Dómino, ut sit memória illórum in benedictióne, & ossa eórum púllulent de loco suo, & nomen eórum permáneat in ætérnum, pérmanens ad filios illórum, sanctórum virórum glória.

℟. jv. Citò deseruérunt filii Israël viam per quam ingréssi fúerant patres eórum; * Et audiéntes mandáta Dómini, ómnia fecére contrária. *Judic.* 2. 17. ℣. Noluérunt obedíre patres nostri. *Act.* 7. 39. * Et audiéntes.

Lectio V. *v.* 16. *ad* 19.

DIléctus à Dómino Deo suo Sámuel Prophéta Dómini, renovávit impérium, & unxit príncipes in gente sua. In lege Dómini congregatiónem judicávit, & vidit Deus Jacob: & in fide sua probátus est Prophéta, & cógnitus est in verbis suis fidélis, quia vidit Deum lucis. Et invocávit Dóminum omni-

poténtem, in oppugnándo hostes circumstántes úndique, in oblatióne agni inviolátí.

℟. v. Multò faciébant pejóra, quàm fécerant patres eórum, * Sequéntes deos aliénos, serviéntes eis, & adorántes illos. *Judic.* 2. 19. ℣. Obtulérunt hóstiam simulácro, & lætabántur in opéribus mánuum suárum. *Act.* 7. 41. * Sequéntes.

LECTIO VI. *v.* 20. *ad finem.*

ET intónuit de cœlo Dóminus: & in sónitu magno, audítam fecit vocem suam, & contrívit príncipes Tyriórum, & omnes duces Philísthiim. Et ante tempus finis vitæ suæ & séculi, testimónium præbuit in conspéctu Dómini & Christi. Pecúnias & usque ad calceaménta ab omni carne non accépit, & non accusávit illum homo. Et post hæc dormívit, & notum fecit regi, & osténdit illi finem vitæ suæ, & exaltávit vocem suam de terra, in prophetía delére impietátem gentis.

℟. vj. Cùm Dóminus Júdices suscitáret, * In diébus eórum flectebátur misericórdiâ, & audiébat afflictórum gémitus. *Judic.* 2. 18. ℣. Si quis Dei cultor est, & voluntátem ejus facit, hunc exaúdit. *Joan.* 9. 31. * In diébus. Glória. * In diébus.

IN III. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustini Epíscopi.

Quæst. in Judic. Lib. 7. *Quest.* 2.

LECTIO VII.

ET factum est, postquàm defúnctus est Jesus, interrogábant filii Israël in Dómino, dicéntes: Quis ascéndet nobíscum ad Chananæum, dux ad debellándum eum? Et dixit Dóminus: Judas ascéndet. Hîc quæritur, utrùm áliquis homo Judas vocabátur, an ipsam tribum, ità ut solet, sic appellávit. Sed illi qui interrogáverant Dóminum, post mortem Jesu Nave, ducem requirébant: unde putátur unius expréssum hóminis nomen. Verùm quia non solet duces nomináre Scriptúra, cùm constituúntur, nisì commemorátâ étiam orígine paréntum, & constat post Jesum duces habuísse pópulum Israël, quorum primus est Gothóniel, filius Cenez, réctiùs intellígitur nómine Judæ, tribum Juda fuísse significátam. Ab ipsa enim tribu vóluit Dóminus incípere cónteri Chananæos.

℟. vij. Fecérunt malum in conspéctu Dómini, & * Oblíti sunt Dei sui. *Judic.* 3. 7. ℣. Incircumcísis córdibus & aúribus. *Act.* 7. 51. * Oblíti.

LECTIO VIII.

ET cùm pópulus de duce interrogásset, ad

hoc váluit respónsio Dómini, ut scirent Deum noluísse ab univérso pópulo bellári advérsùs Chananæos. Dixit ergo: Judas ascéndet. Et séquitur Scriptúra narrans: Et dixit Judas ad Símeon fratrem suum: útique tribus ad tribum; non enim adhuc vivébant illi filii Jacob, qui dicti sunt Judas & Símeon, inter cæteros fratres suos própriis nomínibus appelláti: sed dixit tribus Juda ad tribum Símeon: Ascénde mecum in sortem meam, & bellémus in Chananæo, & ibo étiam ego tecum in sortem tuam. Maniféstum est, auxílium sibi tribum Juda altérius tribûs postuláſſe, quod rédderet, cùm & illi in sua sorte habére incíperent necessárium.

℟. *viij.* Clamavérunt ad Dóminum, qui * Suscitávit eis salvatórem, & liberávit eos. *Judic.* 3. 9. ℣. Omnis quicúmque invocáverit nomen Dómini, salvus erit. *Rom.* 10. 13. * Suscitávit.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Marcum.

LECTIO IX. *c.* 8. *v.* 1. *ad* 9.

Septem panes multiplicati.

IN diébus illis, cùm turba multa esset cum Jesu, nec habérent quod manducárent, convocátis discípulis suis, ait illis: Miséreor super turbam. Et réliqua.

Homília sancti Bernárdi Abbátis.

Serm. 1. *Dom. VI. post Pentecost.* n. 2. 4.

QUóniam Apóstolis dícitur: Fácite hómines discúmbere; discúmbere vos admonémus, fratres caríssimi, ut reficti pane benedictiónis, subsístere possítis in via. Jam verò, ne longiùs prótraham vos, septem panes quibus reficiámini, isti sunt. Primus panis, verbum Dei. Secúndus, obediéntia est. Tértius panis, meditátio sancta. Quartus, orántium lácrymæ. Quintus verò, pœniténtiæ labor est. Sextus panis, est jucúnda unanímitas sociális. Porrò séptimus panis, est Eucharístia: quóniam, Panis, inquit, quem ego do, Caro mea est, pro mundi vita.

℟. *jx.* Allevat Dóminus omnes qui córruunt, & érigit omnes elísos. * Oculi ómnium in te sperant, Dómine; & tu das escam illórum, in témpore opportúno. *Ps.* 144. 14. 15. ℣. Unde illos quis póterit hîc saturáre pánibus, in solitúdine? *Marc.* 8. 4. * Oculi ómnium. Glória. * Oculi ómnium.

Te Deum.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. a. Ipse Deus dixit: Non te déseram, neque derelínquam; ità ut confidénter dicámus: Dóminus mihi adjútor. *Hebr.* 13. 5. 6.

Oratio.

DEus, cujus providéntia in suî dispositióne non fállitur; te súpplices exorámus, ut nóxia cuncta submóveas, & ómnia nobis profutúra concédas; Per Dóminum.

C A N O N.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 9. *De Canonicis.* §. 1.

PLácuit, ut horis débitis laudes divínæ per síngulas Horas in ómnibus Ecclésiis Cathedrálibus & Collegiátis, non cursim & festinánter, sed tractim & cum áliqua quiéte in médio cujúslibet Psalmórum Versículi, cum débita differéntia Solémnis & Feriális Offícii, reverénter ab ómnibus persolvántur, decérnere.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. f. Manducavérunt, & saturáti sunt, & sustulérunt quod superáverat de fragméntis, septem sportas. *Marc.* 8. 8.

FERIA SECUNDA.

De Libro Júdicum.

LECTIO I. *c.* 2. *v.* 1. *ad* 7.

ASCéndit Angelus Dómini de Gálgalis ad Locum fléntium, & ait: Edúxi vos de Ægýpto, & introdúxi in terram pro qua jurávi pátribus vestris: & pollícitus sum, ut non fácerem írritum pactum meum vobíscum in sempitérnum: ità duntáxàt ut non ferirétis fœdus cum habitatóribus terræ hujus, sed aras eórum subverterétis: & noluístis audíre vocem meam: cur hoc fecístis? Quam ob rem nólui delére eos à fácie vestra: ut habeátis hostes, & dii eórum sint vobis in ruínam. Cúmque loquerétur Angelus Dómini hæc verba ad omnes fílios Israël, elevavérunt ipsi vocem suam, & flevérunt. Et vocátum est nomen loci illíus, Locus fléntium, sive lacrymárum: immolaverúntque ibi hóstias Dómino. Dimísit ergo Jósue pópulum: & abiérunt filii Israël unusquísque in possessiónem suam, ut obtinérent eam. Serviérúntque Dómino cunctis diébus ejus, & seniórum qui longo post eum vixérunt témpore, & nóverant ómnia ópera Dómini quæ fécerat cum Israël.

℞. *j.* Edúxi, *p.* 264.

LECTIO II. *v.* 8. *ad* 13.

MOrtuus est autem Jósue fílius Nun, fámulus Dómini, centum & decem annórum, & sepeliérunt eum in fínibus possessiónis suæ in Thamnáthsare, in monte Ephraïm, à Septentrionáli plaga montis Gaas. Omnísque illa generátio congregáta est ad patres suos. Et surrexérunt álii, qui non nóverant Dóminum, & ópera quæ fécerat cum Israël. Fecerúntque fílii Israël malum in conspéctu Dómini, & serviérunt Baálim, ac dimisérunt Dóminum Deum

patrum suórum, qui edúxerat eos de terra Ægýpti: & secúti sunt deos aliénos, deósque populórum qui habitábant in circúitu eórum, & adoravérunt eos. Et ad iracúndiam concitavérunt Dóminum, dimitténtes eum, & serviéntes Baal & Astaroth.

℟. *ij*. Veheménter, *p.* 265.

LECTIO III. *v.* 14. *ad* 19.

IRatúsque Dóminus contra Isráël, trádidit eos in manus diripiéntium: qui cepérunt eos, & vendidérunt hóstibus qui habitábant per gyrum. Nec potuérunt resístere adversáriis suis: sed quocúmque pérgere voluíssent, manus Dómini super eos erat, sicut locútus est, & jurávit eis: & veheménter afflícti sunt. Suscitavítque Dóminus Júdices, qui liberárent eos de vastántium mánibus: sed nec eos audíre voluérunt, fornicántes cum diis aliénis, & adorántes eos. Citò deseruérunt viam per quam ingréssi fúerant patres eórum: & audiéntes mandáta Dómini, ómnia fecére contrária. Cúmque Dóminus Júdices suscitáret, in diébus eórum flectebátur misericórdiâ: & audiébat afflictórum gémitus, & liberábat eos de cæde vastántium. Postquàm autem mórtuus esset Judex, revertebántur, & multò faciébant pejóra, quàm fécerant patres eórum, sequéntes deos aliénos, serviéntes eis, & adoràntes illos. Non dimisérunt adinventiónes suas, & viam duríssimam per quam ambuláre consuevérunt.

℟. *iij*. Nova, *p.* 265.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 9. *De Canonicis*. §. 1.

NE áliquid indecórum, vernáculè, vel áliud quídpiam aliénum, aut ab Ecclésia non approbátum, cantétur, sub gravi pœna prohibémus.

FERIA TERTIA.

De Libro Júdicum.

LECTIO I. *c.* 2. *v.* 20. *ad finem.*

IRatús est furor Dómini in Isráël, & ait: Quia írritum fecit gens ista pactum meum quod pepígeram cum pátribus eórum, & vocem meam audíre contémpsit, & ego non delébo gentes quas dimísit Jósue, & mórtuus est: ut in ipsis expériar Isráël, utrùm custódiant viam Dómini & ámbulent in ea, sicut custodiérunt patres eórum, an non. Dimísit ergo Dóminus omnes natiónes has, & citò subvértere nóluit, nec trádidit in manus Jósue.

℟. *j*. Citò, *p.* 265.

LECTIO II. *c.* 3. *v.* 5. *ad* 10.

ITaque filii Isráël habitavérunt in médio Chananæi, & Hethæi, & Amor-

rhæi, & Pherezæi, & Hevæi, & Jebusæi: & duxérunt uxóres fílias eórum, ipsíque fílias suas fíliis eórum tradidérunt, & serviérunt diis eórum. Fecerúntque malum in conspéctu Dómini, & oblíti sunt Dei sui, serviéntes Baálim & Astaroth. Iratúsque contra Israël Dóminus, trádidit eos in manus Chusan Rasáthaïm regis Mesopotámiæ, servierúntque ei octo annis. Et clamavérunt ad Dóminum, qui suscitávit eis salvatórem, & liberávit eos, Othóniel vidélicet, fílium Cenez, fratrem Caleb minórem. Fuítque in eo Spíritus Dómini, & judicávit Israël. Egressúsque est ad pugnam, & trádidit Dóminus in manus ejus Chusan Rasáthaïm regem Sýriæ, & oppréssit eum.

℟. *ij.* Multò, *p.* 266.

Lectio III. *v.* 11. *ad* 15.

Quievítque terra quadragínta annis, & mórtuus est Othóniel, fílius Cenez. Addidérunt autem fílii Israël fácere malum in conspéctu Dómini: qui confortávit advérsùm eos Eglon regem Moab; quia fecérunt malum in conspéctu ejus. Et copulávit ei fílios Ammon, & Amalec. Abiítque & percússit Israël, atque possédit urbem Palmárum. Servierúntque fílii Israël Eglon regi Moab decem & octo annis: & pósteà clamavérunt ad Dóminum, qui suscitávit eis salvatórem vocábulo Aod, fílium Gera, fílii Jémini, qui utrâque manu pro déxtera utebátur.

℟. *iij.* Cùm, *p.* 266.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 9. *De Canonicis.* §. 2.

Canónicos Choro assisténtes, gravitátem serváre, collocutiónes vitáre, scriptúras quáslibet, aut libros mínimè légere, nec privátim Officium recitáre statúimus; sed eos lábiis Omnipoténtis benefício apértis, in Psalmis, Hymnis, & Cánticis Deo alácriter modulári, attentiónem commonstráre, eóque modo devotiónem pópulis infúndere & ingeneráre decérnimus.

FERIA QUARTA.

De Libro Júdicum.

Lectio I. *c.* 3. *v.* 15. *ad* 22.

Misérunt fílii Israël, per Aod, múnera Eglon regi Moab. Qui fecit sibi gládium ancípitem, habéntem in médio cápulum longitúdinis palmæ manûs, & accínctus est eo subter sagum in dextro fémore: obtulítque múnera Eglon regi Moab. Erat autem Eglon crassus nimis. Cúmque obtulísset ei múnera, proſecútus est sócios, qui

cum eo vénerant. Et revérsus de Gálgalis, ubi erant idóla, dixit ad regem: Verbum secrétum hábeo ad te, ô Rex! Et ille imperávit siléntium. Egressisque ómnibus qui circa eum erant, ingréssus est Aod ad eum: sedébat autem in æstívo cœnáculo solus. Dixítque: Verbum Dei hábeo ad te. Qui statim surréxit de throno. Extendítque Aod sinístram manum, & tulit sicam de déxtero fémore suo, infixítque eam in ventre ejus tam válidè, ut cápulus sequerétur ferrum in vúlnere, ac pinguíssimo ádipe stringerétur. Nec edúxit gládium, sed ità ut percússerat, relíquit in córpore: statímque per secréta natúræ, alvi stércora prorupérunt.

℟. *j.* Fecérunt malum, *p.* 266.

Lectio II. *v.* 23. *ad* 28.

Aod autem, clausis diligentíssimè óstiis cœnáculi, & obfirmátis serâ, per pósticum egréssus est. Servíque regis ingréssi vidérunt clausas fores cœnáculi, atque dixérunt: Fórsitan purgat alvum in æstívo cubículo. Expectantésque diu, donec erubéscerent, & vidéntes quòd nullus aperíret, tulérunt clavem: & aperiéntes invenérunt dóminum suum in terra jacéntem mórtuum. Aod autem, *dum illi turbaréntur*, effúgit, & pertránsiit locum idolórum, unde revérsus fúerat. Venítque in Séirath: & statim insónuit búccinâ in monte Ephraïm: descenderúntque cum eo filii Israël, ipso in fronte gradiénte. Qui dixit ad eos: Sequímini me: trádidit enim Dóminus inimícos nostros Moabítas in manus nostras.

℟. *ij.* Clamavérunt, *p.* 267.

Lectio III. *v.* 28. *ad finem.*

Descenderúntque post eum, & occupavérunt vada Jordánis, quæ transmíttunt in Moab. Et non dimisérunt transíre quemquam: sed percussérunt Moabítas in témpore illo, círciter decem míllia, omnes robústos & fortes viros, nullus eórum evádere pótuit. Humiliatúsque est Moab in die illo sub manu Israël: & quiévit terra octogínta annis. Post hunc fuit Samgar, fílius Anath, qui percússit de Philísthiim sexcéntos viros vómere: & ipse quoque deféndit Israël.

℟. *iij.* Respéxit ad Gédeon Dóminus, & ait: Vade in hac fortitúdine tua, * Et liberábis Israël, de manu Mádian; scito quòd míserim te. *Judic.* 6. 14. ℣. Certa bonum certámen. 1. *Tim.* 6. 12. * Et liberábis. Glória. * Et liberábis.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 9. *De Canonicis*. §. 4.

NE perfunctório modo & irreligiósè Offícia peragántur divína, ad præscríptum sacrórum Cánonum, omnes Canónicos Choro horis débitis, à princípio earúmdem usque ad finem adésse, nec inde ullum égredi, nisì fortè necessitáte cogénte, atque petitâ & obténtâ à Præsidénte Chori licéntiâ, edícimus.

FERIA QUINTA.

De Libro Júdicum.

LECTIO I. *c.* 4. *v.* 1. *ad* 5.

ADdidérunt filii Israël fácere malum in conspéctu Dóminì post mortem Aod, & trádidit illos Dóminus in manus Jabin regis Chánaan, qui regnávit in Asor. Habuítque ducem exércitûs sui nómine Sísaram: ipse autem habitábat in Hároseth géntium. Clamaverúntque filii Israël ad Dóminū: nongéntos enim habébat falcátos currus, & per vigínti annos veheménter oppréssérat eos. Erat autem Débbora Prophétis uxor Lápidoth, quæ judicábat pópulum in illo témpore. Et sedébat sub palma, quæ nómine illíus vocabátur, inter Rama & Bethel in monte Ephraïm: ascendebántque ad eam filii Israël in omne judícium.

℟. *j.* Edúxi, p. 264.

LECTIO II. *v.* 14. *ad* 19.

DIxítque Débbora ad Barac: Surge, hæc est enim dies in qua trádidit Dóminus Sísaram in manus tuas: en ipse ductor est tuus. Descéndit ítaque Barac de monte Thabor, & decem míllia pugnatórum cum eo. Perterruítque Dóminus Sísaram, & omnes currus ejus, universámque multitúdinem, in ore gládii, ad conspéctum Barac: in tantùm, ut Sísara de curru desíliens, pédibus fúgeret, & Barac persequerétur fugiéntes currus & exércitum, usque ad Hároseth géntium, & omnis hóstium multitúdo usque ad interneciónem cáderet. Sísara autem fúgiens pervénit ad tentórium Jahel uxóris Haber Cinæi. Erat enim pax inter Jabin regem Azor, & domum Haber Cinæi. Egréssa ígitur Jahel in occúrsum Sísaræ, dixit ad eum: Intra ad me, dómine mi: intra, ne tímeas. Qui ingréssus tabernáculū ejus, & opértus ab ea pállio, dixit ad eam: Da mihi, óbsecro, paúlulùm aquæ, quia sítio valde. Quæ apéruit utrem lactis, & dedit ei bíbere, & opéruit illum.

℟. *ij.* Vehemènter, *p.* 265.

LECTIO III. *v.* 20. *ad* 22.

DIxítque Sísara ad eam: Sta ante óstium tabernáculi: & cùm vénerit áliquis intérrogans te, & dicens: Nunquid hîc est áli-

quis? respondébis: Nullus est. Tulit ítaque Jahel uxor Haber clavum tabernáculi, assúmens páriter & mál-leum: & ingréssa abscón-ditè & cum siléntio, pósuit supra tempus cápitis ejus clavum, percussúmque mállleo defixit in cérebrum us-que ad terram: qui sopó-rem morti consócians, de-fécit & mórtuus est. Et ecce Barac sequens Sísaram veniébat: egréssaque Jahel in occúrsum ejus, dixit ei: Veni, & osténdam tibi vi-rum quem quæris. Qui, cùm intrásset ad eam, vidit Sí-saram jacéntem mórtuum, & clavum infixum in tém-pore ejus.

℟. iij. Nova, p. 265.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 9. *De Canonicis*. §. 4.

ABúsum illum, quo in una hora aut duábus Officiórum divinórum præ-sens, totíus diéi distribu-tiónes usúrpat; & illum, quo Præpósiti vel Decáni, aut álii Officiáles, seu Offi-ciárii, ex hoc solùm quòd Officiárii sunt, licèt actuá-liter pro utilitáte Ecclésiæ non absint, quotidiánas distributiónes percípiunt, tolli prorsùs, & aboléri præcípimus.

FERIA SEXTA.

De Libro Júdicum.

LECTIO I. *c.* 6. *v.* 33. *ad fin.*

IGitur omnis Mádian, & Amalec, & *Orientáles* pópuli congregáti sunt si-mul: & transeúntes Jordá-nem, castrametáti sunt in valle Jézraël. Spíritus au-tem Dómini índuit Gé-deon, qui clangens búc-cinâ convocávit domum Abiézer, ut sequerétur se. Misítque núntios in univér-sum Manássen, qui & ipse secútus est eum: & álios núntios in Aser, & Zabú-lon, & Néphthali, qui oc-currérunt ei. Dixítque Gé-deon ad Deum: Si salvum facis per manum meam Israël, sicut locútus es, ponam hoc vellus lanæ in área: si ros in solo véllere fúerit, & in omni terra síc-citas, sciam quòd per ma-num meam, sicut locútus es, liberábis Israël. Fac-túmque est ità. Et de nocte consúrgens, expréssо vél-lere, concham rore implé-vit. Dixítque rursùs ad Deum: Ne irascátur furor tuus contra me, si adhuc semel tentávero, signum quærens in véllere. Oro ut solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens. Fecítque Deus nocte illâ ut postuláverat: & fuit síc-citas in solo véllere, & ros in omni terra.

℟. j. Citò, p. 265.

LECTIO II. *c.* 7. *v.* 2. *ad* 4.

DIxítque Dóminus ad Gédeon: Multus te-cum est pópulus, nec tra-détur Mádian in manus ejus: ne gloriétur contra me Israël, & dicat: Meis

víribus liberátus sum. Lóquere ad pópulum, & cunctis audiéntibus, prǽdica: Qui formidolósus & tímidus est, revertátur. Recesserúntque de monte Gálaad, & revérsi sunt de pópulo vigínti duo míllia virórum, & tantùm decem míllia remansérunt. Dixítque Dóminus ad Gédeon: Adhuc pópulus multus est, duc eos ad aquas, & ibi probábo illos: & de quo díxero tibi ut tecum vadat, ipse pergat: quem ire prohibúero, revertátur.

℟. *ij*. Multò, *p*. 266.

LECTIO III. *v*. 5. *ad* 8.

CUmque descendísset pópulus ad aquas, dixit Dóminus ad Gédeon: Qui linguâ lambúerint aquas, sicut solent canes lámbere, separábis eos seórsùm: qui autem curvátis génibus bíberint, in áltera parte erunt. Fuit ítaque númerus eórum qui manu ad os projiciénte lambúerant aquas, trecénti viri: omnis autem réliqua multitúdo flexo póplite bíberat. Et ait Dóminus ad Gédeon: In trecéntis viris qui lambuérunt aquas, liberábo vos, & tradam in manu tua Mádian: omnis autem réliqua multitúdo revertátur in locum suum. Sumptis ítaque pro número cibáriis & tubis, omnem réliquam multitúdinem abíre præcépit ad tabernácula sua: & ipse cum trecéntis viris se certámini dedit. Castra autem Mádian erant subter in valle.

℟. *iij*. Cùm, *p*. 266.

C A N O N.

Ex Concílio Burdigalénsi.

Anno 1624. *Cap*. 9. *De Canonicis*. §. 5.

STatúimus, in ómnibus Ecclésiis Cathedrálibus & Collegiátis nostræ Províncíæ, ómnium & quorumcúmque frúctuum & obventiónum tértiam partem in distributiónes impendéndas converténdam.

SABBATO.

De Libro Júdicum.

LECTIO I. *c*. 7. *v*. 13. *ad* 18.

CUm venísset Gédeon, narrábat áliquis sómnium próximo suo, & in hunc modum referébat quod víderat: Vidi sómnium, & videbátur mihi quasi subcinerícius panis ex hórdeo volvi, & in castra Mádian descéndere: cúmque perveníſſet ad tabernáculum, percússit illud, atque subvértit, & terræ fúnditùs coæquávit. Respóndit is cui loquebátur: Non est hoc áliud, nisi glÁdius Gedeónis fílii Joas viri Israëlítæ: trádidit enim Dóminus in manus ejus Mádian, & ómnia castra ejus. Cúmque audísset Gédeon sómnium & interpretatiónem ejus, adorávit: & revérsus est ad castra Israël, & ait: Súrgite, trádidit enim Dóminus in manus

nostras castra Mádian. Divisítque trecéntos viros in tres partes, & dedit tubas in mánibus eórum, lagenásque vácuas ac lámpades in médio lagenárum. Et dixit ad eos: Quod me fácere vidéritis, hoc fácite. Ingrédiar partem castrórũ, & quod fécero sectámini. Quando personúerit tuba in manu mea, vos quoque per castrórum circúitum clángite, & conclamáte Dómino & Gedeóni.

Si fiat de Sabbato, duo priora ℟℟. *è III. Nocturno Dom. præced.*

LECTIO II. *v.* 19. *ad* 21.

INgressúsque est Gédeon, & trecénti viri qui erant cum eo; in partem castrórum, incipiéntibus vigíliis noctis médiæ: & custódibus suscitátis, cœpérunt búccinis clángere, & complódere inter se lagénas. Cúmque per gyrum castrórum in tribus personárent locis, & hýdrias confregíssent, tenuérunt sinístris mánibus lámpades, & dextris sonántes tubas. Clamaverúntque: Gládius Dómini & Gedeónis: stantes sínguli in loco suo per circúitum castrórum hostílium.

LECTIO III. *v.* 21. *ad finem.*

OMnia ítaque castra turbáta sunt, & vociferántes, ululantésque fugérunt: & nihilóminùs insistébant trecénti viri búccinis personántes. Immisítque Dóminus gládium in ómnibus castris, & mútuâ se cæde truncábant, fugiéntes usque ad Bethsétta, & crepídinem Abelméhula in Tebbath. Conclamántes autem viri Israël de Néphthali, & Aser, & omni Manásse, persequebántur Mádian. Misítque Gédeon núntios in omnem montem Ephraïm, dicens: Descéndite in occúrsum Mádian, & occupáte aquas usque Béthbera atque Jordánem. Clamavítque omnis Ephraïm, & præoccupávit aquas atque Jordánem, usque Béthbera. Apprehensósque duos viros Mádian, Oreb & Zeb, interfécit Oreb in Petra Oreb, Zeb verò in Torculári Zeb. Et persecúti sunt Mádian, cápita Oreb & Zeb portántes ad Gédeon, trans fluénta Jordánis.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi, *Anno* 1624. *Cap.* 9. *De Canonicis.* §. 6.

EXtra Chorum Canónicos, divinórum Officiórum témpore, deambuláre, vagári, fabulári, & diébus Domínicis & Festis solémnibus, capítula habére, quandóque verò è Choro Officia divína perturbántes exíre, & capítulum absque urgénte necessitáte cógere, ut péssimi exémpli, sub pœnis in sacris Canónibus latis, distríctè prohibémus.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. In diébus illis, non erat Rex in Israël ; sed unusquísque quod rectum sibi videbátur , hoc faciébat. *Judic.* 21. 24.

Oratio, Tua nos, *infrà*, *ad Laudes*, p. 280.

DOMINICA VII. POST PENTECOSTEN.

IN I. NOCTURNO.

De Libro Júdicum.

LECTIO I. *c.* 11. *v.* 1. *ad* 6.

FUit illo témpore Jephte Galaadítes vir fortíssimus atque pugnátor, fílius mulíeris meretrícis, qui natus est de Gálaad. Hábuit autem Gálaad uxórem, de qua suscépit fílios: qui postquàm créverant, ejecérunt Jephte, dicéntes: Hæres in domo patris nostri esse non póteris, quia de áltera matre natus es. Quos ille fúgiens atque devítans, habitávit in terra Tob : congregatíque sunt ad eum viri ínopes, & latrocinántes, & quasi príncipem sequebántur. In illis diébus pugnábant fílii Ammon contra Israël. Quibus ácriter instántibus, perrexérunt majóres natu de Gálaad, ut tólleretur in auxílium suî Jephte, de terra Tob: dixerúntque ad eum : Veni, & esto princeps noster, & pugna contra fílios Ammon.

℟. *j.* Edúxi vos de Ægýpto, * Et introdúxi in terram pro qua jurávi pátribus vestris. *Judic.* 2. 1. ℣. Non vos me elegístis, sed ego elégi vos. *Joan.* 15. 16. * Et introdúxi.

LECTIO II. *v.* 29. *ad* 33.

FActus est ergo super Jephte Spíritus Dómini : & circúiens Gálaad, & Manásse, Maspha quoque Gálaad, & inde tránsiens ad fílios Ammon, votum vovit Dómino, dicens : Si tradíderis fílios Ammon in manus meas, quicúmque primus fúerit egréssus de fóribus domûs meæ, mihíque occúrrerit reverténti cum pace à fíliis Ammon, eum holocaústum ófferam Dómino. Transivítque Jephte ad fílios Ammon, ut pugnáret contra eos : quos trádidit Dóminus in manus ejus. Percussítque ab Aroër usque dum vénias in Mennith, vigínti civitátes, & usque ad Abel, quæ est víneis cónsita, plagâ magnâ nimis. Humiliatíque sunt fílii Ammon à fíliis Israël.

℟. *ij.* Vehementer afflícti sunt patres nostri ; * Suscitavítque Dóminus Júdices, qui liberárent eos de vastántium mánibus. *Judic.* 2. 15. 16. ℣. Unus est Legislátor & Judex, qui potest pérdere & liberáre. *Jac.* 4. 12. * Suscitavítque.

LECTIO III. *v.* 34. *ad* 39.

REverténte autem Jephte in Maspha do-

num suam, occúrrit ei unigénita fília sua, cum týmpanis & choris: non enim habébat álios líberos. Quâ visâ, scidit vestiménta sua, & ait: Heu me, fília mea, decepísti me, & ipsa decépta es! apérui enim os meum ad Dóminum, & áliud fácere non pótero. Cui illa respóndit: Pater mi, si aperuísti os tuum ad Dóminum, fac mihi quodcúmque pollícitus es, concéssâ tibi ultióne atque victóriâ de hóstibus tuis. Dixítque ad patrem: Hoc solum mihi præsta quod déprecor: dimítte me, ut duóbus ménsibus circúmeam montes, & plangam virginitátem meam, cum sodálibus meis. Cui ille respóndit: Vade. Et dimísit eam duóbus ménsibus. Cúmque abiísset cum sóciis ac sodálibus suis, flebat virginitátem suam in móntibus. Expletísque duóbus ménsibus, revérsa est ad patrem suum, & fecit ei sicut vóverat, quæ ignorábat virum.

℟. *iij*. Nova bella elégit Dóminus; * Et portas hóstium ipse subvértit. *Judic*. 5. 8. ℣. Gentes éxpulit Deus à fácie patrum nostrórum. *Act*. 7. 45. * Et portas. Glória. * Et portas.

IN II. NOCTURNO.

De Libro Ecclesiástæ.

Lectio IV. *c*. 5. *v*. 1. *ad* 5.

Ne témerè quid loquáris, neque cor tuum sit velox ad proferéndum sermónem coram Deo. Deus enim in cœlo, & tu super terram: idcírcò sint pauci sermónes tui. Multas curas sequúntur sómnia, & in multis sermónibus inveniétur stultítia. Si quid vovísti Deo, ne moréris réddere: dísplicet enim ei infidélis & stulta promíssio. Sed quodcúmque vóveris, redde: multóque méliùs est non vovére, quàm post votum, promíssa non réddere. Ne déderis os tuum ut peccáre fácias carnem tuam: neque dicas coram Angelo: Non est providéntia: ne fortè irátus Deus contra sermónes tuos, díssipet cuncta ópera mánuum tuárum.

℟. *jv*. Citò deseruérunt fílii Israël viam per quam ingréssi fúerant patres eórum; * Et audiéntes mandáta Dómini, ómnia fecére contrária. *Judic*. 2. 17. ℣. Noluérunt obedíre patres nostri. *Act*. 7. 39. * Et audiéntes.

Lectio V. *v*. 6. *ad* 10.

Ubi multa sunt sómnia, plúrimæ sunt vanitátes, & sermónes innúmeri: tu verò Deum time. Si víderis calúmnias egenórum, & violénta judícia, & subvérti justítiam in província, non miréris super hoc negótio: quia excélso excélsior est álius, & super hos quoque eminentióres

sunt álii, & ínsuper univérsæ terræ Rex ímperat serviénti. Avárus non implébitur pecúniâ; & qui amat divítias, fructum non cápiet ex eis: & hoc ergo vánitas. Ubi multæ sunt opes, multi & qui cómedunt eas. Et quid prodest possessóri, nisì quòd cernit divítias óculis suis?

℟. v. Multò faciébant pejóra, quàm fécerant patres eórum, * Sequéntes deos aliénos, serviéntes eis, & adorántes illos. *Judic.* 2. 19. ℣. Obtulérunt hóstiam simulácro, & lætabántur in opéribus mánuum suárum. *Act.* 7. 41. * Sequéntes.

LECTIO III. *v.* 11. *ad* 15.

DUlcis est somnus operánti, sive parùm, sive multùm cómedat: satúritas autem dívitis non sinit eum dormíre. Est & ália infírmitas péssima quam vidi sub sole: divítiæ conservátæ in malum dómini sui. Péreunt enim in afflictióne péssima. Generávit fílium qui in summa egestáte erit. Sicut egréssus est nudus de útero matris suæ, sic revertétur: & nihil áuferet secum de labóre suo. Miserábilis prorsùs infírmitas: quómodo venit, sic revertétur. Quid ergo prodest ei, quòd laborávit in ventum?

℟. vj. Cùm Dóminus Júdices suscitáret, * In diébus eórum flectebántur misericórdiâ, & audiébat afflictórum gémitus. *Judic.* 2. 18. ℣. Si quis Dei cultor est, & voluntátem ejus facit, hunc exaúdit. *Joan.* 9. 31. * In. Glória. * In.

IN III. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

Quæst. in Judic. Lib. 7. *Quæst.* 49. n. 1.

LECTIO VII.

DE fília Jephte, quòd eam pater in holocaustóma óbtulit Deo, quóniam in bello vóverat, si vicísset, eum se holocaustóma oblatúrum, qui sibi de domo éxiens occurrísset; quod cùm vovísset, vicit; & occurrénte sibi fíliâ, quod vóverat réddidit: solet esse magna & ad dijudicándum difficíllima quæstio: quibúsdam quid sibi hoc velit nosse cupiéntibus, & piè quæréntibus; quibúsdam verò qui Scriptúris his sanctis imperítâ impietáte adversántur, hoc máximè in crimen vocántibus, quòd Legis & Prophetárum Deus étiam humánis sacrifíciis fúerit delectátus. Quórum calúmniis sic prímitùs respondémus, ut Deum Legis & Prophetárum, atque ut expréssiùs dicam, Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Jacob, nec illa sacrifícia delectáverint, ubi pécorum holocaústa offerebántur: sed quòd signi-

ficatíva fúerint, & quædam umbræ futurórum, res ipsas nobis quæ his sacrifíciis significabántur, commendáre voluísse:

℟. vij. Fecérunt malum in conspéctu Dómini, & * Oblíti sunt Dei sui. *Judic.* 3. 7. ℣. Incircumcísis córdibus & aúribus. *Act.* 7. 51. * Oblíti.

LECTIO VIII. n. 16.

NUnc jam quid Spíritus Dómini, sive per nesciéntem Jephte, sive per sciéntem, sive per ejus imprudéntiam, sive per obediéntiam, sive per offensiónem, sive per fidem, in hac re gesta præfiguráverit, quantùm Deus ádjuvat, requirámus, brevitérque pandámus. Admonet enim nos & urget quodámmodo iste sanctárum Scripturárum locus cogitáre quemdam poténtem virtúte. Talis enim dícitur Jephte, quod nomen interpretátur Apériens. Dóminus autem Christus, sicut índicat Evangélium, discípulis suis apéruit sensum, ut intellígerent Scriptúras. Hunc Jephte fratres ejus reprobavérunt, & de patérna domo expulérunt, objiciéntes ei, quòd esset fílius fornicáriæ, tanquam ipsi essent de uxóre legítima nati. Hoc étiam egérunt advérsùs Dóminum Príncipes Sacerdótum, & Scribæ, & Pharisæi, qui de Legis observatióne gloriári videbántur, tanquam ille sólveret Legem, & ídeò véluti non esset legítimus fílius. Et quamquam de sancta quidem Vírgine corpus assúmpserat, quod Fidélibus notum est: tamen ejus mater, quantùm ad gentem pértinet, étiam illa Judáica Synagóga dici potest.

℟. viij. Clamavérunt ad Dóminum, qui * Suscitávit eis salvatórem, & liberávit eos. *Judic.* 3. 9. ℣. Omnis quicúmque invocáverit nomen Dómini, salvus erit. *Rom.* 10. 13. * Suscitávit.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

LECTIO IX. *c.* 7. *v.* 15. *ad* 21.

Ex fructu arbor cognoscitur.

DIxit Jesus discípulis suis: Atténdite à falsis prophétis. Et réliqua.

Homília sancti Vincéntii Lirinénsis.

Commonit. Cap. 36.

QUid est vestítus óvium, nisì Prophetárum & Apostolórum prolóquia, quæ iídem, ovíli quâdam sinceritáte, Agno illi immaculáto, qui tollit peccátum mundi, tanquam véllera quædam detexuérunt? Qui sunt lupi rapáces, nisì sensus hæreticórum feri & rábidi, qui caulas Ecclésiæ semper inféstant, & gregem Christi quaquâ possunt, dilácerant? Sed ut fallácius incaútis óvibus obrépant, manén-

te lupórum ferócia, depónunt lupínam spéciem, & sese divínæ legis senténtiis, velut quibúsdam velléribus obvólvunt: ut cùm quisque lanárum mollítiem persénserit, nequáquam acúleos déntium pertiméscat. Sed quid ait Salvátor? Ex frúctibus eórum cognoscétis eos. Id est, cùm cœperint divínas illas voces non jam proférre tantùm, sed étiam expónere; nec adhuc jactáre solùm, sed étiam interpretári; tunc amaritúdo illa, tunc acérbitas, tunc rábies intelligétur; tunc novítium virus exhalábitur; tunc profánæ novitátes aperiéntur; tunc primùm scindi sepem vídeas; tunc transférri Patrum términos; tunc Cathólicam fidem cædi; tunc Ecclesiásticum Dogma lacerári.

℟. *jx.* Quærite Dóminum, omnes mansuéti terræ, qui judícium ejus estis operáti; * Quærite justum, quærite mansuétum. *Soph.* 2. 3. ℣. Atténdite à falsis prophétis, qui véniunt ad vos in vestiméntis óvium, intrínsecùs autem, sunt lupi rapáces. *Matt.* 7. 15. * Quærite. Glória. * Quærite.

Te Deum.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. Non misi eos, ait Dóminus, & ipsi prophetábant in nómine meo mendáciter. *Jer.* 27. 15.

Oratio.

Tua nos, quæsumus, Dómine, grátia semper & prævéniat, & sequátur; ac bonis opéribus júgiter præstet esse inténtos; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi *Anno* 1624. *Cap.* 9. *De Canonicis.* §. 6.

In audiéndis verbi Dei conciónibus, in Ecclésiis Cathedrálibus & Collegiátis, frequéntes adésse Canónicos, eo vestitu quo in Choro pro diversitáte témporis utúntur, indútos, præcípimus.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. c. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidétur, & in ignem mittétur. *Matt.* 7. 19.

FERIA SECUNDA.

De Libro Júdicum.

Lectio I. *c.* 13. *v.* 1. *ad* 5.

Rursùm filii Israël fecérunt malum in conspéctu Dómini: qui trádidit eos in manus Philisthinórum quadragínta annis. Erat autem quidam vir de Sáraa, & de stirpe Dan, nómine Mánue, habens uxórem stérilem. Cui appáruit Angelus Dómini, & dixit ad eam: Stérilis es & absque líberis: sed concípies & páries filium. Cave ergo ne bibas vinum ac síceram, nec immúndum quidquam cómedas: quia concípies & páries filium, cujus non tanget caput no-

erit enim Naza-
ab infántia sua,
ris útero, & ipse
liberáre Israël de
ilisthinórum.
dixi, p. 276.
o II. v. 9. ad 15.
ruit rursùm Ange-
lei uxóri Mánue se-
agro: Mánue au-
ítus ejus non erat
Quæ cùm vidísset
, festinávit, &
ad virum suum,
que ei, dicens:
páruit mihi vir,
tè víderam. Qui
& secútus est uxó-
n: veniénsque ad
lixit ei: Tu es qui
s mulíeri? Et ille
: Ego sum. Cui
Quando, inquit,
s fúerit explétus,
ut fáciat puer?
se observáre de-
Dixítque Angelus
ad Mánue: Ab
quæ locútus sum
, abstíneat se:
uid ex vínea násci-
cómedat: vinum
n non bibat, nul-
ur immúndo: &
præcépi, ímpleat
stódiat. Dixítque
Angelum Dómi-
cro te, ut acquiés-
bus meis, & fa-
bi hœdum de ca-

hementer, p. 276.
III. v. 16. ad 25.
nesciébat Mánue
Angelus Dómini esset. Dixítque ad eum: Quod est tibi nomen, ut, si sermo tuus fúerit explétus, honorémus te? Cui ille respóndit: Cur quæris nomen meum, quod est mirábile? Tulit ítaque Mánue hœdum de capris, & libaménta, & pósuit super petram, ófferens Dómino qui facit mirabília: ipse autem & uxor ejus intuebántur. Cúmque ascénderet flamma altáris in cœlum, Angelus Dómini páriter in flamma ascéndit. Quod cùm vidíssent Mánue & uxor ejus, proni cecidérunt in terram: & ultrà eis non appáruit Angelus Dómini. Statímque intelléxit Mánue, Angelum Dómini esse, & dixit ad uxórem suam: Morte moriémur, quia vídimus Deum. Cui respóndit múlier: Si Dóminus nos vellet occídere, de mánibus nostris holocaústum & libaménta non suscepísset, nec ostendísset nobis hæc ómnia, neque ea quæ sunt ventúra dixísset. Péperit ítaque fílium, & vocávit nomen ejus Samson. Crevítque puer, & benedíxit ei Dóminus: cœpítque Spíritus Dómini esse cum eo.

℟. *iij*. Nova, p. 277.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi.
Anno 1624. *Cap.* 9. *De Canonicis*. §. 8.

Decet Metropolitánam Ecclésiam, & álias

Cathedráles, eas persónas ità probitáte ac sciéntiâ commendátas ad Canonicátus elígere & assúmere, ut ex iis corpus Capítuli coaléscens, Senátus Episcopórum, unde consílium accérsant, méritò dici possit.

FERIA TERTIA.

De Libro Júdicum.

LECTIO I. *c.* 15. *v.* 4. *ad* 8.

PErréxit Samson, & cepit trecéntas vulpes, caudásque eárum junxit ad caudas, & faces ligávit in médio: quas igne succéndens, dimísit, ut huc illúcque discúrrerent. Quæ statim perrexérunt in ségetes Philisthinórum. Quibus succénsis, & comportátæ jam fruges, & adhuc stantes in stípula, concremátæ sunt: in tantùm, ut víneas quoque & olivéta flamma consúmeret. Dixerúntque Philísthiim: Quis fecit hanc rem? Quibus dictum est: Samson gener Thamnathæi: quia tulit uxórem ejus, & álteri trádidit, hæc operátus est. Ascenderúntque Philísthiim: & combussérunt tam mulíerem quàm patrem ejus. Quibus ait Samson: Licèt hæc fecéritis, tamen adhuc ex vobis éxpetam ultiónem, & tunc quiéscam. Percussítque eos ingénti plagâ, ità ut stupéntes suram fémori impónerent. Et descéndens habitávit in spelúnca petræ Etam.

℟. *j.* Citò, *p.* 277.

LECTIO II. *v.* 9. *ad* 13.

IGitur ascendéntes Philísthiim in terram Juda, castrametáti sunt in loco, qui pósteà vocátus est Lechi, id est, Maxílla, ubi eórum effúsus est exércitus. Dixerúntque ad eos de tribu Juda: Cur ascendístis advérsùm nos? Qui respondérunt: Ut ligémus Samson, vénimus, & reddámus ei quæ in nos operátus est. Descendérunt ergo tria míllia virórum de Juda, ad specum sílicis Etam, dixerúntque ad Samson: Nescis quòd Philísthiim ímperent nobis? quare hoc fácere voluísti? Quibus ille ait: Sicut fecérunt mihi, sic feci eis. Ligáre, ínquiunt, te vénimus, & trádere in manus Philisthinórum. Quibus Samson: Juráte, ait, & spondéte mihi quòd non occidátis me. Dixérunt: Non te occidémus, sed vinctum tradémus. Ligaverúntque eum duóbus novis fúnibus, & tulérunt eum de petra Etam.

℟. *ij.* Multò, *p.* 278.

LECTIO III. *v.* 14. *ad* 17.

QUi cùm veníflet ad locum Maxíllæ, & Philísthiim vociferántes occurríssent ei, írruit Spíritus Dómini in eum: & sicut solent ad odórem ignis lina consúmi, ità víncula quibus ligátus erat,

unt & solúta. In-
ie maxíllam, id
ndíbulam ásini,
bat, arrípiens,
in ea mille viros,
n maxílla ásini,
bula pulli asiná-
évi eos, & per-
e viros. Cúmque
ı canens compléſ-
lcit mandíbulam
, & vocávit no-
illíus Ramáthle-
od interpretátur
naxíllæ.
Cùm, p. 278.
A N O N.
ílio Burdigalénsi.
624. Cap. 9. De
nicis. §. 11.
cúmque Dignitá-
Personátus, & Of-
virtúte Canoni-
effécſtum obtinén-
ro & Officiis di-
teréſſe tenéri &
decérnimus; ſe-
ri pœnâ mulctán-
áliàs, pro injún-
fficio, adéſſe con-

ı QUARTA.
ibro Júdicum.
o I. c. 16. v. 1.

Samson in Ga-
, & vidit ibi mu-
eretrícem, ingreſ-
ſt ad eam. Quod
iſſent Philiſthiim,
oruíſſet apud eos,
urbem Samson,
dérunt eum, pó-
orta civitátis cu-
; & ibi totâ nocte

cum siléntio præstolántes, ut facto manè exeúntem occíderent. Dormívit autem Samson usque ad médium noctis: & inde consúrgens, apprehéndit ambas portæ fores cum póstibus suis & sera, impositásque húmeris suis, portávit ad vérticem montis, qui réspicit Hebron. Post hæc amávit mulíerem quæ habitábat in valle Sorec, & vocabátur Dálila. Venerúntque ad eam príncipes Philisthinórum, atque dixérunt: Décipe eum, & disce ab illo, in quo hábeat tantam fortitúdinem, & quo modo eum superáre valeámus, & vinctum afflígere. Quod si féceris, dábimus tibi sínguli mille & centum argénteos.

℟. j. Fecérunt, p. 279.

LECTIO II. v. 15. ad 17.

DIxítque ad eum Dálila: Quómodo dicis quòd amas me, cùm ánimus tuus non sit mecum? Per tres vices mentítus es mihi, & noluísti dícere in quo sit máxima fortitúdo tua. Cúmque moléſta eſſet ei, & per multos dies júgiter adhæréret, ſpátium ad quiétem non tríbuens, defécit ánima ejus, & ad mortem uſque laſsáta eſt. Tunc apériens veritátem rei, dixit ad eam: Ferrum nunquam aſcéndit ſuper caput meum, quia Nazaræus, id eſt, Conſecrátus

Deo, sum, de útero matris meæ. Si rasum fúerit caput meum, recédet à me fortitúdo mea, & defíciam, eróque sicut cæteri hómines.

℟. *ij.* Clamavérunt, *p.* 279.

Lectio III. *v.* 18. *ad* 21.

Vidénsque illa quòd conféssus ei esset omnem ánimum suum, misit ad príncipes Philisthinórum, ac mandávit: Ascéndite adhuc semel, quia nunc mihi apéruit cor suum. Qui ascendérunt, assúmptâ pecúniâ quam promíserant. At illa dormíre eum fecit super génua sua, & in sinu suo reclináre caput. Vocavítque tonsórem, & rasit septem crines ejus, & cœpit abígere eum, & à se repéllere: statim enim ab eo fortitúdo discéssit. Dixítque: Philísthiim super te, Samson. Qui de somno consúrgens, dixit in ánimo suo: Egrédiar sicut antè feci, & me excútiam, nésciens quòd recessísset ab eo Dóminus. Quem cùm apprehendíssent Philísthiim, statim eruérunt óculos ejus: & duxérunt Gazam vinctum caténis, & clausum in cárcere mólere fecérunt.

℟. *iij.* Respéxit ad Gédeon Dóminus, & ait: Vade in hac fortitúdine tua, * Et liberábis Israël, de manu Mádian; scito quòd míserim te. *Judic.* 6. ℣. Certa bonum certám... *1. Tim.* 6. 12. * Et liber... Glória. * Et liberábis.

CANON.

Ex Concílio Burdigalén... *Anno* 1624. *Cap.* 9. *De Canonicis.* §. 12.

Statúimus, in síngul... Ecclésiis Cathedrálib... & Collegiátis, unum ... duos cæremoniárum magí... stros instituéndos, habén... dos, & retinéndos, quorum múnia sint curáre ... Offícia divína ad præscríptum regulárum seu Rubricárum Breviárii & Missális quamaccurátè persolvántur.

FERIA QUINTA.

De Libro Júdicum.

Lectio I. *c.* 16. *v.* 22. *ad* 25.

Jam capílli Samson renásci cœperant, & príncipes Philisthinórum convenérunt in unum, ut immolárent hóstias magníficas Dagon deo suo, & epularéntur, dicéntes: Trádidit deus noster inimícum nostrum Samson in manus nostras. Quod étiam pópulus videns, laudábat deum suum, eadémque dicébat: Trádidit deus noster adversárium nostrum in manus nostras, qui delévit terram nostram, & occídit plúrimos. Lætantésque per convívia, sumptis jam épulis, præcepérunt ut vocarétur Samson, & ante eos lúderet.

℟. j. Edúxi, *p.* 276.

o II. *v.* 25. *ad* 27.
addúctus de cárce-
ludébat ante eos:
erúntque eum stare
as colúmnas. Qui
ero regénti gressus
imítte me, ut tan-
úmnas, quibus om-
inet domus, & re-
per eas, & paúlu-
uiéscam. Domus
rat plena virórum
erum, & erant ibi
ríncipes Philisthi-
ac de tecto & so-
rciter tria míllia
e sexûs, spectántes
n Samson.
Veheménter, *p.*

o III. *v.* 28. *ad*

.e invocáto Dómi-
iit: Dómine Deus,
) meî, & redde
unc fortitúdinem
1, Deus meus; ut
me de hóstibus
pro amissióne duó-
inum, unam ultió-
ípiam. Et appre-
ambas colúmnas
initebátur domus,
ue eárum déxterâ,
m lævâ tenens,
iátur ánima mea
lísthiim. Concus-
irtiter colúmnis,
omus super omnes
, & cǽteram mul-
1 quæ ibi erat:
plures interfécit
quàm antè vivus
. Descendéntes
itres ejus & uni-

vérsa cognátio, tulérunt corpus ejus, & sepeliérunt inter Sáraa & Esthaol, in sepúlcro patris sui Mánue: judicavítque Israël vigínti annis.

℟. *iij.* Nova, *p.* 277.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 17. *De Capit. & Canonicis.*

NEmo in pósterum Ecclésiis Cathedrálibus, ad Canonicátum aut Dignitátem admittátur, nisì eo órdine sacro quem illa Dígnitas, aut Præbénda requírit, jam sit initiátus, aut ejus ætátis sit, ut infra annum initiári váleat.

FERIA SEXTA.

Incipit Liber Ruth.

Lectio I. *c.* 1. *v.* 1. *ad* 6.

IN diébus uníus Júdicis, quando Júdices præerant, facta est fames in terra. Abiítque homo de Béthlehem Juda, ut peregrinarétur in regióne Moabítide, cum uxóre sua ac duóbus líberis. Ipse vocabátur Elímelech, & uxor ejus Noémi: & duo filii, alter Máhalon, & alter Chélion: Ephrathǽi de Béthlehem Juda. Ingressíque regiónem Moabítidem, morabántur ibi. Et mórtuus est Elímelech marítus Noémi: remansítque ipsa cum fíliis. Qui accepérunt uxóres Moabítidas, quarum una vocabátur Orpha, áltera verò Ruth. Mansérúntque ibi decem annis, & ambo

mórtui sunt, Máhalon vidélicet & Chélion: remansítque múlier orbáta duóbus líberis ac maríto. Et surréxit ut in pátriam pérgeret, cum utráque nuru sua, de regióne Moabítide: audíerat enim quòd respexísset Dóminus pópulum suum, & dedísset eis escas.

℟. *j.* Videns Noémi quòd obstináto ánimo Ruth decrevísset secum pérgere, * Adversári nóluit; nec ad suos ultrà réditum persuadére. *Ruth.* 1. 18. ℣. Quis cognóvit sensum Dómini, aut quis consiliárius ejus fuit? *Rom.* 11. 34. * Adversári.

LECTIO II. *c.* 2. *v.* 1. *ad* 4.

ERat autem viro Elímelech consanguíneus, homo potens, & magnárum opum, nómine Booz. Dixítque Ruth Moabítis ad socrum suam: Si jubes, vadam in agrum, & cólligam spicas quæ fúgerint manus meténtium, ubicúmque cleméntis in me patrisfamílias repérero grátiam. Cui illa respóndit: Vade, fília mea. Abiit ítaque, & colligébat spicas post terga meténtium. Accidit autem ut ager ille habéret dóminum nómine Booz, qui erat de cognatióne Elímelech. Et ecce, ipse veniébat de Béthlehem, dixítque messóribus: Dóminus vobíscum. Qui respondérunt ei: Benedícat tibi Dóminus.

℟. *ij.* Venit
Ruth Moabiti
* De terra
nis suæ. R
Alias oves hab
sunt ex hoc o
opórtet me ad
10. 16. * De
LECTIO II
12.

ET ait Bo
Audi, fil
in álterum a
ligéndum, ne
hoc loco: sed
lis meis,
súerint, séqu
enim púeris n
moléstus sit ti
si sitíeris, vad
las, & bibe
bus & púeri
cadens in fác
adórans supe
xit ad eum: U
ut inveníerem
óculos tuos,
dignaréris pe
líerem? Cui i
Nuntiáta sun
quæ féceris s
mortem viri
relíqueris par
terram in qu
véneris ad p
ánteà nesciéb
Dóminus pro
plenam merc
à Dómino D
quem venísti
confugísti ala

℟. *iij.* Na
Noémi: voca
ejus Obed: *
Isaï patris D

fuit Jesse,
. *Luc.* 3. 32.
* Hic.
O N.
Burdigalénsi.
Tit. 17. *De*
Canonicis.
llitur, Canó-
nes & Sacel-
r invaletúdi-
m legítimam
liántur,) psal-
neant in suis
i: néve pu-
o functos, si
n óperâ, cul-
celebrári cu-

BATO.
o Ruth.
3. *v.* 7. *ad* 13.
edísset Booz,
et, & factus
, isśétque ad
juxta acérvum
, venit Ruth
& discoopér-
pédibus ejus,
t ecce, nocte
xpávit homo,
us est: vidít-
a jacéntem ad
t ait illi: Quæ
espóndit: Ego
cílla tua: ex-
m tuum super
m, quia pro-
Et ille: Bene-
, es à Dómi-
priórem mise-
osteriore supe-
non es secúta
peres sive dí-
ergo metúere,
d díxeris mi-

hi, fáciam tibi. Scit enim omnis pópulus, qui hábitat intra portas urbis meæ, mulíerem te esse virtútis. Nec ábnuo me propínquum, sed est álius me propínquior. Quiésce hâc nocte: & facto manè, si te volúerit propinquitátis jure retinére, benè res acta est: sin autem ille nolúerit, ego te absque ulla dubitatióne suscípiam, vivit Dóminus: dormi usque manè.

Si fiat de Sabbato, duo priora ℟℟. *è die præcedenti.*

LECTIO II. *c.* 4. *v.* 3. *ad* 6.

Locútus est Booz ad propínquum: Partem agri fratris nostri Elímelech vendet Noémi, quæ revérsa est de regióne Moabítide: quod audíre te vólui, & tibi dícere coram cunctis sedéntibus, & majóribus natu de pópulo meo. Si vis possidére jure propinquitátis, eme, & pósside: sin autem dísplicet tibi, hoc ipsum índica mihi, ut sciam quid fácere débeam. Nullus enim est propínquus, excépto te qui prior es, & me qui secúndus sum. At ille respóndit: Ego agrum emam. Cui dixit Booz: Quando émeris agrum de manu mulíeris, Ruth quoque Moabítidem, quæ uxor defúncti fuit, debes accípere, ut súscites nomen propínqui tui in hæ-

tulis tribus, & tribus módiis farínæ, & ámphorâ vini, & addúxit eum ad domum Dómini in Silo. Puer autem erat adhuc infántulus: & immolavérunt vítulum, & obtulérunt púerum Heli. Et ait Anna: Obsecro, mi dómine, vivit ánima tua, dómine: ego sum illa múlier, quæ steti coram te hîc orans Dóminum. Pro púero isto orávi, & dedit mihi Dóminus petitiónem meam, quam postulávi eum. Idcircò & ego commodávi eum Dómino, cunctis diébus quibus fúerit commodátus Dómino. Et adoravérunt ibi Dóminum.

℟. *iij.* Móyses & Aaron in Sacerdótibus ejus, * Et Sámuel inter eos qui ínvocant nomen ejus. *Ps.* 98. 6. ℣. Idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui ínvocant illum. *Rom.* 10. 12. * Et Sámuel. Glória. * Et Sámuel.

IN II. NOCTURNO.

De Libro Proverbiórum.

LECTIO IV. *c.* 8. *v.* 1. *ad* 10.

NUnquid non sapiéntia clámitat, & prudéntia dat vocem suam? In summis excelsísque vertícibus supra viam, in médiis sémitis stans, juxta portas civitátis, in ipsis fóribus lóquitur, dicens: O viri! ad vos clámito, & vox mea ad fílios hóminum. Intellígite, párvuli, astútiam, & insipiéntes, animadvértite. Audíte, quóniam de rebus magnis locutúra sum: & aperiéntur lábia mea, ut recta prædicent. Veritátem meditábitur guttur meum, & lábia mea detestabúntur ímpium. Justi sunt omnes sermónes mei, non est in eis pravum quid, neque pervérsum: recti sunt intelligéntibus, & æqui inveniéntibus sciéntiam. Accípite disciplínam meam, & non pecúniam: doctrínam magìs quàm aurum elígite.

℟. *jv.* Erat peccátum puerórum Heli grande nimis coram Dómino: * Quia retrahébant hómines à sacrifício Dómini. 1. *Reg.* 2. 17. ℣. Proptéreà trádidit illos Deus in passiónes ignomíniæ. *Rom.* 1. 26. * Quia.

LECTIO V. *v.* 11. *ad* 16.

MElior est enim sapiéntia cunctis pretiosíssimis: & omne desiderábile ei non potest comparári. Ego sapiéntia hábito in consílio, & erudítis intérsum cogitatiónibus. Timor Dómini odit malum: arrogántiam, & supérbiam, & viam pravam, & os bilíngue detéstor. Meum est consílium & æquitas, mea est prudéntia, mea est fortitúdo. Per me reges regnant, & legum conditóres justa decérnunt: per me príncipes ímperant, & poténtes decérnunt justítiam.

Ait vir Dei ad He-
æc erit tibi signum
entúrum est duóbus
uis Ophni & Phí-
* In die uno mo-
ambo. I. *Reg*. 2. 34.
aus qui dixit : Mihi
a, & ego retríbuam.
10. 30. * In die.
) VI. *v*. 17. *ad* 21.
) diligéntes me dí-
o : & qui manè ví-
ad me, invénient
lecum sunt divítiæ
ria, opes supérbæ
ia. Mélior est enim
meus auro, & lá-
retióso, & geními-
a argénto eléćto. In
stítiæ ámbulo, in
semitárum judícii,
m diligéntes me, &
os eórum rémpleam.
j. Cùm nomináſſet
s arcam Dei, * Cé-
Ieli de sella retrór-
ıxta óstium; & frac-
ícibus, mórtuus est.
. 4. 18. ℣. Qui tália
digni sunt morte; &
ùm qui ea fáciunt,
am qui consséntiunt
ibus. *Rom*. I. 32. *
t. Glória. * Cécidit.
I. NOCTURNO.
o sancti Gregórii
Papæ.
I. *in* I. *Lib. Reg.*
Cap. I. n. 52.
ECTIO VII.
rína grátia ad hoc
ınćtæ Ecclésiæ fílios
, ut eos doctrínâ ve-
instítuat, bonis mó-
zórnet, piâ super eos
custódiâ vígilet, à malo de-
clináre perféćtè fáciat, &
ad ætérnam pátriam suffi-
ciéntem bonórum óperum
cópiam præparáre. Hæc
proféćtò ministérii pasto-
rális sunt : sed eléctus præ-
dicátor ea suis víribus im-
plére posse diffídit. Quia
ergo nec suâ virtúte áliquos
per Evangélium potest gí-
gnere, nec quos génerat,
custodíre : rećtè per Annam
in Ecclésiæ typo nunc díci-
tur : Orávi, & dedit mihi
Dóminus petitiónem quam
rogávi eum. Idcírcò & ego
commendávi eum Dómi-
no, cunctis diébus, quibus
fúerit commendátus Dó-
mino. Nam, ut gígnere
possit, óbsecrat : & ut hi
quos orándo óbtinet, in
sancta conversatióne per-
máneant, eos itèm omni-
poténti Deo précibus com-
méndat. Et quia ab eísdem
précibus nunquam désinit,
cunćtis diébus se commen-
dáre fílium Deo dicit. Cun-
ćtis namque diébus Dómi-
no fílium commendáre, est
ei pro eórum salúte quos
génerat, omni hujus vitæ
témpore supplicáre.

℟. *vij*. Ait Sámuel ad
univérsam domum Israël,
dicens : Si in toto corde
vestro revertímini ad Dó-
minum, * Auférte deos
aliénos de médio vestrî. I.
Reg. 7. 3. ℣. Scriptum est :
Dóminum Deum tuum
adorábis, & illi soli sér-
vies. *Matt*. 4. 10. * Auférte.

LECTIO VIII.

QUia verò in pleríſque codícibus, non commendátus, ſed commodátus légitur, à bono intelléctu non vacat. A matre quippe Ecclésia, in hac vita fílii commodántur. Quidquid verò commodámus, id reddi nobis in fide excipiéntis expectámus. Dies verò virtútum ſpiritálium claritátes ſunt. Quibus proféctò diébus, Annæ fílius Dómino commodátur: quia ei ſancta Ecclésia eléctos offert in claritáte virtútum, ut eos póſtmodùm ad augméntum ſui ætérni gaúdii ſibi omnípotens Deus exhíbeat, in ſplendóribus præmiórum.

℟. *viij.* Dixit Sámuel ad pópulum: Nolíte declináre poſt vana, quæ * Non próderunt vobis, neque éruent vos, quia vana ſunt. 1. *Reg.* 12. 21. ℣. Nolíte dilígere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt. 1. *Joan.* 2. 15. * Non.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Lucam.

LECTIO IX. *c.* 16. *v.* 1. *ad* 9. *Villicus iniquitatis.*

DIcébat Jeſus & ad Diſcípulos ſuos: Homo quidam erat dives, qui habébat víllicum. Et réliqua.

Homília ſancti Paulíni Epíſcopi.

Epist. 32. *ad Severum.*

NUlla nobis occáſio eſt beneficéntiæ unquam procraſtinándæ, cùm, ſi volúntas noſtra non abſit, pauper in promptu ſit. Commodémus ergo ſecúri nunc egéno, & in paupéribus ſuis, Chriſto: ut ex ejus abundatúra in iíſdem glória, participáre poſsímus. Proptéreà enim Dóminus ipſe præmonet, dicens: Fácite vobis amícos de iníquo mammóna. Vides quómodo Omnípotens fáciat de nocte lucem, & de iniquitáte juſtítiam? Ut cùm defecéritis, inquit, recípiant vos in tabernácula ætérna. Seminémus ergo illis carnália, ut metámus ab illis ſpiritália. Labóret nunc de terrénis manus, ut tunc de cœléſtibus ánima reficiátur. Spes præſens ædíficet rem futúram. Faciámus iſthîc tecta, quæ nos illic tegant. Paſcátur iſthîc pauper, ubi me dívite, eget; ut me illic paſcat, ubi me egénte, ſaturábitur. Vidéte commércium ſpiritále: &, ſi potéſtis, negáte nos aváros, qui terram véndimus & tribútum, ut immunitátem regni cum æternitáte coëmámus.

℟. *jx.* Consílium meum pláceat tibi: & * Peccáta tua eleemóſynis rédime, & iniquitátes tuas miſericórdiis paúperum. *Dan.* 4. 24. ℣. Fácite vobis amícos de mammóna iniquitátis, ut cùm defecéritis, recípiant vos in ætérna tabernácula. *Luc.* 16. 9. * Peccáta, Glória, * Peccáta.

n.
ictus, *Ant.* 1. J.
s prompta est,
id quod habet,
, non secúndùm
n habet. 2. *Cor.*

Iratio.
: nobis, quæsu-
Dómine, sem-
n cogitándi quæ
, propítius &
qui sinè te esse
nus, secúndùm
valeámus; Per
.
N O N.
io Burdigalénsi.
83. *Tit.* 3. *De*
cationib.
psa nos creatió-
t natúræ nostræ,
ndítio, & quod
st, Christiánæ
s rátio, ad sé-
precándum éx-
n étiam ad hoc
ım munus plenis-
pietátis, unum-
Deus ipse per Pro-
ic adhortátur:
Deo sacrifícium
redde Altíssimo
síquidem, Sacri-
dis, inquit, ho-
:me.
ificat, *Ant.* 3. à.
séculi pruden-
s lucis in genera-
sunt. *Luc.* 16. 8.
SECUNDA.
primo Regum.
c. 2. *v.* 12. *ad* 16.
eli, filii Bélial,
ntes Dóminum,

neque offícium sacerdótum ad pópulum: sed quicúmque immolásset víctimam, veniébat puer sacerdótis, dum coqueréntur carnes, & habébat fuscínulam tridéntem in manu sua, & mittébat eam in lebétem, vel in caldáriam, aut in ollam, sive in cácabum: & omne quod levábat fuscínula, tollébat sacérdos sibi. Sic faciébant univérso Israéli veniéntium in Silo. Etiam ántequàm adolérent ádipem, veniébat puer sacerdótis, & dicébat immolánti: Da mihi carnem, ut coquam sacerdóti: non enim accípiam à te carnem coctam, sed crudam. Dicebátque illi ímmolans: Incendátur primùm juxta morem hódie adeps, & tolle tibi quantumcúmque desíderat ánima tua. Qui respóndens, aiébat ei: Nequáquam: nunc enim dabis, alióquin tollam vi.

℟. *j.* Crevit, *p.* 289.

LECTIO II. *v.* 17. *ad* 21.

ERat ergo peccátum puerórum grande nimis coram Dómino: quia retrahébant hómines à sacrifício Dómini. Sámuel autem ministrábat ante fáciem Dómini, puer, accínctus ephod líneo. Et túnicam parvam faciébat ei mater sua, quam afferébat statútis diébus, ascéndens cum viro suo, ut immoláret hóstiam solémnem. Et benedíxit Heli Elcanæ & uxóri

ejus, dixítque ei: Reddat tibi Dóminus semen de mulíere hac, pro fœnore quod commodásti Dómino. Et abiérunt in locum suum. Visitávit ergo Dóminus Annam, & concépit, & péperit tres filios & duas filias: & magnificátus est puer Sámuel apud Dóminum.

℞. *ij.* Sámuel, *p.* 289.

LECTIO III. *v.* 22. *ad.* 26.

HEli autem erat senex valde, & audívit ómnia quæ faciébant filii sui univérso Israéli: & quómodo dormiébant cum muliéribus quæ observábant ad óstium tabernáculi. Et dixit eis: Quare fácitis res hujuscémodi quas ego aúdio, res péssimas, ab omni pópulo? Nolíte, filii mei: non enim est bona fama, quam ego aúdio, ut tránsgredi faciátis pópulum Dómini. Si peccáverit vir in virum, placári ei potest Deus: si autem in Dóminum peccáverit vir, quis orábit pro eo? Et non audiérunt vocem patris sui: quia vóluit Dóminus occídere eos. Puer autem Sámuel proficiébat, atque crescébat, & placébat tam Dómino quàm homínibus.

℞. *iij.* Móyses, *p.* 290.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 3. *De Precationib.*

AD sacrifícium laudis, cùm suo, tum univérsi pópuli Christiáni nómine Deo faciéndum, ii omnes ipso jure obligántur quicúmque, vel Benefíciis Ecclesiásticis potiúntur, vel Sacris initiáti sunt. Quocírcà pœnas, in eos qui preces horárias & quotidiánas prætermíserint, sacris Conciliórum atque Pontíficum decrétis constitútas, in præséntia dúximus esse renovándas.

FERIA TERTIA.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c.* 2. *v.* 27. *ad* 35.

VEnit vir Dei ad Heli, & ait ad eum: Hæc dicit Dóminus: Nunquid non apértè revelátus sum dómui patris tui, cùm essent in Ægýpto in domo Pharaónis? Et elégi eum ex ómnibus tríbubus Israël mihi in sacerdótem, ut ascénderet ad altáre meum, & adoléret mihi incénsum, & portáret ephod coram me: & dedi dómui patris tui ómnia de sacrifíciis filiórum Israël? Quare calce abjecístis víctimam meam, & múnera mea quæ præcépi ut offerréntur in templo? & magìs honorásti filios tuos quàm me, ut comederétis primítias omnis sacrifícii Israël pópuli mei? Proptéreà ait Dóminus Deus Israël: Loquens locútus sum, ut domus tua, & domus patris tui, ministráret in conspéctu meo, usque in sempitérnum. Nunc autem

Dóminus : Absit hoc
: sed quicúmque glo-
rerit me, glorificábo
qui autem contém-
me, erunt ignóbiles.
lies véniunt, & præ-
ı bráchium tuum, &
ium domûs patris tui,
n sit senex in domo
Et vidébis æmulum
in templo, in univér-
ósperis Israël : & non
nex in domo tua óm-
diébus. Verúmtamen
úferam pénitùs virum
ab altári meo : sed ut
ant óculi tui, & ta-
t ánima tua : & pars
a domûs tuæ morié-
:ùm ad virílem ætá-
vénerit. Hoc autem
bi signum quod ven-
ı est duóbus fíliis tuis
.i & Phínees : in die
moriéntur ambo. Et
ábo mihi sacerdótem
m, qui juxta cor me-
: ánimam meam fá-
& ædificábo ei do-
fidélem : & ambulá-
ram christo meo, cun-
liébus.
/. Erat, p. 290.
IO II. c. 3. v. 1. ad 5.
Jer autem Sámuel mi-
istrábat Dómino co-
Heli, & sermo Dómi-
at pretiósus in diébus
non erat vísio mani-
Factum est ergo in
uadam, Heli jacébat
co suo, & óculi ejus
íverant, nec póterat
e. Lucérna Dei ánte-
ı extingueréтur, Sá-
muel dormiébat in templo Dómini, ubi erat arca Dei. Et vocávit Dóminus Sámuel. Qui respóndens, ait : Ecce ego. Et cucúrrit ad Heli, & dixit : Ecce ego, vocásti enim me. Qui dixit : Non vocávi, revértere, & dormi. Et ábiit, & dormívit.

℟. ij. Ait vir, p. 291.

LECTIO III. *v. 6. ad 9.*

ET adjécit Dóminus rursùm vocáre Samuélem. Consurgénsque Sámuel, ábiit ad Heli, & dixit : Ecce ego, quia vocásti me. Qui respóndit : Non vocávi te, fili mi, revértere, & dormi. Porrò Sámuel necdùm sciébat Dóminum, neque revelátus fúerat ei sermo Dómini. Et adjécit Dóminus, & vocávit adhuc Samuélem tértiò. Qui consúrgens, ábiit ad Heli, & ait : Ecce ego, quia vocásti me. Inteléxit ergo Heli quia Dóminus vocáret púerum : & ait ad Samuélem : Vade, & dormi : & si deínceps vocáverit te, dices : Lóquere, Dómine, quia audit servus tuus. Abiit ergo Sámuel, & dormívit in loco suo.

℟. iij. Cùm, p. 291.

C A N O N.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 3. *De Precationib.*

QUisquis Benefícium áliquod Ecclesiásticum adéptus fúerit, sive sit ab omni cura líbe-

rum, sive non sit, si postquàm illud obtinúerit, sex ménsibus exáctis, divínum Offícium, & statas solemnésque preces, legítimo cessánte impediménto, non recitáverit, nullos ex Benefíciis fructus, pro rata portióne omissiónis Offícii temporísque ferat.

FERIA QUARTA.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c.* 3. *v.* 10. *ad* 14.

VEnit Dóminus, & stetit: & vocávit, sicut vocáverat secúndò: Sámuel, Sámuel? Et ait Sámuel: Lóquere, Dómine, quia audit servus tuus. Et dixit Dóminus ad Samuélem: Ecce ego fácio verbum in Israël, quod quicúmque audíerit, tínnient ambæ aures ejus. In die illa suscitábo advérsùm Heli ómnia quæ locútus sum super domum ejus: incípiam, & complébo. Prædíxi enim ei quòd judicatúrus essem domum ejus in ætérnum, propter iniquitátem, eò quòd nóverat indígnè ágere fílios suos, & non corripúerit eos. Idcírcò jurávi dómui Heli, quòd non expiétur iníquitas domûs ejus víctimis & munéribus, usque in ætérnum.

℟. *j.* Ait Sámuel, *p.* 291.

LECTIO II. *v.* 15. *ad* 19.

DOrmívit autem Sámuel usque manè, aperuítque óstia domûs Dómini. Et Sámuel timébat indicáre visiónem Heli. Vocávit ergo Heli Samuélem, & dixit: Sámuel, fili mi? Qui respóndens, ait: Præstò sum. Et interrogávit eum: Quis est sermo quem locútus est Dóminus ad te? Oro te, ne celáveris me: hæc fáciat tibi Deus, & hæc addat, si abscónderis à me sermónem, ex ómnibus verbis quæ dicta sunt tibi. Indicávit ítaque ei Sámuel univérsos sermónes, & non abscóndit ab eo. Et ille respóndit: Dóminus est; quod bonum est in óculis suis, fáciat. Crevit autem Sámuel, & Dóminus erat cum eo: & non cécidit ex ómnibus verbis ejus in terram.

℟. *ij.* Dixit, *p.* 292.

LECTIO III. *c.* 4. *v.* 1. *ad* 3.

ET factum est, in diébus illis, convenérunt Philísthiim in pugnam: & egréssus est Israël óbviàm Philísthiim in prælium, & castrametátus est juxta Lápidem adjutórii. Porrò Philísthiim venérunt in Aphec, & instruxérunt áciem contra Israël. Iníto autem certámine, terga vertit Israël Philisthæis: & cæsa sunt in illo certámine, passim per agros, quasi quátuor míllia virórum. Et revérsus est pópulus ad castra. Dixerúntque majóres natu de Israël: Quare percússit nos Dóminus hódie coram Philísthiim? Afferámus ad nos

de Silo arcam fœderis Dómini, & véniat in médium nostrî, ut salvet nos de manu inimicórum nostrórum.

℟. *iij*. Percússit Dóminus de viris Bethsamítibus, eò quòd vidíssent arcam Dómini; & * Percússit de pópulo septuagínta viros, & quinquagínta míllia plebis. 1. *Reg*. 6. 19. ℣. Quis non timébit te, Dómine, & magnificábit nomen tuum? *Apoc*. 15. 4. * Percússit. Glória. * Percússit.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit*. 3. *De Præcationib.*

INtelligúntur Offícium omíttere, quoàd hoc, ut Beneficiis privári possint, qui per quíndecim dies illud bis saltèm non díxerint; nisì legítimam excusatiónem habúerint. Deóque prætéreà de dicta omissióne ratiónem se reddituros esse intélligant.

FERIA QUINTA.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c*. 4. *v*. 4. *ad* 8.

MIsit pópulus in Silo, & tulérunt inde arcam fœderis Dómini exercítuum sedéntis super Chérubim: erántque duo filii Heli cum arca fœderis Dei, Ophni & Phínees. Cúmque veníssent arca fœderis Dómini in castra, vociferátus est omnis Israël clamóre grandi: & persónuit terra. Et audiérunt Philísthiim vocem clamóris, dixerúntque: Quænam est hæc vox clamóris magnî in castris Hebræórum? Et cognovérunt quòd arca Dómini venísset in castra. Timuerúntque Philísthiim, dicéntes: Venit Deus in castra. Et ingemuérunt, dicéntes: Væ nobis: non enim fuit tanta exultátio herì & nudiustértiùs: væ nobis. Quis nos salvábit de manu Deórum sublímium istórum? Hi sunt Dii, qui percusérunt Ægýptum omni plagâ, in desérto.

℟. *j*. Crevit, *p*. 289.

LECTIO II. *v*. 10. *ad* 17.

PUgnavérunt ergo Philísthiim, & cæsus est Israël, & fugit unusquísque in tabernáculum suum: & facta est plaga magna nimis: & cecidérunt de Israël trigínta míllia péditum. Et arca Dei capta est: duo quoque filii Heli mórtui sunt, Ophni & Phínees. Currens autem vir de Bénjamin ex ácie, venit in Silo in die illa, scissâ veste, & consspérsus púlvere caput. Cúmque ille venísset, Heli sedébat super sellam contra viam spectans: erat enim cor ejus pavens pro arca Dei. Vir autem ille, postquàm ingréssus est, nuntiávit urbi: & ululávit omnis cívitas. Et audívit Heli sónitum clamóris, dixítque: Quis est hic sónitus tumúltûs hujus? At ille fe-

stinávit, & venit, & nuntiávit Heli. Heli autem erat nonagínta & octo annórum, & óculi ejus caligáverant, & vidére non póterat. Et dixit ad Heli: Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de ácie fugi hódie. Cui ille ait: Quid actum est, fili mi? Respóndens autem ille qui nuntiábat: Fugit, inquit, Israël coram Philísthiim, & ruína magna facta est in pópulo: ínsuper & duo fílii tui mórtui sunt, Ophni & Phínees: & arca Dei capta est.

℟. *ij.* Sámuel, *p.* 289.

Lectio III. *v.* 18. *ad finem.*

CUmque ille nomináſſet arcam Dei, cécidit de sella retrórsùm juxta óstiũ, & fractis cervícibus, mórtuus est. Senex enim erat vir & grandævus: & ipse judicávit Israël quadragínta annis. Nurus autem ejus, uxor Phínees, prægnans erat, vicínaque pártui: & audíto núntio quòd capta esset arca Dei, & mórtuus esset socer suus, & vir suus, incurvávit se, & péperit: irrúerant enim in eam dolóres súbiti. In ipso autem moménto mortis ejus, dixérunt ei, quæ stabant circa eam: Ne tímeas, quia fílium peperísti. Quæ non respóndit eis, neque animadvértit. Et vocávit púerum, Ichabod, dicens: Transláta est glória de Israël, quia capta est arca Dei. Et pro sócero suo & pro viro suo; & ait; Transláta est glória ab Israël, eò quòd capta esset arca Dei.

℟. *iij.* Móyses, *p.* 290.

CANON.

Ex Concílio Basileénsi Œcuménico.

Anno 1435. *Sess.* 21. *Cap.* 5.

QUoscúmque Beneficiátos, sive in Sacris constitútos, cùm ad Horas Canónicas teneántur, ádmonet hæc sancta Sýnodus, si oratiónes suas Deo recéptas fore cúpiunt, ut non in gútture vel inter dentes, seu deglutiéndo, aut syncopándo, dictiónes, vel collóquia, aut risus intermitténdo, sed diúrnum noctúrnúmque Offícium, reverénter verbísque distínctis, péragant, ac tali in loco, ut à devotióne non retrahántur.

FERIA SEXTA.

De Libro primo Regum.

Lectio I. *c.* 5. *v.* 1. *ad* 5.

PHilísthiim tulérunt arcam Dei, & asportavérunt eam à Lápide adjutórii in Azótum. Tulerúntque Philísthiim arcam Dei: & intulérunt eam in templum Dagon, & statuérunt eam juxta Dagon. Cúmque surrexíssent dìlúculo Azótii, álterâ die, ecce Dagon jacébat pronus in terra ante arcam Dómini. Et tulérunt Dagon, & restituérunt eum in locum suum. Rursúmque manè die álterâ consurgéntes, invenérunt

Dagon jacéntem super fáciem suam in terra, coram arca Dómini. Caput autem Dagon, & duæ palmæ mánuum ejus abscíssæ erant super limen: porrò Dagon solus truncus remánserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdótes Dagon, & omnes qui ingrediúntur templum ejus, super limen Dagon in Azóto, usque in hodiérnum diem.

℟. *j.* Erat, *p.* 290.

Lectio II. *v.* 6. *ad* 9.

Aggraváta est autem manus Dómini super Azótios, & demolítus est eos: & percússit in secretióri parte nátium, Azótum & fines ejus. Et ebulliérunt villæ & agri in médio regiónis illíus: & nati sunt mures, & facta est confúsio mortis magnæ in civitáte. Vidéntes autem viri Azótii hujuscémodi plagam, dixérunt: Non máneat arca Dei Israël apud nos: quóniam dura est manus ejus super nos, & super Dagon deum nostrum. Et mitténtes congregavérunt omnes sátrapas Philisthinórum ad se, & dixérunt: Quid faciémus de arca Dei Israël? Responderúntque Gethæi: Circumducátur arca Dei Israël. Et circumduxérunt arcam Dei Israël. Illis autem circumducéntibus eam, fiébat manus Dómini per síngulas civitátes interfectiónis magnæ nimis: & percutiébat viros uniuscujúsque urbis, à parvo usque ad majórem, & computrescébant prominéntes extáles eórum.

℟. *ij.* Ait vir, *p.* 291.

Lectio III. *v.* 10. *ad finem.*

Misérunt ergo arcam Dei in Accaron. Cúmque veníssct arca Dei in Accaron, exclamavérunt Accaronítæ, dicéntes: Adduxérunt ad nos arcam Dei Israël, ut interfíciat nos & pópulum nostrum. Misérunt ítaque & congregavérunt omnes sátrapas Philisthinórum: qui dixérunt: Dimíttite arcam Dei Israël, & revertátur in locum suum, & non interfíciat nos cum pópulo nostro. Fiébat enim pavor mortis in síngulis úrbibus, & gravíssima valde manus Dei. Viri quoque, qui mórtui non fúerant, percutiebántur in secretióri parte nátium: & ascendébat ululátus uniuscujúsque civitátis in cœlum.

℟. *iij.* Cùm, *p.* 291.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 3. *De Divinis Officiis.* §. 10. *De Sacris Reliquiis.*

Præcípimus, omnes singulárum úrbium & diœcésum sacras Relíquias, quæ ex immáni hæréticæ impietátis sævítia supérsunt, semel ab Episcopis

recognósci, & in libro descríptas, qui in archívia Cathedrálium asservétur, in síngulis Ecclésiis loco conspícuo, benè septo ac decénter præparáto, recóndi & constítui.

SABBATO.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c. 6. v.* 10. *ad* 12.

TOlléntes Philísthiim duas vaccas, quæ lactábant vítulos, junxérunt ad plaustrum, vitulósque eárum conclusérunt domi. Et posuérunt arcam Dei super plaustrum, & capséllam quæ habébat mures aúreos & similitúdines anórum. Ibant autem in diréctum vaccæ, per viam quæ ducit Béthsames, & itínere uno gradiebántur pergéntes & mugiéntes: & non declinábant neque ad dégteram neque ad sinístram. Sed & sátrapæ Philísthiim sequebántur usque ad términos Béthsames.

Si fiat de Sabbato, duo priora ℟℟. *è III. Noct. Dom. præced.*

LECTIO II. *v.* 13. *ad* 15.

POrrò Bethsamítæ metébant tríticum in valle: & elevántes óculos suos, vidérunt arcam, & gavísi sunt cùm vidíssent. Et plaustrum venit in agrum Jósue Bethsamítæ, & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & concidérunt ligna plaustri, vaccásque imposuérunt super ea holocaústum Dómino. Levítæ autem deposuérunt arcam Dei, & capséllam quæ erat juxta eam, in qua erant vasa aúrea: & posuérunt super lápidem grandem. Viri autem Bethsamítæ obtulérunt holocaústa, & immolavérunt víctimas in die illa Dómino.

LECTIO III. *v.* 19. *ad finem.*

PErcússit autem de viris Bethsamítibus, eò quòd vidíssent arcam Dómini: & percússit de pópulo septuagínta viros, & quinquagínta míllia plebis. Luxítque pópulus, eò quòd Dóminus percussísset plebem plagâ magnâ. Et dixérunt viri Bethsamítæ: Quis póterit stare in conspéctu Dómini Dei sancti hujus? & ad quem ascéndet à nobis? Misérúntque núntios ad habitatóres Cariathiarim, dicéntes: Reduxérunt Philísthiim arcam Dómini, descéndite, & redúcite eam ad vos.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 3. *De Divinis Officiis.* §. 10. *De Sacris Reliquiis.*

CUrent Epíscopi, inter visitándum, ne áliquæ Relíquiæ à quibúslibet persónis ecclesiásticis, sive seculáribus, sive reguláribus, exponántur; nisi priùs à se débitè sint approbátæ.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. d. Dixit Dóminus ad Samuél:

lem : Audi vocem pópuli in ómnibus quæ loquúntur tibi : non enim te abjecérunt, sed me, ne regnem super eos. 1. *Reg.* 8. 7.

Oratio, Deus, qui, *infrà, ad Laudes*, p. 305.

DOMINICA IX.
POST PENTECOSTEN.

IN I. NOCTURNO.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c.* 8. *v.* 1. *ad* 6.

FActum est cùm senuísset Sámuel, pósuit fílios suos Júdices Israël. Fuítque nomen fílii ejus primogéniti, Joël : & nomen secúndi, Abia, Júdicum in Bersabée. Et non ambulavérunt fílii illíus in viis ejus : sed declinavérunt post avarítiam, acceperúntque múnera, & pervertérunt judícium. Congregáti ergo univérsi majóres natu Israël, venérunt ad Samuélem in Rámatha. Dixerúntque ei : Ecce tu senuísti, & fílii tui non ámbulant in viis tuis : constítue nobis Regem, ut júdicet nos, sicut & univérsæ habent natiónes. Displícuit sermo in óculis Samuélis, eò quòd dixíssent : Da nobis Regem, ut júdicet nos.

℞. *j.* Dixérunt majóres natu Israël Samuéli : * Constítue nobis Regem, ut júdicet nos. 1. *Reg.* 8. 5. ℣. Deus dedit Júdices, usque ad Sámuel Prophétam ; & exínde postulavérunt Regem. *Act.* 13. 20. 21. * Constítue.

LECTIO II. *v.* 6. *ad* 10.

ET orávit Sámuel ad Dóminum. Dixit autem Dóminus ad Samuélem : Audi vocem pópuli, in ómnibus quæ loquúntur tibi ; non enim te abjecérunt, sed me, ne regnem super eos. Juxta ómnia ópera sua quæ fecérunt, à die quâ edúxi eos de Ægýpto usque ad diem hanc, sicut dereliquérunt me, & serviérunt diis aliénis, sic fáciunt étiam tibi. Nunc ergo vocem eórum audi : verúmtamen contestáre eos, & prædic eis jus Regis qui regnatúrus est super eos. Dixit ítaque Sámuel ómnia verba Dómini ad pópulum, qui petíerat à se Regem.

℞. *ij.* Nóluit pópulus audíre vocem Samuélis ; sed * Dixérunt ; Nequáquam ; Rex enim erit super nos. 1. *Reg.* 8. 19. ℣. Secúndùm desidéria sua ambulántes. *Judæ. v.* 18. * Dixérunt.

LECTIO III. *v.* 19. *ad finem.*

NOluit autem pópulus audíre vocem Samuélis, sed dixérunt : Nequáquam : Rex enim erit super nos, & érimus nos quoque sicut omnes gentes : & judicábit nos Rex noster, & egrediétur ante nos, & pugnábit bella nostra pro nobis. Et audívit Sámuel ómnia verba pópuli : & locútus est ea in aúribus Dómini. Dixit autem Dóminus ad Samuélem : Audi-

vocem eórum, & constítue super eos Regem. Et ait Sámuel ad viros Israël: Vadat unusquísque in civitátem suam.

℟. *iij.* Dixit Dóminus ad Samuélem: Audi vocem eórum, & * Constítue super eos Regem. 1. *Reg.* 8. 22. ℣. Dei minîster est, vindex in iram ei qui malum agit. *Rom.* 13. 4. * Constítue. Glória. * Constítue.

IN II. NOCTURNO.

De Libro Sapiéntiæ.

LECTIO IV. *c.* 6. *v.* 1. *ad* 5.

MElior est sapiéntia quàm vires: & vir prudens quàm fortis. Audíte ergo, Reges, & intellígite: díscite, Júdices fínium terræ. Præbéte aures, vos, qui continétis multitúdines, & placétis vobis in turbis natiónum: quóniam data est à Dómino potéstas vobis, & virtus ab Altíssimo, qui interrogábit ópera vestra, & cogitatiónes scrutábitur: quóniam cùm essétis minístri regni illíus, non rectè judicástis, nec custodístis legem justítiæ, neque secúndùm voluntátem Dei ambulástis.

℟. *jv.* Tulit Sámuel lentículam ólei, & effúdit super caput Saúlis, & deosculátus est eum, & ait: * Ecce unxit te Dóminus, super hæreditátem suam, in príncipem. 1. *Reg.* 10. 1. ℣. Dedit illis Deus Saul, fílium Cis, virum de tribu Bénjamin, annis quadragínta. *Act.* 13. 21. * Ecce.

LECTIO V. *v.* 6. *ad* 11.

HOrréndè & citò apparébit vobis: quóniam judícium duríssimum, his qui præsunt, fiet. Exíguo enim concéditur misericórdia: poténtes autem poténter torménta patiéntur. Non enim súbtrahet persónam cujúsquam Deus, nec verébitur magnitúdinem cujúsquam: quóniam pusíllum & magnum ipse fecit, & æquáliter cura est illi de ómnibus. Fortióribus autem fórtior instat cruciátio. Ad vos ergo, reges, sunt hi sermónes mei: ut discátis sapiéntiam, & non excidátis. Qui enim custodíerint justa justè, justificabúntur: & qui didícerint ista, invénient quid respóndeant.

℟. *v.* Tulérunt Saúlem de domo: * Stetítque in médio pópuli, & áltior fuit univérso pópulo, ab húmero & sursùm. 1. *Reg.* 10. 23. ℣. Non est potéstas nisì à Deo; quæ autem sunt, à Deo ordinátæ sunt. *Rom.* 13. 1. * Stetítque.

LECTIO VI. *v.* 12. *ad* 16.

COncupíscite ergo sermónes meos: dilígite illos, & habébitis disciplínam. Clara est, & quæ nunquam marcéscit, sapiéntia, & fácilè vidétur ab his qui díligunt eam, & in-

venítur ab his qui quærunt illam. Præóccupat qui se concupíscunt, ut illis se prior osténdat. Qui de luce vigiláverit ad illam, non laborábit: assidéntem enim illam fóribus suis invéniet. Cogitáre ergo de illa, sensus est consummátus: & qui vigiláverit propter illam, citò secúrus erit.

℟. *vj.* Ait Sámuel ad omnem pópulum: Certè vidétis quem elégerit Dóminus, quóniam non sit símilis illi in omni pópulo: * Et clamávit omnis pópulus, & ait: Vivat Rex. 1. *Reg.* 10. 24. ℣. Fraternitátem dilígite, Deum timéte, Regem honorificáte. 1. *Petr.* 2. 17. * Et clamávit. Glória. * Et clamávit.

IN III. NOCTURNO.

Sermo Sancti Joánnis Chrysóstomi.

De Sacerd. Lib. 4. Cap. 1.

LECTIO VII.

Optárim ego istam opiniónem veram esse, ut qui rectè non aspírant ad múneris públici præfectúram, etsi míllies eos dicas vi pertráctos fuisse, atque ignorántiâ peccásse, effúgere possint ignem ætérnum, nec pérditi cum hypócritis & infidélibus partem hábeant. Verùm quid tibi fáciam? Non ità se res habet, non ità sanè. Ac si vis ut à regno primùm, quod apud Deum tanti *non est quanti Sacerdótium*, eórum quæ dixi fidem fáciam: Saül ille, filius Cis, non suópte motu & curâ Rex factus est; sed ábiit ut quæreret ásinas, & super iis Prophétam interrogáre cœpit: ille verò de regno ipsum allocútus est. Neque tamen ille statim regnum ádiit, licèt id à Prophéta audísset: sed deprecabátur, renuebátque, dicens: Quis sum ego, & quæ domus patris mei? Quid ergo? An, cùm honóre sibi per Deum trádito malè usus esset, pótuit his verbis éximi ab ira ejus qui se in Regem constitúerat?

℟. *vij.* Factum est verbum Dómini ad Sámuel, dicens: * Pœ́nitet me quòd constitúerim Saül regem. 1. *Reg.* 15. 10. 11. ℣. Mundus transit & concupiscéntia ejus; qui autem facit voluntátem Dei, manet in ætérnum. 1. *Joan.* 2. 17. * Pœ́nitet.

LECTIO VIII.

Atqui póterat ad Samuélem increpántem dícere: Num ego regnum invási? num insilívi in hanc poténtiam? Vitam privátam, otiósam & quiétam dúcere volébam: tu verò me in hanc dignitátem pertraxísti. Si in illa humilitáte permansíssem, hæc offendícula fácilè declináſſem. Nam cùm ex vulgárium & ignobílium essem número, ad hoc opus

missus nunquam fuíssem: neque mihi bellum contra Amalecítas Deus commisísset; quo mihi non commísso, in peccátum hujúsmodi nunquam incidíssem. Verùm hæc ómnia ad defensiónem infírma sunt: nec infírma modò, sed periculósa, quæ Dei magìs iram accéndant. Nos autem non sic affectos esse, nec in símilem decídere insániam decet; sed ubíque curáre, ut quæ facultátis nostræ sunt, adhibeámus, ac benè de Deo cogitémus & loquámur.

℞. *viij.* Dixit Sámuel ad Saúlem; * Pro eo quòd abjecísti sermónem Dómini, abjécit te Dóminus, ne sis Rex. 1. *Reg.* 15. 23. ℣. Scio ópera tua, quia nomen habes quòd vivas, & mórtuus es. *Apoc.* 3. 1. * Pro.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO IX. *c.* 19. *v.* 41. *ad* 47.

Flens Jesus super Jerusalem.

UT appropinquávit Jesus Jerúsalem, videns civitátem, flevit super illam. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

Hom. 39. *in Evang.* n. 3.

QUia evérsam jam Jerúsalem nóvimus, debémus ex rebus exterióribus, intrórsùs áliquam similitúdinem tráhere, atque ex evérsis ædifíciis parietum, morum ruínam timére. Videns enim civitátem, flevit super illam, dicens: Quia si cognovísses, & tu. Hoc semel egit, cùm peritúram civitátem esse nuntiávit. Hoc quotídie Redémptor noster per eléctos suos ágere nullátenùs cessat, cùm quosdam ex bona vita ad mores réprobos pervenísse consíderat. Plangit enim eos qui nésciunt cur plangántur, quia juxta Salomónis verba: Lætántur cùm malè fécerint, & exúltant in rebus péssimis. Qui si damnatiónem suam, quæ eis ímminet, agnovíssent, semetípsos cum lácrymis electórum plángerent. Benè autem peritúræ ánimæ, senténtia quæ súbditur, cónvenit: Et quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi, nunc autem abscóndita sunt ab óculis tuis. Suam hîc diem habet ánima pervérsa, quæ transitório gaudet in témpore. Cui ea quæ adsunt, ad pacem sunt; quia dum ex rebus temporálibus lætátur, dum honóribus extóllitur, dum in carnis voluptáte resólvitur, dum nullâ ventúræ pœnæ formídine terrétur, pacem habet in die sua, quæ grave damnatiónis suæ scándalum in die habébit aliéna. Ibi enim affligénda est, ubi justi lætabúntur: & cuncta quæ modò ei ad pacem sunt,

n amaritúdinem ri-
:téntur. Quia rixári
incípiet, cur dam-
em quam pátitur,
xpávit, cur à prof-
dis malis sequénti-
culos mentis clausit.
x. Dereliquísti fon-
ipiéntiæ; nam si in
i ambulásses, * Ha-
s útique in pace sem-
a. *Bar.* 3. 12. 13. ℣.
novísses & tu, & qui-
n hac die tua, quæ
:em tibi. *Luc.* 19. 42.
itásses. Glória. * Ha-
s.

Deum.

enedíctus, *Ant.* 5. a.
iid servus est Israël,
rnáculus? quare er-
ctus est in prædam?
14.

Oratio.

us, qui peccántium
nimas non vis perí-
ed culpas; cóntine
merémur iram, &
precámur, super nos
le cleméntiam; Per
num.

C A N O N

oncílio Burdigalénsi.
no 1583. *Tit.* 6. *De Festis.*

es Domínici Festí-
que ad hoc unum in-
sunt, ut fidéles Chri-
ab extérnis quæstuo-
opéribus abstinén-
oériùs, & majóri cum
e, divíno cúltui, at-
nfinítis divínæ boni-
erga genus humánum
ndis benefíciis vacá-
rent: sícque salutáribus religiónis offíciis occupáti, sédulò cavérent, ne dies Festos ullo dedécore injuriâve affícerent.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. Erat Jesus docens quotídie in Templo: Príncipes autem Sacerdótum, & Scribæ, & Príncipes plebis quærébant illum pérdere. *Luc.* 19. 47.

FERIA SECUNDA.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c.* 9. *v.* 1. *ad* 6.

ET erat vir de Bénjamin nómine Cis, fílius Abiel, fílii Seror, fílii Béchorath, fílii Aphia, fílii viri Jémini, fortis róbore. Et erat ei fílius vocábulo Saül, eléctus & bonus: & non erat vir de fíliis Israël mélior illo; ab húmero & sursùm eminébat super omnem pópulum. Períerant autem ásinæ Cis patris Saül: & dixit Cis ad Saül fílium suum: Tolle tecum unum de púeris, & consúrgens vade, & quære ásinas. Qui cùm transíssent per montem Ephraïm, & per terram Sálisa, & non invenissent, transiérunt étiam per terram Salim, & non erant: sed & per terram Jémini, & mínimè reperérunt. Cùm autem veníssent in terram Suph, dixit Saül ad púerum qui erat cum eo: Veni, & revertámur, ne fortè dimíserit pater meus ásinas, & sollícitus sit pro nobis. Qui ait ei: Ecce

vir Dei est in civitáte hac, vir nóbilis: omne quod lóquitur, sinè ambiguitáte venit. Nunc ergo eámus illuc, si fortè índicet nobis de via nostra, propter quam vénimus.

℟. *j.* Dixérunt, *p.* 301.

LECTIO II. *v.* 14. *ad* 17.

ET ascendérunt in civitátem. Cúmque illi ambulárent in médio urbis, appáruit Sámuel egrédiens óbviàm eis, ut ascénderet in excélsum. Dóminus autem reveláverat aurículam Samuélis ante unam diem quàm veníret Saül, dicens: Hâc ipsâ horâ quæ nunc est, cras mittam virum ad te de terra Bénjamin, & unges eum Ducem super pópulum meum Israël. Et salvábit pópulum meum de manu Philisthinórum: quia respéxi pópulum meum, venit enim clamor eórum ad me. Cúmque aspexísset Sámuel Saúlem, Dóminus dixit ei: Ecce vir quem díxeram tibi; iste dominábitur pópulo meo.

℟. *ij.* Nóluit, *p.* 301.

LECTIO III. *v.* 18. *ad* 22.

ACcéssit autem Saül ad Samuélem, in médio portæ, & ait: Indica, oro, mihi, ubi est domus Vidéntis. Et respóndit Sámuel Saúli, dicens: Ego sum Videns; ascénde ante me in excélsum, ut comedátis mecum hódie, & dimíttam te manè: & ómnia quæ sunt in corde tuo, indicábo tibi. Et de ásinis, quas nudiustértiùs perdidísti, ne sollícitus sis; quia invéntæ sunt. Et cujus erunt óptima quæque Israël? nónne tibi & omni dómui patris tui? Respóndens autem Saül, ait: Nunquid non fílius Jémini ego sum, de mínima tribu Israël, & cognátio mea novíssima inter omnes famílias de tribu Bénjamin? Quare ergo locútus es mihi sermónem istum? Assúmens ítaque Sámuel Saúlem & púerum ejus, introdúxit eos in triclínium, & dedit eis locum in cápite eórum qui fúerant invitáti; erant enim quasi trigínta viri.

℟. *iij.* Dixit, *p.* 302.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 6. *De Festis.*

OMnibus nostræ provínciæ Párochis indícimus, pópulum suum frequénter & sériò commonefáciant, ut diébus Festis, non solùm à quibúslibet prohíbitis opéribus se contíneant, verùm étiam sacris ómnibus Ecclésiæ Mystériis, & divíni verbi prædicatióni religiósè intérsint.

FERIA TERTIA.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c.* 9. *v.* 26. *ad finem*, *& c.* 10. *v.* 1.

VOcávit Sámuel Saúlem in solário, dicens: Surge, & dimíttam te. Et

t Saül : egressíque
nbo , ipse vidélicet ,
nuel. Cúmque des-
rent in extréma parte
is , Sámuel dixit ad
Dic púero ut antecé-
os , & tránseat : tu
subsíste paulísper ,
dicem tibi verbum
ni. Tulit autem Sá-
lentículam ólei , &
super caput ejus , &
ulátus est eum , & ait :
, unxit te Dóminus
hæreditátem suam in
pem ; & liberábis pó-
ı suum de mánibus
córum ejus , qui in
tu ejus sunt. Et hoc
gnum , quia unxit te
in príncipem.

℟. Tulit , *p.* 302.

io II. *v.* 17. *ad* 22.
Invocávit Sámuel pó-
ulum ad Dóminum
spha : & ait ad fílios
: Hæc dicit Dóminus
Israël : Ego edúxi Is-
e Ægýpto , & érui
manu Ægyptiórum ,
manu ómnium re-
qui affligébant vos.
autem hódie projecí-
eum vestrum , qui so-
lvávit vos de univér-
lis & tribulatiónibus
s , & dixístis : Nequá-
: sed Regem constítue
nos. Nunc ergo state
ı Dómino per tribus
s , & per famílias. Et
uit Sámuel omnes
Israël , & cécidit
tribûs Bénjamin. Et
uit tribum *Bénjamin*
& cognatiónes ejus , & cé-
cidit cognátio Metri , &
pervénit usque ad Saül , fí-
lium Cis. Quæsiérunt ergo
eum , & non est invéntus.
Et consuluérunt post hæc
Dóminum , utrúmnam ven-
túrus esset illuc. Respondít-
que Dóminus : Ecce abs-
cónditus est domi.

℟. *ij.* Tulérunt , *p.* 302.

Lectio III. *v.* 23. *ad fin.*

CUcurrérunt ítaque , & tulérunt eum inde : stetítque in médio pópuli , & áltior fuit univérso pópulo ab húmero & sursùm. Et ait Sámuel ad omnem pópulum : Certè vidétis quem elégit Dóminus , quóniam non sit símilis illi in omni pópulo. Et clamávit omnis pópulus , & ait : Vivat Rex. Locútus est autem Sámuel ad pópulum legem regni , & scripsit in libro , & repósuit coram Dómino : & dimísit Sámuel omnem pópulum , síngulos in domum suam. Sed & Saül ábiit in domum suam in Gábaa : & ábiit cum eo pars exércitûs , quorum tetígerat Deus corda. Fílii verò Bélial dixérunt : Num salváre nos póterit iste ? Et despexérunt eum , & non attulérunt ei múnera : ille verò dissimulábat se audíre.

℟. *iij.* Ait , *p.* 303.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi.
Anno 1583. *Tit.* 6. *De Festis.*

PArochi sériò commonefáciant pópulum suum ,

ut diébus Festis non prætermíttant ópera pietátis, in paupéribus reficiéndis, afflíctis consolándis, aliísque piis rebus geréndis: in quibus christiána proféssio & cáritas máximè elucéscit. Magistrátus autem omnes, pro sui nostríque offícii ratióne, quoàd póssumus, adhortámur, ut quod in ipsis máximè situm est, sacros dies illos ac solémnes piè sanctéque celebrári curent.

FERIA QUARTA.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c.* 11. *v.* 5. *ad* 7.

Ecce Saül veniébat, sequens boves de agro, & ait: Quid habet pópulus quod plorat? & narravérunt ei verba virórum Jabes. Et insilívit Spíritus Dómini in Saül, cùm audísset verba hæc, & irátus est furor ejus nimis. Et assúmens utrúmque bovem concídit in frusta, misítque in omnes términos Israël per manum nuntiórum, dicens: Quicúmque non exíerit, & secútus fúerit Saül & Sámuel, sic fiet bobus ejus. Invásit ergo timor Dómini pópulum, & egréssi sunt quasi vir unus.

℟. *j.* Factum, *p.* 303.

LECTIO II. *c.* 12. *v.* 1. *ad* 5.

Dixit autem Sámuel ad univérsum Israël: Ecce audívi vocem vestram, juxta ómnia quæ locúti estis ad me, & constítui super vos Regem. Et nunc Rex gráditur ante vos: ego autem sénui, & incánui: porrò fílii mei vobíscum sunt. Itaque conversátus coram vobis ab adolescéntia mea usque ad hanc diem, ecce præstò sum. Loquímini de me coram Dómino, & coram christo ejus, utrùm bovem cujúsquam túlerim, aut ásinum: si quémpiam calumniátus sum, si oppréssi áliquem, si de manu cujúsquam munus accépi: & contémnam illud hódie, restituámque vobis. Et dixérunt: Non es calumniátus nos, neque oppressísti, neque tulísti de manu alicújus quíppiam. Dixítque ad eos: Testis est Dóminus advérsùm vos, & testis christus ejus in die hac, quia non invenéritis in manu mea quíppiam. Et dixérunt: Testis.

℟. *ij.* Dixit, *p.* 304.

LECTIO III. *v.* 19. *ad finem.*

Et tímuit omnis pópulus nimis Dóminum & Samuélem. Et dixit univérsus pópulus ad Samuélem: Ora pro servis tuis ad Dóminum Deum tuum, ut non moriámur: addídimus enim univérsis peccátis nostris malum, ut peterémus nobis regem. Dixit autem Sámuel ad pópulum: Nolíte timére: vos fecístis univérsum malum hoc:

verúmtamen nolíte recédere à tergo Dómini, sed servíte Dómino in omni corde vestro. Et nolíte declináre post vana, quæ non próderunt vobis, neque éruent vos, quia vana sunt. Et non derelínquet Dóminus pópulum suum, propter nomen suum magnum: quia jurávit Dóminus fácere vos sibi pópulum. Absit autem à me hoc peccátum in Dóminum, ut cessem oráre pro vobis: & docébo vos viam bonam & rectam. Igitur timéte Dóminum, & servíte ei in veritáte, & ex toto corde vestro: vidístis enim magnífica quæ in vobis gésserit. Quòd si perseveravéritis in malítia, & vos & Rex vester páriter períbitis.

℟. *iij*. Ait Sámuel: * Mélior est obediéntia quàm víctimæ, & auscultáre magìs quàm offérre ádipem arietum. 1. *Reg*. 15. 22. ℣. Misericórdiam volo, & non sacrifícium. *Matt*. 9. 13. * Mélior. Glória. * Mélior.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit*. 6. *De Festis*.

MAgistrátus omnes adhortámur, ut diébus Festis, tabérnas aperíri, vectúras & ópera rústica exercéri prohíbeant. Quo témpore verò divínum Offícium explétur, aut conciónes habéntur, otiósam & vagam turbam è tabérnis, & foro, & platéis ábigant, pœnísque propósitis, rebus sacris interésse compéllant. Neque certè ulla reipúblicæ administrándæ rátio mélior & laudabílior esse potest, quàm quæ primas divíno cúltui & Religióni tríbuit.

FERIA QUINTA.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c*. 13. *v*. 5. *ad* 7.

PHilísthiim congregáti sunt ad præliándum contra Israël, trigínta míllia cúrruum, & sex míllia équitum, & réliquum vulgus, sicut aréna quæ est in líttore maris plúrima. Et ascendéntes castrametáti sunt in Machmas, ad Oriéntem Béthaven. Quod cùm vidíssent viri Israël se in arcto pósitos, (afflíctus enim erat pópulus,) abscondérunt se in speluncis, & in ábditis, in petris quoque, & in antris, & in cistérnis. Hebræi autem transiérunt Jordánem in terram Gad & Gálaad. Cúmque adhuc esset Saül in Gálgala, univérsus pópulus pertérritus est, qui sequebátur eum.

℟. *j*. Dixérunt, *p*. 301.

LECTIO II. *v*. 8. *ad* 12.

ET expectávit septem diébus juxta plácitum Samuélis, & non venit Sámuel in Gálgala, dilapsúsque est pópulus ab eo. Ait ergo Saül: Afférte mihi holocaústum, & pacífica:

& óbtulit holocaústum. Cúmque compléſſet ófferens holocaústum, ecce Sámuel veniébat : & egréſſus eſt Saül óbviàm ei, ut ſalutáret eum. Locutúſque eſt ad eum Sámuel : Quid fecíſti ? Reſpóndit Saül : Quia vidi quòd pópulus dilaberétur à me, & tu non véneras juxta plácitos dies : porrò Philísthiim congregáti fúerant in Machmas, dixi : Nunc deſcéndent Philíſthiim ad me in Gálgala, & fáciem Dómini non placávi. Neceſſitáte compúlſus, óbtuli holocaústum.

℟. *ij*. Nóluit, *p*. 301.

LECTIO III. *v*. 13. *ad* 14.

DIxítque Sámuel ad Saül : Stultè egíſti, nec cuſtodíſti mandáta Dómini Dei tui, quæ præcépit tibi. Quod ſi non fecíſſes, jam nunc præparáſſet Dóminus regnum tuum ſuper Iſraël in ſempitérnum : ſed nequáquam regnum tuum ultrà consúrget. Quæſívit Dóminus ſibi virum juxta cor ſuuum : & præcépit ei Dóminus ut eſſet dux ſuper pópulum ſuum, eò quòd non ſerváveris quæ præcépit Dóminus.

℟. *iij*. Dixit, *p*. 302.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénſi.

Anno 1583. *Tit*. 6.

De Feſtis.

EPíſcopi in ſua ſínguli Sýnodo, hábitâ ratióne témporum, dies Feſtos ſuárum Diœcéſum ad pauciórem númerum, quoàd póterunt, redúcere curábunt : eoſdémque, propóſitis étiam eórum arbítrio pœnis, débita cum reveréntia curent obſervándos.

FERIA SEXTA.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c*. 14. *v*. 24. *ad* 27.

VIri Iſraël ſociáti ſunt ſibi in die illa. Adjurávit autem Saül pópulum, dicens : Maledíctus vir, qui coméderit panem uſque ad véſperam, donec ulcíſcar de inimícis meis. Et non manducávit univérſus pópulus panem : ómneque terræ vulgus venit in ſaltum, in quo erat mel ſuper fáciem agri. Ingréſſus eſt ítaque pópulus ſaltum, & appáruit fluens mel, nullúſque applícuit manum ad os ſuum ; timébat enim pópulus juraméntum. Porrò Jónathas non audíerat cùm adjuráret pater ejus pópulum : extendítque ſummitátem virgæ quam habébat in manu, & intínxit in favum mellis : & convértit manum ſuam ad os ſuum, & illumináti ſunt óculi ejus.

℟. *j*. Tulit, *p*. 302.

LECTIO II. *v*. 37. *ad* 41.

ET consúluit Saül Dóminum : Num pérſequar Philísthiim ? Si trades eos in manus Iſraël ? Et non reſpóndit ei in die illa.

Dixítque Saül: Applicáte huc univérsos ángulos pópuli: & scitóte, & vidéte, per quem accíderit peccátum hoc hódie. Vivit Dóminus Salvátor Israël, quia si per Jónatham fílium meum factum est, absque retractatióne moriétur. Ad quod nullus contradíxit ei de omni pópulo. Et ait ad univérsum Israël: Separámini vos in partem unam, & ego cum Jónatha fílio meo ero in parte áltera. Respondítque pópulus ad Saül: Quod bonum vidétur in óculis tuis, fac. Et dixit Saül ad Dóminum Deum Israël: Dómine Deus Israël, da indíciũ. Quid est quòd non respónderis servo tuo hódie? Si in me, aut in Jónatha fílio meo, est iníquitas hæc, da ostensiónem: aut si hæc iníquitas est in pópulo tuo, da sanctitátem. Et deprehénsus est Jónathas & Saül, pópulus autem exívit.

℟. ij. Tulérunt, p. 302.

LECTIO III. v. 42. ad 45.

ET ait Saül: Míttite sortem inter me, & inter Jónatham fílium meum. Et captus est Jónathas. Dixit autem Saül ad Jónatham: Indica mihi quid féceris. Et indicávit ei Jónathas, & ait: Gustans gustávi in summitáte virgæ quæ erat in manu mea, paúlulùm mellis, & ecce ego mórior. Et ait Saül: Hæc fáciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte moriéris, Jónatha. Dixítque pópulus ad Saül: Ergone Jónathas moriétur, qui fecit salútem hanc magnam in Israël? hoc nefas est. Vivit Dóminus, si cecíderit capíllus de cápite ejus in terram, quia cum Deo operátus est hódie. Liberávit ergo pópulus Jónatham, ut non morerétur

℟. iij. Ait, p. 303.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. Anno 1624. Cap. 4. De Festis. §. 2.

OMnibus Párochis nostræ província, ut diébus Festis vitam Sanctórum, quorum memória in benedictióne celebrátur, horâ commodióri, ad pópulum de suggéstu legant, & familiáribus verbis éxplicent, præcípimus: quâ véluti sacro ánimæ férculo plebs fidélis erudíta, Sanctórum vitam & mores utíliter imitétur.

SABBATO.

De Libro primo Regum. LECTIO I. c. 15. v. 1. ad 4.

DIxit Sámuel ad Saül: Me misit Dóminus, ut úngerem te in regem super pópulum ejus Israël: nunc ergo audi vocem Dómini. Hæc dicit Dóminus exercítuum: Recénsui quæcúmque fecit Amalec Israéli, quómodo réstitit ei in via, cùm ascénderet de Æ-

gýpto. Nunc ergo vade, & pércute Amalec, & demolíre univérsa ejus. Non parcas ei, & non concupíscas ex rebus ipsíus áliquid: sed intérfice à viro usque ad mulíerem, & párvulum atque lacténtem, bovem & ovem, camélum & ásinum. Præcépit ítaque Saül pópulo, & recénsuit eos quasi agnos: ducénta míllia péditum, & decem míllia virórum Juda.

Si fiat de Sabbato, duo priora ℟℟. è III. Nocturno Dom. præced.

LECTIO II. *v.* 5. *ad* 9.

CUmque veníſſet Saül usque ad civitátem Amalec, teténdit insídias in torrénte. Dixítque Saül Cinæo: Abíte, recédite, atque descéndite ab Amalec: ne fortè invólvam te cum eo; tu enim fecísti misericórdiam cum ómnibus fíliis Israël, cùm ascénderent de Ægýpto. Et recéssit Cinæus de médio Amalec. Percussítque Saül Amalec, ab Hévila, donec vénias ad Sur, quæ est è regióne Ægýpti. Et apprehéndit Agag regem Amalec vivum: omne autem vulgus interfécit in ore gládii. Et pepércit Saül & pópulus, Agag, & óptimis grégibus óvium & armentórum, & véstibus, & ariétibus, & univérsis quæ pulchra erant, nec voluérunt dispérdere ea: quidquid verò vile fuit & réprobum, hoc demolíti sunt.

LECTIO III. *v.* 10. *ad* 11.

FActum est autem verbum Dómini ad Sámuel, dicens: Pœnitet me quòd constitúerim Saül regem: quia derelíquit me, & verba mea ópere non implévit. Contristatúsque est Sámuel, & clamávit ad Dóminum, totâ nocte. Cúmque de nocte surrexísset Sámuel, ut iret ad Saül manè, nuntiátum est Samuéli, eò quòd veníſſet Saül in Carmélum, & erexíſſet sibi fórnicem triumphálem, & revérsus transíſſet, descendisétque in Gálgala. Venit ergo Sámuel ad Saül, & Saül offerébat holocaústum Dómino, de inítiis prædárum quæ attúlerat ex Amalec.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 4. *De Festis.* §. 3.

CUrent Epíscopi in visitatiónibus Ecclesiárum Parochiálium, ea resecáre, quæ aliéna prorsùs conspiciúntur piis sodalitátibus & eárum pio propósito. Hinc aboleántur omnínò chóreæ, commessatiónes, ebrietátes, ludi, contentiónes, dissídia. Sint ómnia pia, modésta, devóta; aut secùs interdicántur omnes illæ societátes, & bona earúmdem quæcúmque, fábricis Ecclesiárum, aut áliis piis opéribus applicéntur.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. a. Multò mélior est obediéntia quàm stultórum víctimæ, qui nésciunt quid fáciunt mali. *Eccle.* 4. 17.

Oratio, Omnípotens, *infrà*, *ad Laudes*, p. 317.

DOMINICA X.

POST PENTECOSTEN.

IN I. NOCTURNO.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c.* 15. *v.* 13. *ad* 19.

CUm venísset Sámuel ad Saül, dixit ei Saül: Benedíctus tu Dómino, implévi verbum Dómini. Dixítque Sámuel: Et quæ est hæc vox gregum, quæ résonat in áuribus meis, & armentórum, quam ego áudio? Et ait Saül: De Amalec adduxérunt ea: pepércit enim pópulus melióribus óvibus & arméntis, ut immolaréntur Dómino Deo tuo; réliqua verò occídimus. Ait autem Sámuel ad Saül: Sine me, & indicábo tibi quæ locútus sit Dóminus ad me nocte. Dixítque ei: Lóquere. Et ait Sámuel: Nónne cùm párvulus esses in óculis tuis, caput in tríbubus Israël factus es? unxítque te Dóminus in Regem super Israël, & misit te Dóminus in viam, & ait: Vade, & intérfice peccatóres Amalec, & pugnábis contra eos, usque ad interneciónem eórum. Quare ergo non audísti vocem Dómini: sed versus ad prædam es, & fecísti malum in óculis Dómini?

℟. *j.* Dixérunt majóres natu Israël Samuéli: * Constítue nobis Regem, ut júdicet nos. 1. *Reg.* 8. 5. ℣. Deus dedit Júdices, usque ad Sámuel Prophétam; & exínde postulavérunt Regem. *Act.* 13. 20. 21. * Constítue.

LECTIO II. *v.* 20. *ad* 23.

ET ait Saül ad Samuélem: Imò audívi vocem Dómini, & ambulávi in via per quam misit me Dóminus, & addúxi Agag regem Amalec, & Amalec interféci. Tulit autem de præda pópulus oves & boves, primítias eórum quæ cæsa sunt, ut ímmolet Dómino Deo suo in Gálgalis. Et ait Sámuel: Nunquid vult Dóminus holocáusta & víctimas? & non pótiùs ut obediátur voci Dómini? Mélior est enim obediéntia quàm víctimæ: & auscultáre, magìs quàm offérre ádipem aríetum. Quóniam quasi peccátum ariolándi est, repugnáre: & quasi scelus idololatríæ, nolle acquiéscere. Pro eo ergo quòd abjecísti sermónem Dómini, abjécit te Dóminus, ne sis Rex.

℟. *ij.* Nóluit pópulus audíre vocem Samuélis; sed * Dixérunt: Nequáquam; Rex enim erit super nos. 1. *Reg.* 8. 19. ℣. Secúndùm desidéria sua ambulántes. *Judæ*, *v.* 18. * Dixérunt.

Lectio III. *v.* 24. *ad* 31.

DIxítque Saül ad Samuélem : Peccávi, quia prævaricátus sum sermónem Dómini & verba tua, timens pópulum, & obédiens voci eórum. Sed nunc porta, quæso, peccátum meum, & revértere mecum, ut adórem Dóminum. Et ait Sámuel ad Saül: Non revértar tecum, quia projecísti sermónem Dómini, & projécit te Dóminus, ne sis Rex super Israël. Et convérsus est Sámuel ut abíret: ille autem apprehéndit summitátem pállii ejus, quæ & scissa est. Et ait ad eum Sámuel : Scidit Dóminus regnum Israël à te hódie, & trádidit illud próximo tuo melióri te. Porrò Triumphátor in Israël non parcet, & pœnitúdine non flectétur : neque enim homo est, ut agat pœniténtiam. At ille ait : Peccávi : sed nunc honóra me coram senióribus pópuli mei, & coram Israël, & revértere mecum, ut adórem Dóminum Deum tuum. Revérsus ergo Sámuel secútus est Saúlem : & adorávit Saül Dóminum.

℞. *iij.* Dixit Dóminus ad Samuélem : Audi vocem eórum, & * Constítue super eos Regem. 1. *Reg.* 8. 22. ℣. Dei miníster est, vindex in iram ei qui malum agit. *Rom.* 13. 4. * Constítue. Glória. * Constítue.

IN II. NOCTURNO.

De Libro Sapiéntiæ.

Lectio IV. *c.* 1. *v.* 1. *ad* 5.

DIlígite justítiam, qui judicátis terram. Sentíte de Dómino in bonitáte, & in simplicitáte cordis quǽrite illum : quóniam invenítur ab his qui non tentant illum : appáret autem eis qui fidem habent in illum. Pervérsæ enim cogitatiónes séparant à Deo : probáta autem virtus córripit insipiéntes. Quóniam in malévolam ánimam non introíbit sapiéntia, nec habitábit in córpore súbdito peccátis. Spíritus enim sanctus disciplínæ effúgiet fictum, & áuferet se à cogitatiónibus quæ sunt sinè intelléctu, & corripiétur à superveniénte iniquitáte.

℞. *iv.* Tulit Sámuel lentículam ólei, & effúdit super caput Saül, & deosculátus est eum, & ait : * Ecce unxit te Dóminus super hæreditátem suam in príncipem. 1. *Reg.* 9. 1. ℣. Dedit illis Deus Saül, fílium Cis, virum de tribu Bénjamin, annis quadragínta. *Act.* 13. 21. * Ecce.

Lectio V. *v.* 6. *ad* 10.

BEnígnus est enim spíritus sapiéntiæ, & non liberábit malédicum à suis: quóniam renum illíus testis est Deus, & cordis illíus scrutátor est verus, & linguæ ejus audítor. Quóniam Spíritus Dómini replévit

orbem terrárum : & hoc, quod cóntinet ómnia, sciéntiam habet vocis. Propter hoc qui lóquitur iníqua, non potest latére; nec prætériet illum corrípiens judícium. In cogitatiónibus enim ímpii interrogátio erit : sermónum autem illíus audítio ad Deum véniet, ad correptiónem iniquitátum illíus. Quóniam auris zeli audit ómnia, & tumúltus murmuratiónum non abscondétur.

℟. *v.* Tulérunt Saúlem de domo, * Stetítque in médio pópuli, & áltior fuit univérso pópulo ab húmero & sursùm. 1. *Reg.* 10. 23. ℣. Non est potéstas, nisì à Deo; quæ autem sunt, à Deo ordinátæ sunt. *Rom.* 13. 1. * Stetítque.

LECTIO VI. *v.* 11. *ad finem.*

CUstodíte ergo vos à murmuratióne quæ nihil prodest, & à detractióne párcite linguæ, quóniam sermo obscúrus in vácuum non ibit : os autem quod mentítur, occídit ánimam. Nolíte zeláre mórtem in erróre vitæ vestræ, neque acquirátis perditiónem in opéribus mánuum vestrárum : quóniam Deus mortem non fecit, nec lætátur in perditióne vivórum. Creávit enim, ut essent ómnia : & sanábiles fecit natiónes orbis terrárum : & non est in illis medicaméntum extermínii, nec inferórum regnum in terra. Justítia enim perpétua est & immortális. Impii autem mánibus & verbis accersiérunt illam : & æstimántes illam amícam, defluxérunt, & sponsiónes posuérunt ad illam : quóniam digni sunt qui sint ex parte illíus.

℟. *vj.* Ait Sámuel ad omnem pópulum : Certè vidétis quem elégerit Dóminus, quóniam non sit símilis illi in omni pópulo : * Et clamávit omnis pópulus, & ait : Vivat Rex. 1. *Reg.* 10. 24. ℣. Fraternitátem dilígite, Deum timéte, Regem honorificáte. 1. *Petr.* 2. 17. * Et clamávit. Glória. * Et clamávit.

IN III. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

Lib. 17. *De Civit. Dei. Cap.* 6. n. 2.

LECTIO VII.

ILlud quod ait Saúli Sámuel : Quóniam non servásti mandátum meum, quod mandávit tibi Dóminus; quemádmodum nunc paráverat Dóminus regnum tuum usque in ætérnum super Israël, & nunc regnum tuum non stabit tibi. Et quæret Dóminus sibi hóminem secúndùm cor suum, & mandábit ei Dóminus esse in príncipem super pópulum suum; quia non custodísti quæ mandávit tibi Dóminus : non sic accipiéndum est, ac si ipsum

Saúlem Deus in ætérnum præparáverit regnatúrum, & hoc pósteà nolúerit serváre peccánti; neque enim eum peccatúrum esse nesciébat: sed præparáverat regnum ejus in quo figúra esset regni ætérni. Ideò áddidit: Et nunc regnum tuum non stabit tibi. Stetit ergo, & stabit quod in illo significátum est: sed non huic stabit, quia non in ætérnum ipse fúerat regnatúrus, nec progénies ejus; ut saltèm per pósteros álterum álteri succedéntes, viderétur impléri quod dictum est: In ætérnum.

℟. *vij*. Factum est verbum Dómini ad Sámuel, dicens: * Pœ́nitet me quòd constitúerim Saül regem. 1. *Reg*. 15. 10. 11. ℣. Mundus transit & concupiscéntia ejus; qui autem facit voluntátem Dei, manet in ætérnum. 1. *Joan*. 2. 17. * Pœ́nitet.

LECTIO VIII.

ET quæret, inquit, Dóminus sibi hóminem: sive David, sive ipsum Mediatórem significans Testaménti novi, qui figurabátur in chrísmate étiam quo unctus est ipse David, & progénies ejus. Non autem quasi nésciat ubi sit, ità Deus sibi hóminem quærit: sed per hóminem, more hóminum lóquitur; quia & sic loquéndo nos quærit. Non solùm enim Deo Patri, verùm étiam ipsi quoque Unigénito ejus, qui venit quærere quod períerat, usque ádeò jam erámus noti, ut in ipso essémus elécti ante constitutiónem mundi.

℟. *viij*. Dixit Sámuel ad Saúlem; * Pro eo quòd abjecísti sermónem Dómini, abjécit te Dóminus, ne sis Rex. 1. *Reg*. 15. 23. ℣. Scio ópera tua, quia nomen habes quòd vivas, & mórtuus es. *Apoc*. 3. 1. * Pro.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO IX. *c*. 18. *v*. 9. *ad* 14.

Superbus condemnatus, humilis justificatus.

DIxit Jesus ad quosdam qui in se confidébant, tanquam justi, & aspernabántur cǽteros, parábolam istam: Duo hómines ascendérunt in Templum, ut orárent, unus Pharisǽus, & alter Publicánus. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Enarrat. 2. *in Psal*. 31. *n*. 10. 11.

QUi vult fortis esse, velut præsúmens de se, & jactans mérita sua, qualiacúmque illa sint, erit símilis Pharisǽo illi, qui quod à Deo se dicébat accepísse, supérbè tamen jactábat. Grátias, inquit, tibi. Atténdite, fratres mei, quale genus supérbiæ comméndet Deus: verè quale potest subintráre justo hómini, quale potest subré-

pere étiam bonæ spei viro. Grátias tibi, dicébat. Ergo, cùm dicébat, Grátias tibi, fatebátur ab illo se accepísse quod habébat. Quid enim habes quod non accepísti? Ergo, Grátias tibi ago, dixit. Grátias tibi ago, quia non sum sicut cæteri hómines, raptóres, injústi, adúlteri, sicut & Publicánus iste. Unde ergo supérbus? Non quia de bonis suis Deo grátias agébat, sed quia super álterum se de ipsis bonis extollébat. Unde supérbus? Quia spernébat cæteros. Unde probas? In ipsis verbis. Quómodo? Pharisæus, inquit, ille contémpsit de longè stantem, cui Deus confiténti propinquábat. Publicánus, inquit, de longínquo stabat: sed Deus ad illum de longínquo non stabat. Quare Deus ab illo de longínquo non stabat? Quia álio loco dícitur: Propè est Dóminus his qui obtrivérunt cor.

℟. jx. Humílium & mansuetórum semper tibi, Dómine, plácuit deprecátio, * Deus cœlórum, Creátor aquárum, & Dóminus totíus creatúræ, exaúdi me. *Judith.* 9. 16. 17. ℣. Publicánus percutiébat pectus suum, dicens: Deus, propítius esto mihi peccatóri. *Luc.* 18. 13. * Deus. Glória. * Deus.

Te Deum.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D. * Odíbilis coram Deo est & homínibus supérbia. *Eccli.* 10. 7.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui abundántiâ pietátis tuæ, & mérita súpplicum excédis & vota; effúnde super nos misericórdiam tuam, ut dimíttas quæ consciéntia métuit, & adjícias quod orátio non præsúmit; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1563. *Sess.* 24. *De Reform. Cap.* 1.

SAncta Sýnodus omnes & síngulos qui ad promotiónem præficiendórum quodcúmque jus habent, hortátur & monet, ut imprímìs memínerint, nihil se ad Dei glóriam & populórum salútem utílius posse fácere, quàm si bonos Pastóres, & Ecclésiæ gubernándæ idóneos promovére stúdeant; eósque aliénis peccátis communicántes mortáliter peccáre, nisì digniores & Ecclésiæ magìs útiles præfici diligénter curáverint.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. a. Omnis qui se exáltat, humiliábitur; & qui se humíliat, exaltábitur. *Luc.* 18. 14.

FERIA SECUNDA.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c.* 15. *v.* 32. *ad finem.*

DIxit Sámuel: Addúcite ad me Agag re-

gem Amalec. Et oblátus est ei Agag pinguíssimus, & tremens. Et dixit Agag: Siccine séparat amára mors? Et ait Sámuel: Sicut fecit absque líberis mulíeres gládius tuus, sic absque líberis erit inter mulíeres mater tua. Et in frusta concídit eum Sámuel coram Dómino in Gálgalis. Abiit autem Sámuel in Rámatha: Saül verò ascéndit in domum suam in Gábaa. Et non vidit Sámuel ultrà Saül, usque ad diem mortis suæ: verúmtamen lugébat Sámuel Saúlem, quóniam Dóminum pœnitébat quòd constituísset eum Regem super Israël.

℟. *j*. Dixérunt, p. 313.

LECTIO II. *c*. 16. *v*. 1. *ad* 5.

DIxítque Dóminus ad Samuélem: Usquequò tu luges Saül, cùm ego projécerim eum, ne regnet super Israël? Imple cornu tuum óleo, & veni, ut mittam te ad Isaï Bethlehemítem: próvidi enim in fíliis ejus mihi Regem. Et ait Sámuel: Quo modo vadam? aúdiet enim Saül, & interfíciet me. Et ait Dóminus: Vítulum de arménto tolles in manu tua, & dices: Ad immolándum Dómino veni. Et vocábis Isaï ad víctimam: & ego osténdam tibi quid fácias, & unges quemcúmque monstrávero tibi. Fecit ergo Sámuel, sicut locútus est ei Dóminus. Venítque in Béthlehem, & admiráti sunt senióres civitátis occurréntes ei, dixerúntque: Pacificúsne est ingréssus tuus? Et ait: Pacíficus. Ad immolándum Dómino veni, sanctificámini, & veníte mecum, ut ímmolem. Sanctificávit ergo Isaï & fílios ejus, & vocávit eos ad sacrifícium.

℟. *ij*. Nóluit, *p*. 313.

LECTIO III. *v*. 10. *ad* 13.

ADdúxit ítaque Isaï septem fílios suos coram Samuéle: & ait Sámuel ad Isaï: Non elégit Dóminus ex istis. Dixítque Sámuel ad Isaï: Numquid jam compléti sunt fílii? Qui respóndit: Adhuc réliquus est párvulus, & pascit oves. Et ait Sámuel ad Isaï: Mitte, & adduc eum: nec enim discumbémus priùs quàm huc ille véniat. Misit ergo, & addúxit eum. Erat autem rufus, & pulcher aspéctu, decoráque fácie. Et ait Dóminus: Surge, unge eum, ipse est enim. Tulit ergo Sámuel cornu ólei, & unxit eum in médio fratrum ejus: & diréctus est Spíritus Dómini à die illa in David, & deínceps. Surgénsque Sámuel, ábiit in Rámatha.

℟. *iij*. Dixit, *p*. 314.

CANON.

Ex Concílio Lateranénsi primo Œcuménico.

Anno 1123. *Can*. 7.

NUllus omninò Archidiáconus, aut Archi-

[...]ter, aut Præpósi-
[...]el Decánus, animá-
[...]uram, vel præbén-
[...]cclésiæ, sinè judício
[...]nsénsu Epíscopi, alí-
[...]buat. Imò, sicut san-
[...]anónibus sancítum
[...]ura & rerum Eccle-
[...]árum dispensátio in
[...]pi judício & pote-
[...]permáneat.

[...]IA TERTIA.
[...]ibro primo Regum.
[...]io I. c. 16. v. 14. ad 18.
[...]ritus Dómini recéssit
[...]Saül, & exagitábat
[...]píritus nequam, à Dó-
[...] Dixerúntque servi
[...]ad eum: Ecce spíri-
[...]ei malus exágitat te.
[...]t dóminus noster, &
[...]ui qui coram te sunt,
[...]nt hóminem sciéntem
[...]re cítharâ, ut quan-
[...]rripúerit te spíritus
[...]ini malus, psallat ma-
[...]â, & léviùs feras. Et
[...]aül ad servos suos:
[...]déte ergo mihi áli-
[...]benè psalléntem, &
[...]ite eum ad me. Et
[...]dens unus de púeris,
[...]Ecce vidi fílium Isaï
[...]ehemítem sciéntem
[...]re, & fortíssimum ró-
[...]& virum bellicósum,
[...]déntem in verbis, &
[...]pulchrum: & Dómi-
[...]st cum eo.

[...]. Tulit, p. 314.

[...]io II. v. 19. ad fin.
[...]isit ergo Saül núntios
[...]ad Isaï, dicens: Mitte
[...]David fílium tuum,
[...] in páscuis. Tulit íta-
que Isaï ásinum plenum
pánibus, & lagénam vini,
& hœdum de capris unum,
& misit, per manum David
fílii sui, Saúli. Et venit David
ad Saül, & stetit coram
eo: at ille diléxit eum
nimis, & factus est ejus
ármiger. Misítque Saül ad
Isaï, dicens: Stet David
in conspéctu meo: invénit
enim grátiam in óculis
meis. Igitur quandocúmque
spíritus Dómini malus
arripiébat Saül, David tollébat
cítharam, & percutiébat
manu suâ, & refocillabátur
Saül & léviùs
habébat; recedébat enim
ab eo spíritus malus.

℟. ij. Tulérunt, p. 315.

LECTIO III. c. 17. v. 4. ad 10.

ET egréssus est vir spúrius de castris Philisthinórum, nómine Góliath, de Geth, altitúdinis sex cubitórum & palmi: & cassis ærea super caput ejus, & lorícâ squamátâ induebátur. Porrò pondus lorícæ ejus, quinque míllia siclórum æris erat: & ócreas æreas habébat in crúribus: & clýpeus æreus tegébat húmeros ejus. Hastíle autem hastæ ejus erat quasi liciatórium texéntium; ipsum autem ferrum hastæ ejus sexcéntos siclos habébat ferri: & ármiger ejus antecedébat eum. Stánsque clamábat advérsùm phalángas Israël, & dicébat eis: Quare veni-

stis paráti ad prælium? Nunquid ego non sum Philisthæus, & vos servi Saül? Elígite ex vobis virum, & descéndat ad singuláre certámen. Si quíverit pugnáre mecum, & percússerit me, érimus vobis servi: si autem ego prævaluéro, & percússero eum, vos servi éritis, & serviétis nobis. Et aiébat Philisthæus: Ego exprobrávi agmínibus Israël hódie: Date mihi virum, & íneat mecum singuláre certámen.

℟. *iij.* Ait, *p.* 315.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 14. *De promov. ad Benefic.*

UT intégritas eórum qui ad Benefícia Ecclesiástica assumúntur, salútem animárum procúret, vestígiis Patrum últimi Concílii provinciális inhæréntes, reverendíssimos Epíscopos comprovinciáles exhortámur & monémus, ut quæ ab iísdem Pátribus de exámine promovendórum ad Benefícia Ecclesiástica sancíta sunt, in suis Diœcésibus exequéntes, eas persónas ad régimen assúmant animárum, quæ munéribus sibi impósitis fructuósè respondére possint.

FERIA QUARTA.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c.* 17. *v.* 37. *ad* 41.

AIt David: Dóminus qui erípuit me de manu leónis, & de manu ursi, ipse me liberábit de manu Philisthæi hujus. Dixit autem Saül ad David: Vade, & Dóminus tecum sit. Et índuit Saül David vestiméntis suis, & impósuit gáleam æream super caput ejus, & vestívit eum lorícâ. Accínctus ergo David gládio ejus super vestem suam, cœpit tentáre si armátus posset incédere: non enim habébat consuetúdinem. Dixítque David ad Saül: Non possum sic incédere, quia non usum hábeo. Et depósuit ea. Et tulít báculum suum quem semper habébat in mánibus: & elégit sibi quinque limpidíssimos lápides de torrénte, & misit eos in peram pastorálem quam habébat secum, & fundam manu tulit: & procéssit advérsùm Philisthæum. Ibat autem Philisthæus incédens, & appropínquans advérsùm David, & ármiger ejus ante eum.

℟. *j.* Factum, *p.* 316.

LECTIO II. *v.* 42. *ad* 47.

CUmque inspexísset Philisthæus, & vidísset David, despéxit eum: erat enim adoléscens, rufus, & pulcher aspéctu. Et dixit Philisthæus ad David: Nunquid ego canis sum, quòd tu venis ad me cum báculo? Et maledíxit Philisthæus David in diis suis. Dixítque ad David: Veni ad me, & dabo carnes tuas

volatílibus cœli & béstiis terræ. Dixit autem David ad Philísthæum : Tu venis ad me cum gládio, & hasta, & clýpeo : ego autem vénio ad te in nómine Dómini exercítuum, Dei ágminum Israël quibus exprobrásti hódie. Et dabit te Dóminus in manu mea, & percútiam te, & áuferam caput tuum à te : & dabo cadávera castrórum Philísthiim hódie volatílibus cœli & béstiis terræ : ut sciat omnis terra, quia est Deus in Israël : & nóverit univérsa ecclésia hæc, quia non in gládio, nec in hasta salvat Dóminus : ipsíus enim est bellum, & tradet vos in manus nostras.

℟. *ij.* Dixit, *p.* 316.

LECTIO III. *v.* 48. *ad* 51.

CUm ergo surrexísset Philísthæus, & veníret, & appropinquáret contra David, festinávit David, & cucúrrit ad pugnam ex advérso Philísthæi. Et misit manum suam in peram, tulítque unum lápidem, & fundâ jecit, & circumdúcens percússit Philísthæum in fronte : & infixus est lapis in fronte ejus, & cécidit in fáciem suam super terrâ. Prævaluítque David advérsùm Philísthæum in funda & lápide, percussúmque Philísthæum interfécit. Cúmque gládium non habéret in manu David, cucúrrit, & stetit super Philísthæum ; & tulit gládium ejus, & edúxit eum de vagína sua : & interfécit eum, præcidítque caput ejus. Vidéntes autem Philísthiim, quòd mórtuus esset fortíssimus eórum, fugérunt.

℟. *iij.* Ait Sámuel : * Mélior est obediéntia quàm víctimæ, & auscultáre, magìs quàm offérre ádipem arietum. 1. *Reg.* 15. 22. ℣. Misericórdiam volo, & non sacrifícium. *Matt.* 9. 13. * Mélior. Glória. * Mélior.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 14. *De promov. ad Benef.* §. 1.

NE quis pro cujúsvis rescrípti Apostólici, vel símplicis signatúræ executióne, exístimet, vocem Ordinárii, in ipsis rescríptis appósitam, Capítulis, Abbátibus, aliísve Superióribus Ordinum, étiam áliàs Collatóribus, compétere, declarámus, claúsulam illam, (Et committátur Ordinário,) in hujúsmodi rescríptis apponi sólitam, sôlis Primátibus, Archiepíscopis, Epíscopis, seu eórum Vicáriis generálibus convenire & compétere.

FERIA QUINTA.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c.* 18. *v.* 6. *ad* 11.

CUm reverterétur, percússo Philísthæo, David, egréssæ sunt mulíeres de univérsis úrbibus Israël, cantántes, chorósque du-

céntes in occúrsum Saül regis, in týmpanis lætítiæ, & in sistris. Et præcinébant mulíeres ludéntes, atque dicéntes: Percússit Saül mille, & David decem míllia. Irátus est autem Saül nimis, & displícuit in óculis ejus sermo iste, dixítque: Dedérunt David decem míllia, & mihi mille dedérunt: quid ei súperest, nisì solum regnum? Non rectis ergo óculis Saül aspiciébat David à die illa, & deínceps. Post diem autem álteram, invásit spíritus Dei malus Saül, & prophetábat in médio domûs suæ: David autem psallébat manu suâ, sicut per síngulos dies: tenebátque Saül lánceam, & misit eam, putans quòd confígere posset David cum paríete: & declinávit David à fácie ejus secúndò.

℟. *j*. Dixérunt, *p*. 313.

LECTIO II. *c*. 21. *v*. 1. *ad* 6.

VEnit autem David in Nobe ad Achímelech sacerdótem: & obstúpuit Achímelech, eò quòd venísset David. Et dixit ei: Quare tu solus, & nullus est tecum? Et ait David ad Achímelech sacerdótem: Rex præcépit mihi sermónem, & dixit: Nemo sciat rem propter quam missus es à me, & cujúsmodi præcépta tibi déderim: nam & púeris condíxi in *illum* & illum locum. Nunc ergo si quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quidquid invéneris. Et respóndens sacérdos ad David, ait illi: Non hábeo láicos panes ad manum, sed tantùm panem sanctum: si mundi sunt púeri, máximè à muliéribus? Et respóndit David sacerdóti, & dixit ei: Equidem, si de muliéribus ágitur: continúimus nos ab herì & nudiustértiùs, quando egrediebámur, & fuérunt vasa puerórum sancta: porrò via hæc pollúta est, sed & ipsa hódie sanctificábitur in vasis. Dedit ergo ei sacérdos sanctificátum panem: neque enim erat ibi panis, nisì tantùm panes propositiónis, qui subláti fúerant à fácie Dómini, ut poneréntur panes cálidi.

℟. *ij*. Nóluit, *p*. 313.

LECTIO III. *c*. 25. *v*. 1. *ad* 8.

MOrtuus est autem Sámuel: & congregátus est univérsus Israël, & planxérunt eum, & sepeliérunt eum in domo sua in Rámatha. Consurgénsque David, descéndit in desértum Pharan. Erat autem vir quíspiam in solitúdine Maon, & posséssio ejus in Carmélo, & homo ille magnus nimis: erántque ei oves tria míllia, & mille capræ. Et áccidit ut tonderétur grex ejus in Carmélo. Nomen autem viri illíus erat Na-

& nomen uxóris ejus
aïl ; erátque múlier
udentíssima & specció-
orrò vir ejus durus, &
ius , & malitiósus :
utem de génere Ca-
Cùm ergo audísset Da-
n desérto quòd ton-
Nabal gregem suum,
decem júvenes , &
eis : Ascéndite in Car-
m, & veniétis ad Na-
& salutábitis eum ex
ne meo pacíficè. Et
is : Sit frátribus meis,
i pax, & dómui tuæ
& ómnibus quæcúm-
abes, sit pax. Audívi
tondérent pastóres
ui erant nobíscum in
to. Nunquam eis mo-
úimus, nec aliquándo
t quidquam eis de gre-
mni témpore quo fué-
nobíscum in Carmélo.
roga púeros tuos , &
ábunt tibi. Nunc ergo
iant púeri tui grátiam
ulis tuis : in die enim
venímus. Quodcúm-
nvénerit manus tua,
rvis tuis , & filio tuo
d.

iij. Dixit, *p.* 314.

CANON.

oncílio Burdigalénsi.
1624. *Cap.* 14. *De
nov. ad Benef.* §. 1.
Eclarámus, nulla, à Ca-
pítulis, Abbátibus, &
quibuscúmque, mandá-
ut rescripta Apostóli-
seu símplices signatú-
executióni demandári
. Nec secùs de *resigna*tiónibus ex causa permutatiónis factis, judicámus : sed ea ómnia ad Epíscopos duntáxàt pertinére, exclúsis áliis ómnibus , edícimus.

FERIA SEXTA.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c.* 25. *v.* 9. *ad* 13.

CUm venissent púeri David, locúti sunt ad Nabal ómnia verba hæc ex nómine David : & siluérunt. Respóndens autem Nabal púeris David, ait : Quis est David? & quis est filius Isaï? Hódie increvérunt servi qui fúgiunt dóminos suos. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pécorum quæ occídi tonsóribus meis, & dabo viris quos néscio unde sint? Regréssi sunt ítaque púeri David per viam suam, & revérsi venérunt, & nuntiavérunt ei ómnia verba quæ díxerat. Tunc ait David púeris suis : Accingátur unusquísque gládio suo. Et accíncti sunt sínguli gládiis suis, accinctúsque est & David ense suo : & secúti sunt David quasi quadringénti viri. Porrò ducénti remansérunt ad sárcinas.

℟. *j.* Tulit, *p.* 314.

LECTIO II. *v.* 23. *ad* 27.

CUm autem vidísset Abígaïl David, festinávit, & descéndit de ásino, & prócidit coram David super fáciem suam, & adorávit super terram, & cécidit

ad pedes ejus, & dixit: In me sit, dómine mi, hæc iníquitas. Loquátur, óbsecro, ancílla tua in áuribus tuis: & audi verba fámulæ tuæ. Ne ponat, oro, dóminus meus rex cor suum super virum istum iníquum Nabal: quóniam secúndùm nomen suum stultus est, & stultítia est cum eo. Ego autem ancílla tua non vidi púeros tuos, dómine mi, quos misísti. Nunc ergo, dómine mi, vivit Dóminus, & vivit ánima tua, qui prohíbuit te ne veníres in sánguinem, & salvávit manum tuam tibi: & nunc fiant sicut Nabal inimíci tui, & qui quærunt dómino meo malum. Quaprópter súscipe benedictiónem hanc, quam áttulit ancílla tua tibi dómino meo: & da púeris qui sequúntur te dóminum meum.

℟. *ij.* Tulérunt, *p.* 315.

LECTIO III. *v.* 32. *ad* 35.

ET ait David ad Abígaïl: Benedíctus Dóminus Deus Israël, qui misit hódie te in occúrsum meum, & benedíctum elóquium tuum, & benedícta tu, quæ prohibuísti me hódie, ne irem ad sánguinem, & ulcíscerer me manu meâ. Alióquin, vivit Dóminus Deus Israël, qui prohíbuit me ne malum fácerem tibi: nisi citò veníşses in occúrsum mihi, non remansísset Nabal, usque ad lucem matutínam, mingens ad paríetem. Suscépit ergo David de manu ejus ómnia quæ attúlerat ei, dixítque ei: Vade pacíficè in domum tuam, ecce audívi vocem tuam, & honorávi fáciem tuam.

℟. *iij.* Ait, *p.* 315.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi, *Anno* 1624. *Cap.* 14. *De promov. ad Benef.* §. 2.

NOn líceat inferióribus Collatóribus, Abbátibus scílicet, Prióribus conventuálibus, laïcísve Patrónis quibuscúmque, si quod forsàn jus conferéndi sibi ex privilégio concéssum sit, & débitè probátum, Benefícia Ecclesiástica curam animárum habéntia conférre, donec ipsi providéndi ad eádem Benefícia, ab Epíscopo examináti, probáti, & ad eósdem remíssi fúerint.

SABBATO.

De Libro primo Regum.

LECTIO I. *c.* 31. *v.* 1. *ad* 5.

PHilísthiïm pugnábant advérsùm Israël: & fugérunt viri Israël ante fáciem Philísthiim, & cecidérunt interfécti in monte Gélboë. Irruerúntque Philísthiïm in Saül, & in fílios ejus: & percussérunt Jónatham, & Abínadab, & Melchísua, fílios Saül. Totúmque pondus prælii versum est in Saül: & consecúti sunt eum viri sagittárii, & vulnerátus est veheménter à sagittáriis. Dixítque

ad armígerum suum :
ína gládium tuum, &
ite me : ne fortè vé-
: incircumcísi isti, &
ficiant me, illudéntes
Et nóluit ármiger
: fúerat enim nímio
re pertérritus. Arrípuit
e Saül gládium, &
super eum. Quod cùm
et ármiger ejus, vidé-
quòd mórtuus esset
, irruit étiam ipse su-
ládium suum, & mór-
est cum eo.
fiat de Sabbato, duo
a ℟℟. *è III. Noctur.*
præced.
TIO II. *v. 6. ad 7.*
Ortuus est ergo Saül,
& tres filii ejus, & ár-
: illíus, & univérsi vi-
is in die illa páriter.
ntes autem viri Israël,
ant trans vallem, &
Jordánem, quòd fu-
t viri Israëlítæ, &
mórtuus esset Saül,
i ejus, reliquérunt ci-
s suas, & fugérunt :
úntque Philísthiim,
itavérunt ibi.
IO III. *v. 8. ad fin.*
ctâ autem die álterâ,
enérunt Philísthiim,
oliárent interféctos,
enérunt Saül & tres
ejus jacéntes in mon-
lboë. Et præcidérunt
Saül, & spoliavérunt
rmis : & misérunt in
n Philisthinórum per
tum, ut annuntiaré-
i templo idolórum,
pópulis. Et posuérunt
arma ejus in templo Astha-
roth : corpus verò ejus sus-
pendérunt in muro Beth-
san. Quod cùm audíssent
habitatóres Jabes Gálaad,
quæcúmque fécerant Phi-
lísthiim Saül, surrexérunt
omnes viri fortíssimi, &
ambulavérunt totâ nocte,
& tulérunt cadáver Saül &
cadávera filiórum ejus, de
muro Bethsan : venerúnt-
que Jabes Gálaad, & com-
bussérunt ea ibi. Et tulé-
runt ossa eórum, & sepe-
liérunt in némore Jabes, &
jejunavérunt septem dié-
bus.

CANON.

Ex Concílio Lateranénsi
tértio Œcuménico.
Anno 1179. *Cap.* 8.

NUlla Ecclesiástica Mi-
nistéria, seu étiam Be-
nefícia, vel Ecclésiæ, alí-
cui tribuántur seu promit-
tántur, ántequàm vacent,
ne desideráre quis mortem
próximi videátur, in cujus
locum & Benefícium se
credíderit successúrum.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. g.
David in sua misericórdia
consecútus est sedem regni,
in sécula. 1. *Mach.* 2. 57.

Oratio, Sentiámus, *in-
frà, ad Laudes*, p. 330.

DOMINICA XI.
POST PENTECOSTEN.

IN I. NOCTURNO.

Incipit Liber secúndus
Regum.

LECTIO I. *c.* 1. *v.* 1. *ad* 4.
FActum est autem, post-
quàm mórtuus est Saül,

ut David reverterétur à cæde Amalec, & manéret in Síceleg duos dies. In die autem tértia, appáruit homo véniens de castris Saül, veste conscíssâ, & púlvere conspérsus caput: & ut venit ad David, cécidit super fáciem suam, & adorávit. Dixítque ad eum David: Unde venis? Qui ait ad eum: De castris Israël fugi. Et dixit ad eum David: Quod est verbum quod factum est? Indica mihi. Qui ait: Fugit pópulus ex prælio, & multi corruéntes è pópulo mórtui sunt: sed & Saül & Jónathas fílius ejus interiérunt.

℟. *j.* Interfécit Dóminus Saül, & * Tránstulit regnum ejus ad David fílium Isaï. 1. *Par.* 10. 14. ℣. Amóto Saül, suscitávit Deus David regem. *Act.* 13. 22. * Tránstulit.

LECTIO II. *v.* 5. *ad* 10.

DIxítque David ad adolescéntem qui nuntiábat ei: Unde scis quia mórtuus est Saül, & Jónathas fílius ejus? Et ait adoléscens qui nuntiábat ei: Casu veni in montem Gélboë, & Saül incumbébat super hastam suam: porrò currus & équites appropinquábant ei, & convérsus post tergum suum, vidénsque me vocávit. Cui cùm respondíssem, Adsum, dixit mihi: Quisnam es tu? Et áio ad eum: Amalecítes ego sum. Et locútus est mihi: Sta super me, & intérfice me: quóniam tenent me angústiæ, & adhuc tota ánima mea in me est. Stánsque super eum, occídi illum: sciébam enim quòd vívere non póterat post ruínam. Et tuli diadéma quod erat in cápite ejus, & armíllam de bráchio illíus, & áttuli ad te dóminum meum huc.

℟. *ij.* Unxérunt David Regem super Israël, * Juxta sermónem Dómini, quem locútus est in manu Sámuel. 1. *Par.* 11. 3. ℣. Testimónium pérhibens dixit Deus: Invéni David fílium Jesse, virum secúndùm cor meum. *Act.* 13. 22. * Juxta.

LECTIO III. *v.* 11. *ad* 16.

APprehéndens autem David vestiménta sua scidit, omnésque viri qui erant cum eo, & planxérunt, & flevérunt, & jejunavérunt usque ad vésperam super Saül, & super Jónatham fílium ejus, & super pópulum Dómini, & super domum Israël, eò quòd corruíssent gládio. Dixítque David ad júvenem qui nuntiáverat ei: Unde es tu? Qui respóndit: Fílius hóminis ádvenæ Amalecítæ ego sum. Et ait ad eum David: Quare non timuísti míttere manum tuam ut occíderes christum Dómini? Vocánsque David unum de púeris suis, ait: Accédens

ı eum. Qui percússit
& mórtuus est. Et ait
m David : Sanguis
ıper caput tuum, os
uum locútum est ad-
ı te, dicens: Ego in-
chrístum Dómini.
iij. Cùm transcen-
qui portábant ar-
ómini sex passus, im-
at bovem & aríetem;
)avid saltábat totis
s ante Dóminum. 2.
. 13. 14. ℣. Pétiit Da-
inveníret tabernácu-
)eo Jacob. *Act.* 7.
Et David. Glória. *
.vid.

I. NOCTURNO.

Libro Ecclesiástici.

IO IV. *c.* 47. *v.* 1.
i.

réxit Nathan Prophé-
. in diébus David. Et
ıdeps separátus à car-
David à fíliis Israël.
leónibus lusit, quasi
gnis : & in ursis si-
r fecit, sicut in agnis
., in juventúte sua.
ıid non occídit gi-
n, & ábstulit oppró-
de gente? In tollén-
:num saxo fundæ de-
xultatiónem Góliæ :
nvocávit Dóminum
oténtem, & dedit
:tera ejus tóllere hó-
n fortem in bello,
altáre cornu gentis

v. Cùm compléti fúe-
es tui, & dormíeris
átribus tuis, * Susci-
émen *tuum post te*,
quod egrediétur de útero tuo, & firmábo regnum ejus. 2. *Reg.* 7. 12. ℣. Hujus Deus ex sémine, secúndùm promissiónem, edúxit Israël Salvatórem, Jesum. *Act.* 13. 23. * Suscitábo.

LECTIO V. *v.* 7. *ad* 11.

SIc in decem míllibus glorificávit eum, & laudávit eum in benedictiónibus Dómini, in offeréndo illi corónam glóriæ: contrívit enim inimícos úndique, & extirpávit Philísthiim contrários usque in hodiérnum diem: contrívit cornu ipsórum usque in ætérnum. In omni ópere dedit confessiónem Sancto & Excélso, in verbo glóriæ. De omni corde suo laudávit Dóminum, & diléxit Deum qui fecit illum: & dedit illi contra inimícos poténtiam. Et stare fecit cantóres contra altáre, & in sono eórum dulces fecit modos.

℟. *v.* Dixit David ad Nathan: Peccávi Dómino: * Dixítque Nathan ad David: Dóminus quoque tránstulit peccátum tuum. 2. *Reg.* 12. 13. ℣. Si confiteámur peccáta nostra, fidélis est & justus Deus, ut remíttat nobis peccáta nostra. 1. *Joan.* 1. 9. * Dixítque.

LECTIO VI. *v.* 12. *ad* 13.

ET dedit in celebratiónibus decus, & ornávit témpora usque ad con-

summatiónem vitæ, ut laudárent nomen sanctum Dómini, & amplificárent manè Dei sanctitátem. Dóminus purgávit peccáta ipsíus, & exaltávit in ætérnum cornu ejus: & dedit illi testaméntum regni, & sedem glóriæ in Israël.

℟. *vj.* Ait Rex Abísaï & univérsis servis suis: Ecce fílius meus qui egréssus est de útero meo, quærit ánimam meam: quantò magìs nunc fílius Jémini? * Dimíttite eum, ut maledícat, juxta præcéptum Dómini. 2. *Reg.* 16. 11. ℣. Christus, cùm maledicerétur, non maledicébat. 1. *Petr.* 2. 23. * Dimíttite. Glória. * Dimíttite.

IN III. NOCTURNO.

Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi.

Hom. 2. De David & Saül.

LECTIO VII.

CUm Saül incidísset in manus David, post datam salútem ínsequens illum, & occídere volens, cúmque posset hostem cum univérso exércitu concídere, dimísit illum íntegrum & incólumem. Ideóque cùm sciret morbum regis immedicábilem esse, neque illum unquam hostílem in se ánimum positúrum, submóvit sese ab óculis illíus, & apud Bárbaros vitam agébat, sérviens, honóre privátus, pudóre suffúsus, labóre ac misériâ sibi ipse parans ad victum necessária. Atqui non hoc tantùm est quod mirémur: sed illud quoque quòd postéaquàm audíerat Regem in ácie cecidísse, discídit vestem, & cínere se conspérsit, & eo luctu luxit, quo quis lugéret, amísso primogénito germanóque fílio. Subínde nomen illíus inclámans unà cum fílii nómine; compósitis étiam encómiis, ac voces acérbi dolóris testes emíttens, impránsus mansit usque ad vésperam, éxecrans & ipsa loca quæ Saúlis sánguinem excéperant.

℟. *vij.* Dixit David ad Dóminum, cùm vidísset Angelum cædéntem pópulum: * Ego sum qui peccávi, ego iníquè egi; isti qui oves sunt, quid fecérunt? 2. *Reg.* 24. 17. ℣. Tribulátio & angústia in omnem ánimam hóminis operántis malum. *Rom.* 2. 9. * Ego.

LECTIO VIII.

NUnc mihi quisque recordétur inimíci qui læsit, dolóre etiámnum in ánimo æstuánte, atque hunc & vivum servet, & vitâ defúnctum deplóret, haud quidem ad ostentatiónem, sed ex ánimo veróque corde; etiámsi quid perferéndum sit incómmodi, ne quid offéndat eum qui læsit, ómnia tum fáciat, tum patiátur, magna à Deo expéctans prǽmia. En hic étiam regnum adéptus est, nec tamen inquinávit cæde manus, sed dex-

habens puram, sic co-
redimitus est, sic ad
n ascéndit, púrpurâ
idémate magnificén-
ncómium gestans, vi-
:t quòd hosti pepercís-
quòd eúmdem extín-
lùxísset. Idcircò non
modò, sed & mórtuus,
ıum memóriâ cele-
:.
viij. Mórtuus est Da-
senectúte bona,* Ple-
iérum & divítiis, &
. : & regnávit Sálo-
filius ejus pro eo. 1.
29. 28. ℣. David in
:neratióne, cùm ad-
:ràsset voluntáti Dei,
ívit, & appósitus est
tres suos. *Act.* 13. 36.
nus.
io sancti Evangélii
:úndùm Marcum.
T I O IX. *c.* 7. *v.*
ad finem.
urdus & Mutus.
:iens Jesus de fínibus
yri, venit per Sidó-
ıd mare Galilǽæ. Et
a.
lia venerábilis Bedæ
Presbýteri.
· *Homil. Æstiv. de Temp.*
spíciens Jesus in cœ-
n, ingémuit, & ait
:phphétha, quod est,
:ríre; & statím apértæ
ures ejus, & solútum
ıculum linguæ ejus.
sanatúrus ægrótum
nus, súspicit in cœ-
& ingémuit; ut ubi
sperándа salus, &
quâ compunctiónis vel lacrymárum sit devotióne quærénda ac peténda, signíficet. Suspíciens in cœlum, ingémuit; quia nos, quos ad cœléstia possidénda creávit, longè in terréstria dejéctos esse dóluit. Suspíciens in cœlum, ingémuit; ut nobis, qui à cœléstibus gaúdiis per terréna oblectaménta discéssimus, ad hæc per gémitus & suspíria insinuáret esse redeúndum. Quod autem ait, Ephphétha, id est, Adaperíre, propter aures dixit sanándas, quas súrditas diútina claúserat, sed ad audiéndum jam tactus pateféćit ipsíus. Unde credo mos increbúerit Ecclésiæ, ut sacerdótes illíus his quos percipiéndis Baptísmi sacraméntis præparant, priùs inter cǽtera consecratiónis exórdia, de salíva oris sui nares tangant & aures, dicéntes, Ephphétha: ut abjéctis delectatiónibus nóxiis, solum Christi semper ampleçtántur odórem, & relícto audítu linguæ nequam, aúdiant verba Christi.

℟. *jx*. Aures audiéntium diligénter auscultábunt; & * Cor stultórum intélliget sciéntiam; & lingua balbórum velóciter loquétur & planè. *Is.* 32. 3. 4. ℣. Apértæ sunt aures surdi & muti, & solútum est vínculum linguæ ejus. *Marc.* 7. 35. * Cor. Glória. * Cor. Te Deum.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. J. Aures surdórum patébunt. Tunc sáliet sicut cervus, claudus, & apérta erit lingua mutórum. *Is.* 35. 5. 6.

Oratio.

SEntiámus, Dómine, quǽsumus, auxílium grátiæ tuæ, quæ aures nostras ad obediéndum tibi apériat, & linguam nostram ad rectè & piè loquéndum solvat; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.

Anno 1563. *Sess.* 24. *De Reform. Cap.* 17.

SAncta Sýnodus débitam regéndis Ecclésiis disciplínam restitúere cúpiens, præsénti decréto quod ómnibus mandat obsérvári, státuit, ut in pósterum unum tantùm Benefícium Ecclesiásticum síngulis conferátur.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. C. Benè ómnia fecit; & surdos fecit audíre, & mutos loqui. *Marc.* 7. 37.

FERIA SECUNDA.

De Libro secúndo Regum.

LECTIO I. *c.* 1. *v.* 18. *ad fin.*

AIt David: Consídera, Israël, pro his qui mórtui sunt super excélsa tua vulneráti. Inclyti Israël super montes tuos interfécti sunt. Quómodo cecidérunt fortes! Nolíte annuntiáre in Geth, neque annuntiétis in cómpitis Ascalónis: ne fortè læténtur fíliæ Philísthiim, ne exúltent fíliæ incircumcisórum. Montes Gélboë, nec ros nec plúvia véniant super vos, neque sint agri primitiárum: quia ibi abjéctus est clýpeus fórtium, clýpeus Saül, quasi non esset unctus óleo. A sánguine interfectórum, ab ádipe fórtium, sagítta Jónathæ nunquam rédiit retrórsùm, & gládius Saül non est revérsus inánis. Saül & Jónathas amábiles & decóri in vita sua, in morte quoque non sunt divísi: áquilis velocióres, leónibus fortióres. Fíliæ Israël, super Saül flete, qui vestiébat vos cóccino in delíciis, qui præbébat ornaménta áurea cultui vestro. Quómodo cecidérunt fortes in prælio! Jónathas in excélsis tuis occísus est! Dóleo super te, frater mi Jónatha, decóre nimis, & amábilis super amórem mulíerum. Sicut mater únicum amat fílium suum, ità ego te diligébam. Quómodo cecidérunt robústi, & periérunt arma béllica!

℟. *j.* Interfécit, *p.* 326.

LECTIO II. *c.* 2. *v.* 1. *ad* 4.

IGitur post hæc, consúluit David Dóminum, dicens: Num ascéndam in unam de civitátibus Juda? Et ait Dóminus ad eum: Ascénde. Dixítque David: Quò ascéndam? Et respóndit ei: In Hebron. Ascéndit ergo David, & duæ uxóres ejus, Achínoam Jezraëlítes, & Abígaïl uxor Nabal Carméli. Sed & vi-

i· erant cum eo,
David síngulos cum
ua : & mansérunt
lis Hebron. Vene-
viri Juda, & un-
bi David, ut regná-
r domum Juda. Et
im est David, quòd
es Gálaad sepelíſ-
il.
Unxérunt, *p.* 326.
o III. *v.* 5. *ad* 10.
t ergo David nún-
s ad viros Jabes
, dixítque ad eos:
ti vos Dómino, qui
nisericórdiam hanc
mino vestro Saül,
stis eum. Et nunc
t vobis quidem Dó-
iisericórdiam & ve-
: sed & ego red-
tiam, eò quòd fe-
rbum istud. Con-
r manus vestræ, &
lii fortitúdinis : li-
n mórtuus sit dó-
rester Saül, tamen
it domus Juda in
sibi. Abner autem
ler, princeps exér-
iül, tulit Isboseth
aül, & circumdú-
per castra, Regém-
stítuit super Gálaad
r Géssuri, & super
, & super Ephraïm,
Bénjamin, & super
nivérsum. Quadra-
nnórum erat Isbo-
ius Saül, cùm reg-
pìsset super Israël,
us annis regnávit :
em domus Juda se-
ır David.

℟. *iij.* Cùm, *p.* 327.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1563. *Seſſ.* 24. *De Reform. Cap.* 17.

QUòd si Beneficium ad vitam ejus cui confértur honéstè sustentándam non sufficiat, líceat áliud simplex sufficiens, dúmmodo utrúmque personálem residéntiam non requírat, eídem conférri.

FERIA TERTIA.

De Libro secúndo Regum.

LECTIO I. *c.* 3. *v.* 12. *ad* 15.

MIsit Abner núntios ad David pro se dicéntes: Cujus est terra? & ut loqueréntur : Fac mecum amicítias, & erit manus mea tecum, & redúcam ad te univérsum Israël. Qui ait: Optimè ego fáciam tecum amicítias: sed unam rem peto à te, dicens: Non vidébis fáciem meam, ántequàm addúxeris Michol, fíliam Saül; & sic vénies, & vidébis me. Misit autem David núntios ad Isboseth, fílium Saül, dicens: Redde uxórem meam Michol, quam despóndi mihi centum præpútiis Philísthijm. Misit ergo Isboseth, & tulit eam à viro suo Pháltiël, fílio Laïs.

℟. *j.* Cùm compléti, *p.* 327.

LECTIO II. *v.* 23. *ad* 30.

NUntiátum est ítaque Joab à narrántibus : Venit Abner, fílius Ner ad Regem, & dimísit eum, & ábiit in pace. Et ingréssus

est Joab ad Regem, & ait: Quid fecísti? Ecce venit Abner ad te: quare dimisísti eum, & ábiit, & recéssit? Ignóras Abner, fílium Ner, quóniam ad hoc venit ad te, ut decíperet te, & sciret éxitum tuum & introítum tuum, & nosset ómnia quæ agis? Egréssus ítaque Joab à David, misit núntios post Abner, & redúxit eum à cistérna Sira, ignoránte David. Cúmque rediísset Abner in Hebron, seórsùm addúxit eum Joab ad médium portæ, ut loquerétur ei, in dolo: & percússit illum ibi in ínguine, & mórtuus est in ultiónem sánguinis Asaël fratris ejus. Quod cùm audísset David rem jam gestam, ait: Mundus ego sum, & regnum meum, apud Dóminum, usque in sempitérnum, à sánguine Abner, filii Ner: & véniat super caput Joab, & super omnem domum patris ejus. Nec defíciat de domo Joab fluxum séminis sústinens, & leprósus, & tenens fusum, & cadens gládio, & índigens pane. Igitur Joab & Abísaï frater ejus interfecérunt Abner, eò quòd occidísset Asaël fratrem eórum in Gábaon, in prælio.

℟. *ij.* Dixit, *p.* 327.

LECTIO III. *v.* 31. *ad* 34.

DIxit autem David ad Joab, & ad omnem pópulum qui erat cum eo: *Scindite* vestiménta vestra, & accingímini saccis, & plángite ante exéquias Abner. Porrò Rex David sequebátur féretrum. Cúmque sepelíssent Abner in Hebron, levávit Rex David vocem suam, & flevit super túmulum Abner: flevit autem & omnis pópulus. Plangénsque Rex, & lugens Abner, ait: Nequáquam ut mori solent ignávi, mórtuus est Abner. Manus tuæ ligátæ non sunt, & pedes tui non sunt compédibus aggraváti: sed sicut solent cádere coram fíliis iniquitátis, sic corruísti. Congeminánsque omnis pópulus flevit super eum.

℟. *iij.* Ait, *p.* 328.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit* 23. *De Simoniacis & confidentiariis.*

SAcris Patrum decrétis, summorúmque Pontíficum constitutiónibus, nécnon declaratióni nuper ab univérso Gálliæ Clero in convéntu Melodunénsi factæ inhæréntes, declarámus eos qui pro adipiscéndis Benefíciis Ecclesiásticis, áliquid dant vel accípiunt, simoníacos esse, summorúmque Pontíficum constitutiónibus super his éditis obnóxios esse.

FERIA QUARTA.

De Libro secúndo Regum.

LECTIO I. *c.* 4. *v.* 8. *ad* 12.

ATtulérunt caput Isboseth ad David in He-

lixerúntque ad Re-
:cce caput Isboseth,
il inimíci tui, qui
at ánimam tuam:
t Dóminus dómino
:gi ultiónem hódie
, & de sémine ejus.
dens autem David
, & Báana fratri
liis Remmon Bero-
dixit ad eos: Vivit
us qui éruit áni-
ıeam de omni an-
quóniam eum qui
iáverat mihi, & dí-
Mórtuus est Saül:
ibat se próspera nun-
énui, & occídi eum
leg, cui oportébat
em dare pro núntio.
magìs nunc, cùm
:s ímpii interfecé-
rum innóxium, in
sua, super lectum
non quæram sán-
ı ejus de manu ve-
& aúferam vos de
Præcépit ítaque
púeris suis, & inter-
it eos.
Dixit, *p.* 328.
IO II. *c.* 5. *v.* 7.
2.
›it autem David ar-
m Sion, hæc est Cí-
)avid. Proposúerat
›avid in die illa præ-
qui percussísset Je-
n, & tetigísset dó-
fístulas, & abstulís-
os & claudos odién-
nam David. Idcircò
in provérbio: Cæ-
:laudus non intrá-
ı templum. Habitá-
vit autem David in arce, & vocávit eam, Civitátem David: & ædificávit per gyrum à Mello & intrínsecùs. Et ingrediebátur profíciens atque succréscens, & Dóminus Deus exercítuum erat cum eo. Misit quoque Hiram Rex Tyri núntios ad David, & ligna cedrína, & artífices lignórum, artificésque lápidum ad paríetes: & ædificavérunt domum David. Et cognóvit David quóniam confirmásset eum Dóminus regem super Israël, & quóniam exaltásset regnum ejus super pópulum suum Israël.

℟. *ij.* Mórtuus, *p.* 329.

LECTIO III. *c.* 6. *v.* 2. *ad* 7.

SUrréxit David & ábiit, & univérsus pópulus qui erat cum eo de viris Juda, ut addúcerent arcam Dei, super quam invocátum est nomen Dómini exercítuum, sedéntis in Chérubim super eam. Et imposuérunt arcam Dei super plaustrum novum, tulerúntque eam de domo Abínadab qui erat in Gábaa: Oza autem & Ahio, fílii Abínadab, minábant plaustrum novum. Cúmque tulíssent eam de domo Abínadab qui erat in Gábaa custódiens arcam Dei, Ahio præcedébat arcam. David autem & omnis Israël ludébant coram Dómino, in ómnibus lignis fabrefáctis, & cítharis, & ly-

ris, & týmpanis, & sistris, & cýmbalis. Postquàm autem venérunt ad Aream Nachon, exténdit Oza manum ad arcam Dei, & ténuit eam; quóniam calcitrábant boves, & declinavérunt eam. Iratúsque est indignatióne Dóminus contra Ozam, & percússit eum super temeritáte: qui mórtuus est ibi juxta arcam Dei.

℟. *iij.* Teténdit Oza manum suam, ut sustentáret arcam; bos quippe lascíviens, paúlulùm inclináverat eam. * Irátus est ítaque Dóminus contra Ozam, & percússit eum, eò quòd tetigísset arcam, & mórtuus est ibi. 1. *Par.* 13. 9. 10. ℣. Quantò magìs putátis deterióra meréri supplícia, qui Fílium Dei conculcáverit, & Sánguinem Testaménti pollútum dúxerit? *Hebr.* 10. 29. * Irátus. Glória. * Irátus.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 23. *De Simoniac. & Confident.*

DEclarámus, omnes qui quomodocúmque cónferunt & accípiunt quæcúmque Beneficia, custódiæ atque fidúciæ nómine, vel qui fructus & pensiónes ex eísdem, sinè summi Pontíficis autoritáte, percípiunt, simoníacos esse, summorúmque Pontíficum constitutiónibus super his éditis obnóxios esse.

FERIA QUINTA.

De Libro secúndo Regum.

LECTIO I. *c.* 6. *v.* 8. *ad* 11.

COntristátus est David, eò quòd percussísset Dóminus Ozam, & vocátum est nomen loci illíus, Percússio Ozæ, usque in diem hanc. Et extímuit David Dóminum in die illa, dicens: Quómodo ingrediétur ad me arca Dómini? Et nóluit divértere ad se arcam Dómini in Civitátem David: sed divértit eam in domum Obédedom Gethæi. Et habitávit arca Dómini in domo Obédedom Gethæi, tribus ménsibus: & benedíxit Dóminus Obédedom & omnem domum ejus.

℟. *j.* Interfécit, *p.* 326.

LECTIO II. *v.* 12. *ad* 17.

NUntiatúmque est regi David quòd benedixísset Dóminus Obédedom & ómnia ejus, propter arcam Dei. Abiit ergò David, & addúxit arcam Dei de domo Obédedom in Civitátem David, cum gaúdio: & erant cum David septem chori, & víctima vítuli. Cúmque transcendíssent qui portábant arcam Dómini sex passus, immolábat bovem & aríetem, & David saltábat totis víribus ante Dóminum: porrò David erat accínctus ephod líneo. Et David, & omnis domus Israël ducé-

arcam testaménti Dó-
in júbilo, & in clan-
búccinæ. Cúmque in-
t arca Dómini in Ci-
m David, Michol, fí-
üil, prospíciens per fe-
.m, vidit regem Da-
ıbsiliéntem atque sal-
n coram Dómino:
spéxit eum in corde
Et introduxérunt ar-
Dómini, & imposué-
eam in loco suo, in
ɔ tabernáculi quod
lerat ei David: &
it David holocaústa,
:ífica coram Dómino.
ij. Unxérunt, p. 326.
TIO III. v. 20. ad
m.
Eversúsque est David
ıt benedíceret dómui
& egréssa Michol, fí-
iüil in occúrsum Da-
ait: Quàm glorióśus
ódie Rex Israël, dis-
!riens se ante ancíllas
rum suórum, & nudá-
:st, quasi si nudétur
de scurris! Dixítque
d ad Michol: Ante
inum qui elégit me
s quàm patrem tuum,
ıàm omnem domum
& præcépit mihi ut
dux super pópulum
ini in Israël, & lu-
, & vílior fiam plus-
ı factus sum, & ero
lis in óculis meis, &
ancíllis, de quibus lo-
:s, gloriósior apparé-
;itur Michol, fíliæ Saül
est natus filius usque
:m mortis suæ.

℟. iij. Cùm, p. 327.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 23. *De Simoniac. & Confident.*

Quicúmque háctenùs Beneficia prétio vel pacto confidéntiæ recéperint, vel qui deínceps recípient, his & ómnibus áliis Benefíciis, administratiónibus, & pensiónibus cáreant, atque excommunicatiónis senténtiâ, nisì resipíscant, obstrícti declaréntur, ac públicè denuntiéntur.

FERIA SEXTA.

De Libro secúndo Regum.

LECTIO I. *c.* 7. *v.* 4. *ad* 7.

Factum est in illa nocte: & ecce sermo Dómini ad Nathan, dicens: Vade, & lóquere ad servum meum David: Hæc dicit Dóminus: Nunquid tu ædificábis mihi domum ad habitándum? Neque enim habitávi in domo, ex die illa, quâ edúxi filios Israël de terra Ægýpti, usque in diem hanc: sed ambulábam in tabernáculo, & in tentório. Per cuncta loca, quæ transívi cum ómnibus filiis Israël, nunquid loquens locútus sum ad unam de tríbubus Israël, cui præcépi, ut páсceret pópulum meum Israël, dicens: Quare non ædificástis mihi domum cedrínam?

℟. j. Cùm compléti, p. 327.

LECTIO II. *v.* 8. *ad* 11.

ET nunc hæc dices servo meo David : Hæc dicit Dóminus exercítuum: Ego tuli te de páscuis sequéntem greges, ut esses dux super pópulum meum Isráël : & fui tecum in ómnibus ubicúmque ambulásti, & interféci univérsos inimícos tuos à fácie tua : fecíque tibi nomen grande, juxta nomen magnórum qui sunt in terra. Et ponam locum pópulo meo Isráël, & plantábo eum, & habitábit sub eo, & non turbábitur ampliùs : nec addent fílii iniquitátis ut affligant eum sicut priùs, ex die quâ constítui Júdices super pópulum meum Isráël. Et réquiem dabo tibi ab ómnibus inimícis tuis : prædicítque tibi Dóminus, quòd domum fáciat tibi Dóminus.

℟. *ij.* Dixit, *p.* 327.

LECTIO III. *v.* 12. *ad* 16.

CUmque compléti fúerint dies tui, & dormíeris cum pátribus tuis, suscitábo semen tuum post te, quod egrediétur de útero tuo: & firmábo regnum ejus. Ipse ædificábit domum nómini meo, & stabíliam thronum regni ejus usque in sempitérnum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in fílium : qui si iníquè áliquid géfferit, árguam eum in virga virórum, & in plagis filiórum hóminum. Misericórdiam autem meam non aúferam ab eo, sicut ábstuli à Saül quem amóvi à fácie mea. Et fidélis erit domus tua, & regnum tuum usque in ætérnum ante fáciem tuam, & thronus tuus erit firmus júgiter.

℟. *iij.* Ait, *p.* 328.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 23. *De Simoniac. & Confident.*

NE críminis custódiæ atque simóniæ gravitátem quisquam in pósterum ignóret, statúimus, ne ab Epíscopis aut eórum Vicáriis, seu quibuscúmque Beneficiórum Collatóribus, ulli Benefícium conferátur, aut confirmétur, nisì priùs coram Epíscopo atque designátis examinatóribus, præsens compparúerit, ut interrogétur quibus modis & conditiónibus provisiónem obtinúerit.

SABBATO.

De Libro secúndo Regum.

LECTIO I. *c.* 7. *v.* 18. *ad* 21.

INgréssus est Rex David, & sedit coram Dómino, & dixit : Quis ego sum, Dómine Deus, & quæ domus mea, quia adduxísti me hucúsque ? Sed & hoc parum visum est in conspéctu tuo, Dómine Deus, nisì loquerêris étiam de domo servi tui in longínquum : ista est enim lex Adam, Dómine

ie Deus. Quid ergo
póterit adhuc Da-
: loquátur ad te? Tu
:is servum tuum, Dó-
)eus. Propter verbū
, & secúndùm cor
fecísti ómnia ma-
hæc, ità ut notum
: servo tuo. Idcírcò
ficátus es, Dómine
quia non est sími-
, neque est deus ex-
in ómnibus quæ au-
is auribus nostris.
at de Sabbato, duo
℟℟. è III. Nocturno
præced.
o II. c. 9. v. 1. ad 5.
dixit David: Putás-
:est áliquis qui re-
rit de domo Saül, ut
. cum eo misericór-
propter Jónathan?
utem de domo Saül,
nómine Siba: quem
ocásset Rex ad se,
i: Túne es Siba? Et
spóndit: Ego sum
tuus. Et ait Rex:
uid súperest áliquis
mo Saül, ut fáciam
misericórdiam Dei?
ue Siba Regi: Sú-
fílius Jónathæ, dé-
édibus. Ubi, inquit,
Et Siba ad Regem:
, ait, in domo est
ir, filii Ammiel in Ló-
. Misit ergo rex Da-
t tulit eum de domo
ir, filii Ammiel de
)ar.
o III. v. 6. ad 10.
Jm autem veníisset
liphíboseth, fílius Jó-
nathæ, filii Saül ad David, córruit in fáciem suam, & adorávit. Dixítque David: Miphíboseth? Qui respóndit: Adsum servus tuus. Et ait ei David: Ne tímeas, quia fáciens fáciam in te misericórdiam, propter Jónathan patrem tuum, & restítuam tibi omnes agros Saül patris tui, & tu cómedes panem in mensa mea semper. Qui adórans eum, dixit: Quis ego sum servus tuus, quóniam respexísti super canem mórtuum símilem mei? Vocávit ítaque Rex Sibam púerum Saül, & dixit ei: Omnia quæcúmque fuérunt Saül & univérsam domum ejus, dedi fílio dómini tui. Operáre ígitur ei terram tu, & filii tui, & servi tui; & ínferes fílio dómini tui cibos ut alátur: Miphíboseth autem fílius dómini tui cómedet semper panem super mensam meam. Erant autem Sibæ quíndecim fílii, & vigínti servi.

C A N O N.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 23. *De Simon. & Confident.*

Statúimus, ut qui ob simóniæ aut fidúciæ crímina, infámiæ dédecus palàm sústinent, à síngulis tam provinciálibus, quàm diœcesánis Sýnodis, Capítulis, Monastériis, dénique ab omni Convéntu & cœtu Ecclesiástico, tanquam infámiâ notáti, ex-

eludántur, donec hanc máculam eluérint.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. Dóminus purgávit peccáta David, & exaltávit in ætérnum cornu ejus. *Eccli.* 47. 13.

Oratio, Confírma, *infrà, ad Laudes*, p. 342.

DOMINICA XII. POST PENTECOSTEN.

IN I. NOCTURNO.

De Libro secúndo Regum.

LECTIO I. *c.* 11. *v.* 1. *ad* 5.

FActum est, verténte anno, eo témpore quo solent reges ad bella procédere, misit David Joab, & servos suos cum eo, & univérsum Israël, & vastavérunt fílios Ammon, & obsedérunt Rabba: David autem remánsit in Jerúsalem. Dum hæc ageréntur, áccidit ut súrgeret David de strato suo post merídiem, & deambuláret in solário domûs régiæ: viditque mulíerem se lavántem, ex advérso super solárium suum: erat autem múlier pulchra valde. Misit ergo Rex, & requisívit quæ esset múlier. Nuntiatúmque est ei, quòd ipsa esset Bethsabée, fília Elíam, uxor Victoria Uríæ Hethæi. Missis ítaque David núntiis, tulit eam: quæ cùm ingréssa esset ad illum, dormívit cum ea: statímque sanctificáta est ab immundítia sua, & revérsa est in domum suam, concépto fœtu. Mitténsque nuntiávit David, & ait: Concépi.

℟. *j.* Interfécit Dóminus Saül, & * Tránstulit regnum ejus ad David, fílium Isaï. 1. *Par.* 10. 14. ℣. Amóto Saül, suscitávit Deus David regem. *Act.* 13. 22. * Tránstulit.

LECTIO II. *v.* 6. *ad* 11.

MIsit autem David ad Joab, dicens: Mitte ad me Uríam Hethæum. Misítque Joab Uríam ad David. Et venit Urías ad David. Quæsivítque David quàm rectè ágeret Joab & pópulus, & quómodo administrarétur bellum. Et dixit David ad Uríam: Vade in domum tuam, & lava pedes tuos. Et egréssus est Urías de domo Regis, secutúsque est eum cibus régius. Dormívit autem Urías ante portam domûs régiæ cum áliis servis dómini sui, & non descéndit ad domum suam. Nuntiatúmque est David à dicéntibus: Non ivit Urías in domum suam. Et ait David ad Uríam: Nunquid non de via venísti? quare non descendísti in domum tuam? Et ait Urías ad David: Arca Dei, & Israël, & Juda hábitant in papiliónibus, & dóminus meus Joab, & servi dómini mei super fáciem terræ manent: & ego ingrédiar domum meam, ut cómedam & bibam, & dórmiam cum uxóre mea? Per salútem tuam, & per salú-

ıimæ tuæ, non fá-
em hanc.
ỉ. Unxérunt David
ɪ super Israël,* Juxta
ıem Dómini, quem
s est in manu Sámuel.
. 11. 3. ℣. Testimó-
ıérhibens dixit Deus:
i David filium Jesse,
secúndùm cor me-
ſt. 13. 22.* Juxta.
o III. v. 12. ad 17.
: ergo David ad Urí-
n: Mane hîc étiam
, & cras dimíttam te.
t Urías in Jerúsalem
illa & áltera: & vo-
eum David, ut co-
et coram se & bíbe-
: inebriávit eum: qui
ıs véspere, dormívit
to suo cum servis dó-
ui, & in domum su-
n descéndit. Factum
ɡo manè, & scripsit
l epístolam ad Joab:
ue per manum Uríæ,
ns in epístola: Póni-
am ex advérso belli,
ɔrtíssimum est præ-
& derelínquite eum,
cússus intéreat. Igi-
m Joab obsidéret ur-
pósuit Uríam in loco
iébat viros esse fortís-
. Egressíque viri de
te, bellábant advér-
Joab: & cecidérunt
ɔpulo servórum Da-
& mórtuus est étiam
Hethæus.
iij. Cùm transcen-
t qui portábant ar-
Dómini sex passus, im-
ɔat bovem & aríetem;

* Et David saltábat totis víribus ante Dóminum. 2. Reg. 6. 13. 14. ℣. Pétiit David ut inveníret tabernáculum Deo Jacob. Act. 7. 46. * Et David. Glória. * Et David.

IN II. NOCTURNO.

De Libro Ecclesiástici.

LECTIO IV. c. 3. v. 20. ad 27.

Quantò magnus es, humília te in ómnibus, & coram Deo invénies grátiam: quóniam magna poténtia Dei solíus, & ab humílibus honorátur. Altióra te ne quæsíeris, & fortióra te ne scrutátus fúeris: sed quæ præcépit tibi Deus, illa cógita semper, & in plúribus opéribus ejus ne fúeris curiósus. Non est enim tibi necessárium, ea quæ abscóndita sunt, vidére óculis tuis. In supervácuis rebus noli scrutári multiplíciter, & in plúribus opéribus ejus non eris curiósus. Plúrima enim super sensum hóminum osténsa sunt tibi. Multos quoque supplantávit suspício illórum, & in vanitáte detínuit sensus illórum. Cor durum habébit malè in novíssimo: & qui amat perículum, in illo períbit.

℟. iv. Cùm compléti fúerint dies tui, & dormíeris cum pátribus tuis, * Suscitábo semen tuum post te, quod egrediétur de útero tuo, & firmábo regnum ejus. 2. Reg. 7. 12. ℣. Hujus Deus ex sémine, secún-

dùm promissiónem, edúxit Israël Salvatórem, Jesum. *Act.* 13. 23. * Suscitábo.

LECTIO V. *c.* 16. *v.* 16. *ad* 19.

NOn dicas: A Deo abscóndar, & ex summo quis meî memorábitur? In pópulo magno non agnóscar; quæ est enim ánima mea in tam imménsa creatúra? Ecce cœlum, & cœli cœlórum, abýssus, & univérsa terra, & quæ in eis sunt, in conspéctu illíus commovebúntur: montes simul, & colles, & fundaménta terræ, cùm conspéxerit illa Deus, tremóre concutiéntur.

℟. *v.* Dixit David ad Nathan: Peccávi Dómino: * Dixítque Nathan ad David: Dóminus quoque tránstulit peccátum tuum. 2. *Reg.* 12. 13. ℣. Si confiteámur peccáta nostra, fidélis est & justus Deus, ut remíttat nobis peccáta nostra. 1. *Joan.* 1. 9. * Dixítque.

LECTIO VI. *v.* 20. *ad* 24.

ET in ómnibus his insensátum est cor: & omne cor intellígitur ab illo. Et vias illíus quis intélligit, & procéllam quam nec óculus vidébit hóminis? Nam plúrima illíus ópera sunt in abscónsis: sed ópera justítiæ ejus quis enuntiábit? aut quis sustinébit? Longè enim est testaméntum à quibúsdam, & interrogátio ómnium in consummatióne est. Qui minorátur corde, cógitat inánia: & vir imprúdens & errans, cógitat stulta. Audi me, fili, & disce disciplínam sensûs, & in verbis meis atténde in corde tuo.

℟. *vj.* Ait Rex Abísaï & univérsis servis suis: Ecce fílius meus, qui egréssus est de útero meo, quærit ánimam meam: quantò magis nunc fílius Jémini? * Dimíttite eum, ut maledícat, juxta præcéptum Dómini. 2. *Reg.* 16. 11. ℣. Christus, cùm maledicerétur, non maledicébat. 1. *Petr.* 2. 23. * Dimíttite. Glória. * Dimíttite.

IN III. NOCTURNO.

Sermo sancti Ambrósii Epíscopi.

De Apolog. David ad Theodos. August. Cap. 2. n. 5.

LECTIO VII.

UNusquísque nostrûm per síngulas horas quàm multa delínquit! & tamen unusquísque de plebe peccátum suum confiténdum non putat. Ille Rex tantus ac potens, ne exíguo quidem moménto, manére penès se delícti passus est consciéntiam; sed præmatúrâ confessióne, atque imménso dolóre réddidit peccátum suum Dómino. Quem mihi nunc fácilè repérias honorátum ac dívitem, qui, si arguátur alicújus culpæ reus, non moléstè ferat? At ille régio clarus império, tot divínis

tus oráculis, cùm à
:o hómine corriperé-
uòd gráviter deliquíſ-
ιon indignátus infré-
, ſed conféſſus ingé-
culpæ dolóre. Déni-
)óminum dolor ínti-
ɔvit afféctûs, ut Na-
díceret : Quóniam
uit te, & Dóminus
ulit peccátum tuum.
:itas ítaque véniæ pro-
m Regis fuiſſe pœni-
m declarávit, quæ
erróris offénſam tra-
it.
vij. Dixit David ad
num, cùm vidíſſet
lum cædéntem pópu-
* Ego ſum qui pec-
ego iníquè egi; iſti
res ſunt, quid fecé-
: 2. *Reg*. 24. 17. ℣.
látio & angúſtia in
m ánimam hóminis
ntis malum. *Rom*. 2.
:go.
IO VIII. *c*. 4. n. 15.
ccávit David, quod
)lent Reges: ſed pœ-
:iam geſſit, flevit, in-
it, quod non ſolent
;. Conféſſus eſt cul-
obſecrávit indulgén-
humi ſtratus deplorá-
rúmnam, jejunávit,
:, confeſſiónis ſuæ te-
nium in perpétua sécu-
lgáto dolóre, tranſmí-
uod erubéſcunt fácere
:i, Rex non erúbuit
éri. Qui tenéntur lé-
, audent ſuum negáre
tum, dedignántur ro-
indulgéntiam, quam
petébat qui nullis légibus
tenebátur humánis. Quòd
peccávit, conditiónis eſt:
quòd ſupplicávit, corre-
ctiónis. Lapſus commúnis,
ſed ſpeciális conféſſio. Cul-
pam ítaque incidíſſe, na-
túræ eſt: diluíſſe, virtútis.

℟. *viij*. Mórtuus eſt Da-
vid in ſenectúte bona, * Ple-
nus diérum & divítiis, &
glóriâ; & regnávit Sálo-
mon, fílius ejus, pro eo. 1.
Par. 29. 28. ℣. David in
ſua generatióne, cùm ad-
miniſtráſſet voluntáti Dei,
dormívit, & appóſitus eſt
ad patres ſuos. *Act*. 13. 36.
* Plenus.

Léctio ſancti Evangélii
ſecúndùm Lucam.

LECTIO IX. *c*. 10. *v*.
23. *ad* 37.

Samaritanus.

CONvérſus Jeſus ad diſ-
cípulos ſuos, dixit:
Beáti óculi qui vident quæ
vos vidétis. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni
Epíſcopi.

Serm. 171. *De verb.*
Apoſtol. n. 2. 3.

TOtum genus humá-
num eſt homo ille qui
jacébat in via ſemivívus à
latrónibus relíctus, quem
contémpſit tránſiens Sacér-
dos & Levítes; & accéſſit
ad eum curándum eíque
opitulándum tránſiens Sa-
maritánus. Tránſiit Sacér-
dos, útique génere próxi-
mus: prætériit jacéntem.
Tránſiit Levítes, & hic
génere próximus: jacén-

tem étiam ipse contémpsit. Tránsiit Samaritánus, génere longínquus, misericórdiâ próximus: fecítque quod nostis. In quo Samaritáno vóluit se intélligi Dóminus noster Jesus Christus. Quid tam longínquum, quid tam remótum, quàm Deus ab homínibus, Immortális à mortálibus, Justus à peccatóribus? Non loco longè, sed dissimilitúdine. Cùm ergo longè à nobis esset Immortális & Justus, tanquam à mortálibus & peccatóribus, descéndit ad nos, ut fieret nobis próximus ille longínquus.

℟. *jx.* Omnis via viri recta sibi vidétur: appéndit autem corda Dóminus. * Fácere misericórdiam & judícium, magìs placet Dómino quàm víctimæ. *Prov.* 21. 2. 3. ℣. Samaritánus quidam iter fáciens, venit secùs eum; & videns eum misericórdiâ motus est. *Luc.* 10. 33. * Fácere. Glória. * Fácere.

Te Deum.

Ad Benedíctus, *Ant.* 6. F. Non diligámus verbo neque linguâ, sed ópere & veritáte. 1. *Joan.* 3. 18.

Oratio.

CONfírma, quǽsumus, Dómine, tuórum corda fidélium, & grátiæ tuæ virtúte corróbora; ut & in tua sint supplicatióne devóti, & mútuâ dilectióne sincéri; Per Dóminum nostrum.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1563. *Sess.* 23. *De Reform. Cap.* 18.

SAncta Sýnodus státuit, ut síngulæ Cathedráles, Metropolitánæ, atque his majóres Ecclésiæ, pro modo facultátum & Diœcésis amplitúdine, certum puerórum ipsíus Civitátis & Diœcésis, vel ejus Províneciæ, si ibi non reperiántur, númerum in Collégio ad hoc propè ipsas Ecclésias, vel álio in loco conveniénti ab Epíscopo eligéndo, álere ac religiósè educáre, & Ecclesiásticis disciplínis instituére teneántur.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. a. Ait Jesus: Quis horum trium vidétur tibi próximus fuísse illi qui íncidit in latrónes? At ille dixit: Qui fecit misericórdiam in illum. *Luc.* 10. 36. 37.

FERIA SECUNDA.

De Libro secúndo Regum.

LECTIO I. *c.* 12. *v.* 1. *ad* 6.

MIsit Dóminus Nathan ad David: qui cùm veníſſet ad eum, dixit ei: Duo viri erant in civitáte una, unus dives, & alter pauper. Dives habébat oves & boves plúrimos valde: pauper autem nihil habébat omnínò, præter ovem unam párvulam quam émerat, & nutríerat, & quæ créverat apud eum cum fíliis ejus simul, de pane il-

cómedens, & de cáli-
jus bibens, & in sinu il-
dórmiens: erátque illi
t filia. Cùm autem pe-
ínus quidam venísset ad
tem, parcens ille súme-
le óvibus & de bobus
,ut exhibéret convívium
gríno illi qui vénerat
e, tulit ovem viri paú-
s, & præparávit cibos
iini qui vénerat ad se.
us autem indignatióne
rid advérsùs hóminem
n nimis, dixit ad Na-
1: Vivit Dóminus,
niam fílius mortis est
qui fecit hoc. Ovem
let in quádruplum, eò
d féceris verbum istud,
on pepércerit.

.j. Interfécit, p. 338.

CTIO II. v. 7. ad
2.

Ixit autem Nathan ad
David: Tu es ille vir.
c dicit Dóminus Deus
ël: Ego unxi te in Re-
1 super Israël, & ego
te de manu Saül, &
i tibi domum dómini
& uxóres dómini tui
inu tuo, dedíque tibi
ium Israël & Juda: &
arva sunt ista, adjíciam
multò majóra. Quare
) contempsísti verbum
nini, ut fáceres malum
onspéctu meo? Uríam
hæum percussísti glá-
, & uxórem illíus acce-
i in uxórem tibi, & in-
ecísti eum gládio filió-
Ammon. Quam ob
non recédet gládius de domo tua usque in sempitérnùm, eò quòd despéxeris me, & túleris uxórem Uríæ Hethæi, ut esset uxor tua. Itaque hæc dicit Dóminus: Ecce ego suscitábo super te malum de domo tua, & tollam uxóres tuas in óculis tuis, & dabo próximo tuo, & dórmiet cum uxóribus tuis, in óculis Solis hujus. Tu enim fecísti abscónditè: ego autem fáciam verbum istud in conspéctu omnis Israël, & in conspéctu Solis.

℟. ij. Unxérunt, p. 339.

LECTIO III. v. 13. ad 15.

ET dixit David ad Nathan: Peccávi Dómino. Dixítque Nathan ad David: Dóminus quoque tránstulit peccátum tuum: non moriéris. Verúmtamen, quóniam blasphemáre fecísti inimícos Dómini, propter verbum hoc, fílius qui natus est tibi, morte moriétur. Et revérsus est Nathan in domum suam. Percússit quoque Dóminus párvulum quem pepérerat uxor Uríæ, David; & desperátus est.

℟. iij. Cùm, p. 339.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno.
Anno 1563. Sess. 23. De Reform. Cap. 18.

IN Collégio recipiántur qui ad minimùm duódecim annos, & ex legítimo matrimónio nati sint, ac légere & scríbere competén-

ter nóverint, & quorum índoles & volúntas spem ásferat eos Ecclesiásticis Ministériis perpétuò inservitúros.

FERIA TERTIA.

De Libro secúndo Regum.

LECTIO I. *c.* 13. *v.* 1. *ad* 5.

FActum est ut Absalom filii David sorórem speciosíssimam, vocábulo Thamar, adamáret Amnon, fílius David, & deperíret eam valde, ità ut propter amórem ejus ægrotáret: quia cùm esset virgo, difficile ei videbátur ut quíppiam inhonéstè ágeret cum ea. Erat autem Amnon amícus, nómine Jónadab, fílius Sémmaa fratris David, vir prudens valde. Qui dixit ad eum: Quare sic attenuáris mácie, fili regis, per síngulos dies? cur non índicas mihi? Dixítque ei Amnon: Thamar sorórem fratris mei Absalom amo. Cui respóndit Jónadab: Cuba super lectum tuum, & languórem símula: cúmque vénerit pater tuus, ut vísitet te, dic ei: Véniat, oro, Thamar soror mea, ut det mihi cibum, & fáciat pulméntum, ut cómedam de manu ejus.

℟. *j.* Cùm compléti, *p.* 339.

LECTIO II. *v.* 6. *ad* 10.

ACcúbuit ítaque Amnon, & quasi ægrotáre cœpit: cúmque venísset Rex ad visitándum eum, ait Amnon ad Regem: *Véniat*, óbsecro, Thamar soror mea, ut fáciat in óculis meis duas sorbitiúnculas, & cibum cápiam de manu ejus. Misit ergo David ad Thamar domum, dicens: Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulméntum. Venítque Thamar in domum Amnon fratris sui: ille autem jacébat. Quæ tollens farínam commíscuit; & liquefáciens, in óculis ejus coxit sorbitiúnculas. Tollénsque quod cóxerat, effúdit, & pósuit coram eo, & nóluit comédere. Dixítque Amnon: Ejícite univérsos à me. Cúmque ejecíssent omnes, dixit Amnon ad Thamar: Infer cibum in concláve, ut vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiúnculas quas fécerat, & íntulit ad Amnon fratrem suum in concláve.

℟. *ij.* Dixit, *p.* 340.

LECTIO III. *v.* 11. *ad* 15.

CUmque obtulísset ei cibum, apprehéndit eam, & ait: Veni, cuba mecum, soror mea. Quæ respóndit ei: Noli, frater mi, noli opprímere me, neque enim hoc fas est in Israël: noli fácere stultítiam hanc. Ego enim ferre non pótero oppróbrium meum, & tu eris quasi unus de insipiéntibus in Israël: quin pótiùs lóquere ad Regem, & non negábit me tibi. Nóluit autem acquiéscere précibus ejus, sed prævalens víribus, oppréssis

eam, & cubávit cum ea. Et exósam eam hábuit Amnon ódio magno nimis: ità ut majus esset ódium quo óderat eam, amóre quo antè diléxerat. Dixítque ei Amnon: Surge, & vade.

℟. iij. Ait, p. 345.

C A N O N.

Ex Concílio Tridentíno. Anno 1563. Sess. 23. De Reform. Cap. 18.

PAúperum fílios, ut in Collégio recipiántur, præcípuè éligi vult sancta Sýnodus: nec tamen ditiórum exclúdit, modò suo sumptu aléntur, & stúdium præ se ferant Deo & Ecclésiæ inserviéndi.

FERIA QUARTA.

De Libro secúndo Regum.

LECTIO I. c. 13. v. 27. ad 29.

FEcerat Absalom convívium quasi convívium regis. Præcéperat autem Absalom púeris suis, dicens: Observáte cùm temuléntus fúerit Amnon vino, & díxero vobis: Percútite eum, & interfícite. Nolíte timére: ego enim sum qui præcípio vobis: roborámini, & estóte viri fortes. Fecérunt ergo púeri Absalom advérsùm Amnon, sicut præcéperat eis Absalom. Surgentésque omnes fílii Regis, ascendérunt sínguli mulas suas, & fugérunt.

℟. j. Dixit, p. 341.

LECTIO II. c. 14. v. 28. ad fin.

MAnsítque Absalom in Jerúsalem duóbus annis, & fáciem Regis non vidit. Misit ítaque ad Joab, ut mítteret eum ad Regem: qui nóluit veníre ad eum. Cúmque secúndò misísset, & ille noluísset veníre ad eum, dixit servis suis: Scitis agrum Joab juxta agrum meum habéntem messem hórdei: ite ígitur & succéndite eum igni. Succendérunt ergo servi Absalom ségetem igni. Et veniéntes servi Joab, scissis véstibus suis, dixérunt: Succendérunt servi Absalom partem agri igni. Surrexítque Joab, & venit ad Absalom in domum ejus, & dixit: Quare succendérunt servi tui ségetem meam igni? Et respóndit Absalom ad Joab: Misi ad te óbsecrans ut veníres ad me, & mítterem te ad Regem, & díceres ei: Quare veni de Gessur? mélius mihi erat ibi esse. Obsecro ergo, ut vídeam fáciem Regis: quòd si memor est iniquitátis meæ, interfíciat me. Ingréssus ítaque Joab ad Regem, nuntiávit ei ómnia: vocatúsque est Absalom, & intrávit ad Regem, & adorávit super fáciem terræ coram eo: osculatúsque est Rex Absalom.

℟. ij. Mórtuus, p. 341.

LECTIO III. c. 15. v. 1. ad 6.

IGitur post hæc fecit sibi Absalom currus, & équites, & quinquagínta viros qui præcéderent eum. Et

manè consúrgens Absalom, stabat juxta intróitum portæ: & omnem virum, qui habébat negótium ut veníret ad Regis judícium, vocábat Absalom ad se, & dicébat: De qua civitáte es tu? Qui respóndens aiébat: Ex una tribu Israël ego sum, servus tuus. Respondebátque ei Absalom: Vidéntur mihi sermónes tui boni & justi. Sed non est qui te aúdiat constitútus à Rege. Dicebátque Absalom: Quis me constítuat júdicem super terram, ut ad me véniant omnes qui habent negótium, & justè júdicem? Sed & cùm accéderet ad eum homo ut salutáret illum, extendébat manum suam, & apprehéndens, osculabátur eum. Faciebátque hoc omni Israël veniénti ad judícium, ut audirétur à Rege, & sollicitábat corda virórum Israël.

℟. *iij.* Teténdit Oza manum suam, ut sustentáret arcam; bos quippe lascíviens, paúlulùm inclináverat eam. * Irátus est ítaque Dóminus contra Ozam, & percússit eum, eò quòd tetigísset arcam, & mórtuus est ibi. 1. *Par.* 13. 9. 10. ℣. Quantò magìs putátis deterióra meréri supplícia, qui Fílium Dei conculcáverit, & Sánguinem Testaménti pollútum dúxerit? *Hebr.* 10. 29. * Irátus. Glória. * Irátus.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 24. *De Seminariis.*

Ex sacri Concílii Tridentíni autoritáte, Seminárium Clericórum in nostra Metropolitána, néc non in síngulis Provínciæ nostræ Cathedrálibus Ecclésiis, vi hujúsce decréti instituímus.

FERIA QUINTA.

De Libro secúndo Regum.

LECTIO I. *c.* 15. *v.* 10. *ad* 14.

Misit Absalom exploratóres in univérsas tribus Israël, dicens: Statim ut audiéritis clangórem búccinæ, dícite: Regnávit Absalom in Hebron. Porrò cum Absalom iérunt ducénti viri de Jerúsalem vocáti, eúntes símplici corde, & causam pénitùs ignorántes. Accersívit quoque Absalom Achítophel Gilonítem, consiliárium David, de civitáte sua Gilo. Cúmque immoláret víctimas, facta est conjurátio válida, populúsque concúrrens augebátur cum Absalom. Venit ígitur núntius ad David, dicens: Toto corde univérsus Israël séquitur Absalom. Et ait David servis suis qui erant cum eo in Jerúsalem: Súrgite, fugiámus: neque enim erit nobis effúgium à fácie Absalom. Festináte égredi, ne fortè véniens óccupet nos, & impéllat

super nos ruínam, & percútiat civitátem in ore gládii.

℟. *j.* Interfécit, *p.* 338.

LECTIO II. *v.* 30. *ad* 32.

PORrò David ascendébat Clivum olivárum, scandens, & flens, nudis pédibus incédens, & opérto cápite: sed & omnis pópulus qui erat cum eo, opérto cápite ascendébat plorans. Nuntiátum est autem David quòd & Achítophel esset in conjuratióne cum Absalom; dixítque David: Infátua, quæso, Dómine, consílium Achítophel. Cúmque ascénderet David summitátem montis in quo adoratúrus erat Dóminum, ecce occúrrit ei Chúsaï Arachítes, scissâ veste, & terrâ pleno cápite.

℟. *ij.* Unxérunt, *p.* 339.

LECTIO III. *c.* 16. *v.* 5. *ad* 12.

VEnit ergo rex David usque Báhurim: & ecce egrediebátur inde vir de cognatióne domûs Saül, nómine Séme ï, fílius Gera: procedebátque egrédiens, & maledicébat, mittebátque lápides contra David, & contra univérsos servos regis David. Omnis autem pópulus, & univérsi bellatóres, à dextro & à sinístro látere Regis incedébant. Ità autem loquebátur Séme ï cùm maledíceret Regi: Egrédere, egrédere, vir sánguinum, & vir Bélial. Réddidit tibi Dóminus univérsum sánguinem domûs Saül: quóniam invasísti regnum pro eo, & dedit Dóminus regnum in manu Absalom filii tui: & ecce premunt te mala tua, quóniam vir sánguinum es. Dixit autem Abísaï, fílius Sárviæ, Regi: Quare maledícit canis hic mórtuus dómino meo Regi? Vadam, & amputábo caput ejus. Et ait Rex: Quid mihi & vobis est, filii Sárviæ? dimíttite eum, ut maledícat: Dóminus enim præcépit ei ut maledíceret David: & quis est qui aúdeat dícere: Quare sic fécerit? Et ait Rex Abísaï, & univérsis servis suis: Ecce fílius meus qui egréssus est de útero meo, quærit ánimam meam: quantò magìs nunc fílius Jémini? Dimíttite eum, ut maledícat, juxta præcéptum Dómini: si fortè respíciat Dóminus afflictiónem meam: & reddat mihi Dóminus bonum pro maledictióne hac hodiérna.

℟. *iij.* Cùm, *p.* 339.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 24. *De Seminariis.*

LIberum sit cuívis Coëpiscopórum nostrórum, in cujus civitáte nullæ sunt idóneæ scholæ nec ludimagístri, ascítis in consílium duóbus Canó-

nicis, Seminárium Ecclésiæ suæ ad áliam viciniórem Cathedrálem Ecclésiam in qua sit Univérsitas tantísper adjúngere, donec scholárum atque præceptórum áderit facúltas.

FERIA SEXTA.

De Libro secúndo Regum.

LECTIO I. *c.* 18. *v.* 5. *ad* 8.

PRæcépit Rex Joab, & Abísaï, & Ethaï, dicens: Serváte mihi púerum Absalom. Et omnis pópulus audiébat præcipiéntem Regem cunctis princípibus pro Absalom. Itaque egréssus est pópulus in campum contra Israël, & factum est prælium in saltu Ephraïm. Et cæsus est ibi pópulus Israël ab exércitu David, factaque est plaga magna in die illa, vigínti míllium. Fuit autem ibi prælium dispérsum super fáciem omnis terræ, & multò plures erant quos saltus consúmpserat de pópulo, quàm hi quos voráverat gládius in die illa.

℟. *j.* Cùm, *p.* 339.

LECTIO II. *v.* 9. *ad* 15.

ACcidit autem ut occúrreret Absalom servis David, sedens mulo. Cúmque ingréssus fuísset mulus subter condénsam quercum & magnam, adhæsit caput ejus quércui: & illo suspénso inter cœlum & terram, mulus cui insséderat, pertransívit. Vidit autem hoc quíspiam, & nuntiávit Joab, dicens: Vidi Absalom pendére de quercu. Et ait Joab viro qui nuntiáverat ei: Si vidísti, quare non confodísti eum cum terra, & ego dedíssem tibi decem argénti siclos, & unum bálteum? Qui dixit ad Joab: Si appénderes in mánibus meis mille argénteos, nequáquam mítterem manum meam in fílium Regis: audiéntibus enim nobis præcépit Rex tibi, & Abísaï, & Ethaï, dicens: Custodíte mihi púerum Absalom. Sed & si fecíssem contra ánimam meam audácter, nequáquam hoc Regem latére potuísset: & tu stares ex advérso? Et ait Joab: Non sicut tu vis, sed aggrédiar eum coram te. Tulit ergo tres lánceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom: cúmque adhuc palpitáret hærens in quercu, cucurrérunt decem júvenes armígeri Joab, & percutiéntes interfecérunt eum.

℟. *ij.* Dixit, *p.* 340.

LECTIO III. *v.* 31. *ad finem.*

APpáruit Chusi: & véniens ait: Bonum appórto núntium, dómine mi Rex: judicávit enim pro te Dóminus hódie, de manu ómnium qui surrexérunt contra te. Dixit autem Rex ad Chusi: Estne pax púero Absalom? Cui respóndens Chusi: Fiant, inquit,

ner, inimíci dómini
egis, & univérsi qui
rgunt advérsùs eum
ıalum. Contristátus
: Rex, ascéndit cœ-
ım portæ, & flevit.
loquebátur, vadens:
ıi, Absalom, Absa-
ili mi! quis mihi trí-
ıt ego móriar pro te?
om, fili mi, fili mi,
om!
iij. Ait, *p.* 340.
CANON.
ncílio Burdigalénsi.
) 1583. *Tit.* 24. *De*
Seminariis.
' Seminárìis sufficién-
ıs ánnui réditus, ad
rum idóneum núme-
léndum, & necessá-
ımptus faciéndos,
lìténtur, nos ex Con-
Tridentíni autoritá-
sis Seminárìis, do-
itúsque nómine, con-
nus, adjúngimus,
attribúimus Bene-
adjungénda.
A B B A T O.
bro secúndo Regum.
TIO I. *c.* 24. *v.*
ad 4.
)didit furor Dómini
ráscì contra Israël,
ovítque Davìd in eis,
cem: Vade, númera
& Judam. Dixítque
l Joab príncipem exér-
uì: Perámbula om-
ibus Israël à Dan us-
ersabée, & numerá-
ulum, ut sciam nú-
n ejus. Dixítque Joab
Adaúgeat Dóminus

Deus tuus ad pópulum tuum, quantus nunc est, iterúmque centúplicet in conspéctu dómini mei Regis. Sed quid sibi dóminus meus Rex vult in re hujuscémodi? Obtínuit autem sermo Regis verba Joab, & príncipum exércitûs: egressúsque est Joab, & príncipes mílitum, à fácie Regis, ut numerárent pópulum Israël.

Si fiat de Sabbato, duo priora ℟℟. *è III. Noct. Dom. præced.*

LECTIO II. *v.* 11. *ad* 15.

SUrréxit ítaque David manè, & sermo Dómini factus est ad Gad Prophétam & Vidéntem David, dicens: Vade, & lóquere ad David: Hæc dicit Dóminus: Trium tibi datur óptio, élige unum quod volúeris ex his, ut fáciam tibi. Cúmque venísset Gad ad David, nuntiávit ei, dicens: Aut septem annis véniet tibi fames in terra tua: aut tribus ménsibus fúgies adversários tuos, & illi te persequéntur: aut certè tribus diébus erit pestiléntia in terra tua. Nunc ergo delíbera, & vide quem respóndeam ei, qui me misit, sermónem. Dixit autem David ad Gad: Coárctor nimis: sed mélius est ut íncidam in manus Dómini, (multæ enim misericórdiæ ejus sunt,) quàm in manus

hóminum. Immisítque Dóminus pestiléntiam in Israël, de manè usque ad tempus constitútum; & mórtui sunt ex pópulo, à Dan usque ad Bersabée, septuagínta míllia virórum.

Lectio III. *v.* 16. *ad* 19.

Cumque extendísset manum suam Angelus Dómini super Jerúsalem, ut dispérderet eam, misértus est Dóminus super afflictióne, & ait Angelo percutiénti pópulum: Súfficit: nunc cóntine manum tuam. Erat autem Angelus Dómini juxta áream Areúna Jebusæi. Dixítque David ad Dóminum, cùm vidísset Angelum cædéntem pópulum: Ego sum qui peccávi, ego iníquè egi: isti qui oves sunt, quid fecérunt? Vertátur, óbsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei. Venit autem Gad ad David in die illa, & dixit ei: Ascénde, & constítue altáre Dómino in área Areúna Jebusæi. Et ascéndit David juxta sermónem Gad, quem præcéperat ei Dóminus.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1563. *Sess.* 23. *De Reform. Cap.* 18.

Ut in eádem disciplína ecclesiástica commódiùs instituántur Seminariórum púeri, tonsúrâ statim atque hábitu clericáli semper uténtur. Grammátices, cantûs, cómputi ecclesiástici, aliarúmque bonárum ártium disciplínam discent: Sacram Scriptúrá, libros ecclesiásticos, Homílias Sanctórum, atque Sacramentórum tradendórum, máximè quæ ad confessiónes audiéndas vidébuntur opportúna, & rítuum ac cæremoniárum formas edíscent.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Sedit Sálomon super sólium Dómini in Regem pro David patre suo, & cunctis plácuit. 1. *Par.* 29. 23.

Oratio, Largíre, *infrà*, *ad Laudes*, p. 354.

DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN.

IN I. NOCTURNO.

Incipit Liber tértius Regum.

Lectio I. *c.* 1. *v.* 1, *ad* 4.

Et rex David senúerat, habebátque ætátis plúrimos dies: cúmque operirétur véstibus, non calefiébat. Dixérunt ergo ei servi sui: Quærámus dómino nostro Regi adolescéntulam vírginem, & stet coram Rege, & fóveat eum, dormiátque in sinu suo, & calefáciat dóminum nostrum Regem. Quæsiérunt ígitur adolescéntulam speciósam in ómnibus fínibus Israël, & invenérunt Abisag Sunamítidem, & adduxérunt eam ad Regem. Erat autem puélla pulchra nimis, dormiebátque cum Rege, &

ministrábat ei: Rex verò non cognóvit eam.

℟. *j.* Dóminus diléxit Salomónem; misítque in manu Nathan Prophétæ, * Et vocávit nomen ejus, Amábilis Dómino. 2. *Reg.* 12. 24. 25. ℣. Scient quia ego diléxi te. *Apoc.* 3. 9. * Et.

LECTIO II. *v.* 5. *ad* 10.

ADonías autem fílius Haggith elevabátur, dicens: Ego regnábo. Fecítque sibi currus & équites, & quinquagínta viros qui cúrrerent ante eum. Nec corrípuit eum pater suus aliquándo, dicens: Quare hoc fecísti? Erat autem & ipse pulcher valde, secúndus natu post Absalom. Et sermo ei cum Joab fílio Sárviæ, & cum Abíathar sacerdóte, qui adjuvábant partes Adoníæ. Sadoc verò sacérdos, & Banaías, fílius Joíadæ, & Nathan Prophéta, & Sémëi & Rëi, & robur exércitûs David, non erat cum Adonía. Immolátis ergo Adonías ariétibus & vítulis, & univérsis pínguibus, juxta Lápidem Zóheleth, qui erat vicínus Fonti Rogel, vocávit univérsos fratres suos fílios Regis, & omnes viros Juda servos Regis. Nathan autem Prophétam, & Banaíam, & robústos quosque, & Salomónem fratrem suum, non vocávit.

℟. *ij.* Magnificávit Dóminus Salomónem super omnem Israël: & * Dedit illi glóriam regni, qualem nullus hábuit ante eum Rex Israël. 1. *Par.* 29. 25. ℣. Deus fidélis pérmanet, negáre seípsum non potest. 2. *Tim.* 2. 13. * Dedit.

LECTIO III. *v.* 11. *ad* 14.

DIxit ítaque Nathan ad Bethsabée matrem Salomónis: Num audísti, quòd regnáverit Adonías, fílius Haggith, & dóminus noster David hoc ignórat? Nunc ergo veni, áccipe consílium à me, & salva ánimam tuam, filiíque tui Salomónis. Vade & ingrédere ad regem David, & dic ei: Nónne tu, dómine mi Rex, jurásti mihi ancíllæ tuæ, dicens: Sálomon fílius tuus regnábit post me, & ipse sedébit in sólio meo? quare ergo regnat Adonías? Et adhuc ibi te loquénte cum Rege, ego véniam post te, & complébo sermónes tuos.

℟. *iij.* Dixit Sálomon Deo: * Da mihi sapiéntiam & intelligéntiam, ut ingrédiar & egrédiar coram pópulo tuo. 2. *Par.* 1. 10. ℣. Si quis vestrûm índiget sapiéntiâ, póstulet à Deo. *Jac.* 1. 5. * Da mihi. Glória. * Da mihi.

IN II. NOCTURNO.

De Libro Ecclesiástæ.

LECTIO IV. *c.* 1. *v.* 12. *ad fin.*

EGo Ecclesiástes fui Rex Israël in Jerúsalem: & propósui in ánimo meo quǽrere & investigáre sa-

piénter de ómnibus quæ fiunt sub sole. Hanc occupatiónem péssimam dedit Deus filiis hóminum, ut occuparéntur in ea. Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce univérsa vánitas & afflíctio spíritûs. Pervérsi difficilè corrigúntur, & stultórum infinítus est númerus. Locútus sum in corde meo, dicens: Ecce magnus effectus sum, & præcéssi omnes sapiéntiâ, qui fuérunt ante me in Jerúsalem: & mens mea contempláta est multa sapiénter, & dídici. Dedíque cor meum ut scirem prudéntiam atque doctrínam, erroréque & stultítiam: & agnóvi quòd in his quoque esset labor, & afflíctio spíritûs: eò quòd in multa sapiéntia, multa sit indignátio: & qui addit sciéntiam, addit & labórem.

℟. *iv.* Dedi tibi cor sápiens & intélligens, in tantùm, ut nullus ante te símilis tuî fúerit, nec post te surrectúrus sit: sed & * Hæc quæ non postulásti, dedi tibi, divítias scílicet & glóriam. 3. *Reg.* 3. 12. 13. ℣. Potens est Deus ómnia fácere superabundánter quàm pétimus. *Eph.* 3. 20. * Hæc.

LECTIO V. *c.* 2. *v.* 11. *ad* 15.

CUm me convertíssem ad univérsa ópera quæ fécerant manus meæ, & ad labóres in quibus frustrà sudáveram, vidi in ómnibus vanitátem & afflictiónem ánimi, & nihil permanére sub sole. Transívi ad contemplándam sapiéntiam, erroréque & stultítiam, (Quid est, inquam, homo, ut sequi possit Regem Factórem suum?) & vidi quòd tantùm præcéderet sapiéntia stultítiam, quantùm differt lux à ténebris. Sapiéntis óculi in cápite ejus: stultus in ténebris ámbulat: & dídici quòd unus utriúsque esset intéritus. Et dixi in corde meo: Si unus, & stulti, & meus occásus erit, quid mihi prodest quòd majórem sapiéntiæ dedi óperam? Locutúsque cum mente mea, animadvérti quòd hoc quoque esset vánitas.

℟. *v.* Audívit omnis Israël judícium quod judicásset rex Sálomon; * Et timuérunt Regem, vidéntes sapiéntiam Dei esse in eo. 3. *Reg.* 3. 28. ℣. Audiéntes turbæ mirabántur in doctrína ejus. *Matt.* 22. 33. * Et.

De Libro Ecclesiástici.

LECTIO VI. *c.* 47. *v.* 14. *ad* 17.

POst David surréxit fílius sensátus, & propter illum dejécit omnem poténtiam inimicórum. Sálomon imperávit in diébus pacis, cui subjécit Deus omnes hostes, ut cónderet domum in nómine suo, & paráret sanctitátem in sempitérnum. Quemádmodum erudítus es in juventúte

tua, & implétus es, quasi flumen, sapiéntiâ, & terram retéxit ánima tua? Et replésti in comparatiónibus ænígmata: ad ínsulas longè divulgátum est nomen tuum, & diléctus es in pace tua.

℟. vj. Sálomon * Orávit, & descéndit ignis de cœlo, & consúmpsit holocaústum. 2. Mach. 2. 10. ℣. Sálomon ædificávit domum Deo Jacob. Act. 7. 47. * Orávit. Glória. * Orávit.

IN III. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

Enarr. in Psal. 126. n. 2.

LECTIO VII.

SAlomon erat témpore suo fílius David: magnus ille, per quem multa sancta præcépta, & salúbria mónita, & divína sacraménta Spíritus sanctus in Divínis Lítteris operátus est. Nam ipse Sálomon mulíerum amátor fuit, & reprobátus est à Deo: & usque ádeò láqueus illi fuit illa cupíditas, ut à muliéribus étiam idólis sacrificáre cogerétur, sicut de illo Scriptúra testis est. Sed si, illo cadénte, quæ per illum dicta sunt, deleréntur, judicarétur, quia ipse díxerat, non quia per illum dicta erant. Optimè étiam hoc egit misericórdia Dei, & Spíritus ejus, ut quidquid boni per Salomónem dictum est, Deo tribueréntur: peccátum hóminis, hómini. Quid mirum quia in pópulo Dei cécidit Sálomon? In paradíso non cécidit Adam? Non cécidit de cœlo Angelus, & diábolus factus est? Ideò docémur in nullo hóminum spem esse ponéndam.

℟. vij. Regína Saba non habébat ultrà spíritum; * Dixítque ad Regem: Verus est sermo quem audívi in terra mea, super sermónibus tuis, & super sapiéntia tua. 3. Reg. 10. 5. 6. 7. ℣. Regína Saba venit à fínibus terræ audíre sapiéntiam Salomónis. Luc. 11. 31. * Dixítque.

LECTIO VIII.

QUia & iste Sálomon ædificáverat templum Dómino, in typo quidem & in figúra Ecclésiæ, & Córporis Dómini; unde dicit in Evangélio: Sólvite templum hoc, & in tríduo excitábo illud. Quia ergo ipse ædificáverat illud templum, ædificávit sibi templum verus Sálomon Dóminus noster Jesus Christus, verus Pacíficus. Est autem verè Pacíficus, de quo dixit Apóstolus: Ipse est pax nostra, qui fecit útraque unum. Ipse est verè Pacíficus, qui duos paríetes è divérso veniéntes in se copulávit, quibus factus est lapis anguláris. Veniénti pópulo ex circumcisióne Credéntium, & veniénti pópulo ex præpútio Gén-

tium, & ipsórum Credéntium, fecit unam Ecclésiam ex duóbus pópulis, & factus est illis lapis anguláris. Et ídeò verè Pacíficus, quia verus Sálomon: Sálomon autem ille fílius David de muliére Bethsabée, Rex Israël, figúram gestábat hujus Pacífici, quando templum ædificávit.

℟. *viij.* Certè in géntibus multis non erat Rex símilis Salomóni; * Et diléctus Deo suo erat, & pósuit eum Deus Regem super omnem Israël, & ipsum ergo duxérunt ad peccátum mulíeres alienígenæ. 2. *Esdr.* 13. 26. ℣. Itaque qui se exístimat stare, vídeat ne cadat. 1. *Cor.* 10. 12. * Et diléctus.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO IX. *c.* 17. *v.* 11. *ad* 19.

Decem leprosi.

DUm iret Jesus in Jerúsalem, transíbat per médiam Samaríam, & Galilǽam. Et réliqua.

Homília sancti Bernárdi Abbátis.

Serm. 27. *De divers. contra vitium ingratitud.* n. 5. 6.

NOnne decem mundáti sunt? & novem ubi sunt? Meminístis, credo, verba Salvatóris hæc esse, novem illórum ingratitúdinem arguéntis. Benè síquidem oráſſe, obsecráſſe, postuláſſe legúntur, qui levavérunt vocem, dicéntes; Jesu, Fili David, miserére nobis. Sed défuit eis quarta, quam adjécit Apóstolus, gratiárum áctio; quóniam non rediérunt, nec egérunt grátias Deo. Multos quoque vidémus usque hódie satìs importúnè peténtes quod sibi deéſſe cognóverint: sed paucos ádmodum nóvimus, qui dignas super accéptis benefíciis grátias ágere videántur. Nec reprehensíbile est quòd instánter pétimus; sed planè petitióni negat efféctum, quòd invenímur ingráti. Et fortè hoc étiam cleméntiæ esse vidétur, ingrátis negáre quod póstulant: ne contíngat nobis ut tantò gráviùs de ingratitúdine judicémur, quantò magìs accumulátis benefíciis, ingráti probábimur extitíſſe.

℟. *jx.* Sacraméntum regis abscóndere bonum est; * Opera autem Dei reveláre & confitéri honoríficum est. *Tob.* 12. 7. ℣. Unus ex illis, ut vidit quia mundátus est, regréssus est cum magna voce, magníficans Deum. *Luc.* 17. 15. * Opera. Glória. * Opera.

Te Deum.

Ad Benedíctus, *Ant.* 7. d. Ingráti spes tanquam hibernális glácies tabéscet, & dispériet tanquam aqua supervácua. *Sap.* 16. 29.

Oratio.

LArgíre, quǽsumus, Dómine, fidélibus tuis indulgéntiam placátus &

pacem; ut páriter ab ómnibus mundéntur offénsis, & secúrâ semper memoríque tibi mente desérviant; Per Dóminum.

C A N O N.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 36. *De Cleric. in Sem. admitt. ratione.*

ELéctio & admíssio Clericórum penès Epíscopum erit, aut eos quibus ab ipso hæc cura nominátim demandáta fúerit. In ipso exámine, Epíscopus cum viris ecclesiásticis à Clero desígnátis, quos insígni quâdam deformitáte, vel membrórum mutilatióne notátos deprehénderit, ne ad exámen quidem admíttet.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. Non est invéntus qui redíret, & daret glóriam Deo, nisi hic alienígena. *Luc.* 17. 18.

FERIA' SECUNDA.

De Libro tértio Regum.

LECTIO I. *c.* 1. *v.* 15. *ad* 20.

INgréssa est Bethsabée ad Regem in cubículum: Rex autem senúerat nimis, & Abisag Sunamítis ministrábat ei. Inclinávit se Bethsabée, & adorávit Regem. Ad quam Rex: Quid tibi, inquit, vis? Quæ respóndens, ait: Dómine mi, tu jurásti per Dóminum Deum tuum ancíllæ tuæ: Sálomon fílius tuus regnábit post me, & ipse sedébit in sólio meo. Et ecce nunc Adonías regnat, te, dómine mi Rex, ignoránte. Mactávit boves, & pínguia quæque, & aríetes plúrimos, & vocávit omnes fílios Regis, Abíathar quoque sacerdótem, & Joab príncipem milítiæ: Salomónem autem servum tuum non vocávit. Verúmtamen, dómine mi Rex, in te óculi respíciunt totíus Israël, ut índices eis, quis sedére débeat in sólio tuo, dómine mi Rex, post te.

℞. *j.* Dóminus, *p.* 351.

LECTIO II. *v.* 22. *ad* 31.

ADhuc illâ loquénte cum Rege, Nathan Prophéta venit. Et nuntiavérunt Regi, dicéntes: Adest Nathan Prophéta. Cúmque introísset in conspéctu Regis, & adorásset eum pronus in terram, dixit Nathan: Dómine mi Rex, tu dixísti: Adonías regnet post me, & ipse sédeat super thronum meum? Quia descéndit hódie, & immolávit boves, & pínguia, & aríetes plúrimos, & vocávit univérsos fílios Regis, & príncipes exércitûs, Abíathar quoque sacerdótem: illísque vescéntibus, & bibéntibus coram eo, & dicéntibus: Vivat rex Adonías, me servum tuum, & Sadoc sacerdótem, & Banaíam, fílium Joíadæ, & Salomónem fámulum tuum, non vocávit. Nun-

quid à dómino meo Rege exívit hoc verbum, & mihi non indicásti servo tuo, quis sessúrus esset super thronum dómini mei Regis post eum? Et respóndit Rex David, dicens: Vocáte ad me Bethsabée. Quæ cùm fuísset ingréssa coram Rege, & stetísset ante eum, jurávit Rex, & ait: Vivit Dóminus qui éruit ánimam meam de omni angústia, quia sicut jurávi tibi per Dóminum Deum Israël, dicens: Sálomon fílius tuus regnábit post me, & ipse sedébit super sólium meum pro me, sic fáciam hódie. Summissóque Bethsabée in terram vultu, adorávit Regem, dicens: Vivat Dóminus meus David in ætérnum.

℟. *ij.* Magnificávit, *p.* 351.

LECTIO III. *v.* 38. *ad* 40.

DEscéndit ergo Sadoc sacérdos, & Nathan Prophéta, & Banaías, fílius Joíadæ, & Ceréthi, & Pheléthi: & imposuérunt Salomónem super mulam Regis David, & adduxérunt eum in Gihon. Sumpsítque Sadoc sacérdos cornu ólei de tabernáculo, & unxit Salomónem: & cecinérunt búccinâ, & dixit omnis pópulus: Vivat Rex Sálomon. Et ascéndit univérsa multitúdo post eum, & pópulus canéntium tíbiis, & lætántium gaúdio magno, & insónuit terra à clamóre eórum.

℟. *iij.* Dixit, *p.* 351.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 36. *De Cleric. in Sem. admitt. ratione.*

QUos Epíscopus maniféstis conjectúris, ad lítteras, ad pietátem, & sacerdótium inéptos judicáverit, nullo modo in Seminárium admíttet.

FERIA TERTIA.

De Libro tértio Regum.

LECTIO I. *c.* 2. *v.* 1. *ad* 4.

APpropinquavérunt dies David ut morerétur, præcepítque Salomóni fílio suo, dicens: Ego ingrédior viam univérsæ terræ: confortáre, & esto vir: & obsérva custódias Dómini Dei tui, ut ámbules in viis ejus, ut custódias cæremónias ejus, & præcépta ejus, & judícia, & testimónia, sicut scriptum est in lege Móysi: ut intélligas univérsa quæ facis, & quocúmque te vérteris: ut confírmet Dóminus sermónes suos, quos locútus est de me, dicens: Si custódierint fílii tui vias suas, & ambuláverint coram me, in veritáte, in omni corde suo, & in omni ánima sua, non auferétur tibi vir de sólio Israël.

℟. *j.* Dedi, *p.* 352.

LECTIO II. *v.* 10. *ad* 18.

DOrmívit ígitur David cum pátribus suis, & sepúltus est in Civitáte David. Dies autem quibus re-

...d super Israël, ... anni sunt. In ...gnávit septem ...erúsalem, tri... Sálomon au...uper thronum ...s sui, & firmá...um ejus nimis. ... est Adonías, ...ith ad Bethsa...m Salomónis: ...i: Pacificúsne ...tuus? Qui res...it: Pacíficus. Addi...ie: Sermo mihi est ad ...Cui ait: Lóquere. Et ...Tu, inquit: nosti ...meum erat regnum, ...e præposúerat omnis ...l sibi in regem: sed ...látum est regnum, & ...m est fratris mei: à ...ino enim constitútum ...i. Nunc ergo petitió... unam precor à te; ne ...úndas fáciem meam. ...: dixit ad eum: Ló...e. Et ille ait: Precor ...cas Salomóni Regi, (ne... enim negáre tibi quid...n potest,) ut det mihi ...ag Sunamítidem uxó... Et ait Bethsabée: ...è, ego loquar pro te ...i.

... ij. Audívit, p. 352.

...rio III. v. 19. ad 25.

...Enit ergo Bethsabée ad Regem Salomónem, ut ...eréτur ei pro Adonía. ...rréxit Rex in occúrsum ..., adoravítque eam, & ...t super thronum suum: ...túsque est thronus ma...egis, quæ sedit ad déx-teram ejus. Dixítque ei: Petitiónem unam párvulam ego déprecor à te; ne confúndas fáciem meam. Et dixit ei Rex: Pete, mater mea: neque enim fas est ut avértam fáciem tuam. Quæ ait: Detur Abisag Sunamítis Adoníæ fratri tuo uxor. Respondítque Rex Sálomon, & dixit matri suæ: Quare póstulas Abisag Sunamítidem Adoníæ? Póstula ei & regnum: ipse est enim frater meus major me, & habet Abíathar sacerdótem, & Joab fílium Sárviæ. Jurávit ítaque Rex Sálomon per Dóminum, dicens: Hæc fáciat mihi Deus, & hæc addat, quia contra ánimam suam locútus est Adonías verbum hoc. Et nunc, vivit Dóminus qui firmávit me, & collocávit me super sólium David patris mei, & qui fecit mihi domum, sicut locútus est, quia hódie occidétur Adonías. Misítque Rex Sálomon per manum Banaíæ, fílii Joíadæ, qui interfécit eum, & mórtuus est.

℟. iij. Sálomon, p. 353.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 36. *De Cleric. in Sem. admitt. ratione.*

PRiúsquàm áliquis in Seminárium admittátur, sédulò monéndus erit, non licére sibi Seminárii bonis ali atque educári, si

áliud vitæ genus, præter Ecclesiásticum, in ánimo propósitum hábeat.

FERIA QUARTA.

De Libro tértio Regum.

LECTIO I. *c.* 3. *v.* 1. *ad* 4.

Confirmátum est regnum in manu Salomónis, & affinitáte conjúnctus est Pharaóni regi Ægýpti: accépit namque fíliam ejus, & addúxit in Civitátem David, donec compléret ædíficans domum suam, & domum Dómini, & murum Jerúsalem per circúitum. Attamen pópulus immolábat in excélsis: non enim ædificátum erat templum nómini Dómini usque in diem illum. Diléxit autem Sálomon Dóminum, ámbulans in præcéptis David patris sui, excépto quòd in excélsis immolábat, & accendébat thymiáma. Abiit ítaque in Gábaon, ut immoláret ibi: illud quippe erat excélsum máximum: mille hóstias in holocaústum óbtulit Sálomon super altáre illud in Gábaon.

℟. *j.* Regína, *p.* 353.

LECTIO II. *v.* 5. *ad* 10.

Appáruit autem Dóminus Salomóni per sómnium nocte, dicens: Póstula quod vis ut dem tibi. Et ait Sálomon: Tu fecísti cum servo tuo David patre meo misericórdiam magnam, sicut ambulávit in conspéctu tuo in veritáte, & justítia, & recto corde tecum: custodísti ei misericórdiam tuam grandem, & dedísti ei filium sedéntem super thronum ejus, sicut est hódie. Et nunc, Dómine Deus, tu regnáre fecísti servum tuum pro David patre meo: ego autem sum puer párvulus, & ignórans egréssum & intróitum meum. Et servus tuus in médio est pópuli quem elegísti, pópuli infiníti, qui numerári & supputári non potest præ multitúdine. Dabis ergo servo tuo cor dócile, ut pópulum tuum judicáre possit, & discérnere inter bonum & malum. Quis enim póterit judicáre pópulum istum, pópulum tuum hunc multum? Plácuit ergo sermo coram Dómino, quòd Sálomon postulásset hujuscémodi rem.

℟. *ij.* Certè, *p.* 354.

LECTIO III. *v.* 11. *ad* 15.

Et dixit Dóminus Salomóni: Quia postulásti verbum hoc, & non petísti tibi dies multos, nec divítias, aut ánimas inimicórum tuórum, sed postulásti tibi sapiéntiam ad discernéndum judícium: ecce feci tibi secúndùm sermónes tuos, & dedi tibi cor sápiens & intélligens, in tantùm ut nullus ante te símilis tuî fúerit, nec post te surrectúrus sit. Sed & hæc, quæ non postulásti, dedi tibi: divítias

:t, & glóriam, ut ne-
ſerit similis tuî in ré-
, cunctis retrò dié-
si autem ambuláveris
s meis, & custodíe-
ecépta mea, & man-
mea, ſicut ambulá-
ter tuus, longos fá-
dies tuos. Igitur evi-
it Sálomon, & intel-
quod eſſet sómnium:
ue veníſſet Jerúſalem,
coram arca fœderis
ini, & óbtulit holo-
a, & fecit víctimas pa-
s, & grande convi-
univérsis fámulis ſuis.
iij. Dixit Dóminus
nóni: Quia habuísti
apud te, & non custo-
pactum meum & præ-
mea quæ mandávi ti-
Diſrúmpens ſcindam
um tuum, & dabo il-
ervo tuo. 3. *Reg.* 11.
℣. Dicis, quia dives
, & locupletátus, &
us égeo; & neſcis quia
s miſer & miſerábilis.
:. 3. 17. * Diſrúmpens.
ia. * Diſrúmpens.

CANON.

Concílio Burdigalénsi.
o 1583. *Tit.* 27. *De Scholis.*

Juvéntus ſpes eſt ac só-
oles Reipúblicæ; quæ ſi,
adhuc ténera eſt, di-
ter excolátur, máxi-
& miræ ſuavitátis fru-
feret. Contrà verò, ſi
igátur, aut nullos, aut
ríſſimos. Quare ópti-
éaque facíllima & máxi-
compendiária reſtituén-
dæ in prístinum ſtatum Rei-
públicæ Christiánæ rátio
eſt, díligens & accuráta
educátio juventútis.

FERIA QUINTA.

De Libro tértio Regum.

LECTIO I. *c.* 3. *v.* 16. *ad* 21.

VEnérunt duæ mulíeres meretríces ad Regem, ſteterúntque coram eo, quarum una ait: Obſecro, mi dómine: ego & múlier hæc habitabámus in domo una, & péperi apud eam in cubículo. Tértiâ autem die poſtquàm ego péperi, péperit & hæc: & erámus ſimul, nullúſque álius nobíſcum in domo, excéptis nobis duábus. Mórtuus eſt autem fílius mulíeris hujus nocte: dórmiens quippe oppréſſit eum. Et consúrgens intempéſtæ noctis ſiléntio, tulit fílium meum de látere meo, ancíllæ tuæ dormiéntis, & collocávit in ſinu ſuo: ſuum autem fílium, qui erat mórtuus, póſuit in ſinu meo. Cúmque ſurrexíſſem manè ut darem lac fílio meo, appáruit mórtuus: quem diligéntiùs íntuens, clarâ luce, deprehéndi non eſſe meum quem genúeram.

℟. *j.* Dóminus, *p.* 351.

LECTIO II. *v.* 22. *ad* 23.

REſpondítque áltera múlier: Non eſt ità ut dicis, ſed fílius tuus mórtuus eſt, meus autem vivit. E contrário illa dicé

bat : Mentíris : fílius quippe meus vivit, & fílius tuus mórtuus est. Atque in hunc modum contendébant coram Rege. Tunc Rex ait : Hæc dicit, fílius meus vivit, & fílius tuus mortuus est : & ista respóndit : Non, sed fílius tuus mórtuus est, meus autem vivit.

℟. *ij*. Magnificávit, *p.* 351.

LECTIO III. *v.* 24. *ad fin.*

DIxit ergo Rex : Afférte mihi gládium. Cúmque attulíssent gládium coram Rege : Divídite, inquit, infántem vivum in duas partes, & date dimídiam partem uni, & dimídiam partem álteri. Dixit autem múlier cujus fílius erat vivus, ad Regem : (commóta sunt quippe víscera ejus super fílio suo :) Obsecro, dómine, date illi infántem vivum, & nolíte interfícere eum. E contrário illa dicébat : Nec mihi, nec tibi sit; sed dividátur. Respóndit Rex, & ait : Date huic infántem vivum, & non occidátur : hæc est enim mater ejus. Audívit ítaque omnis Israël judícium quod judicásset Rex, & timuérunt Regem, vidéntes sapiéntiam Dei esse in eo ad faciéndum judícium.

℟. *iij*. Dixit, *p.* 351.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 27. *De Scholis.*

IN síngulis Paróchiis, vel saltèm in celebrióribus pagis, constituátur ludimagíster, qui simul cum grammática, púeros ea dóceat quæ spectant ad Religiónem, cujúsmodi sunt artículi fídei, Præcépta Divína, Orátio Domínica, Sacri Hymni & Psalmi, aliáque géneris ejúsdem.

FERIA SEXTA.

De Libro tértio Regum.

LECTIO I. *c.* 6. *v.* 1. *ad* 5.

FActum est quadringentésimo & octogésimo anno egressiónis filiórum Israël de terra Ægýpti, in anno quarto, mense Zio, (ipse est mensis secúndus,) regni Salomónis super Israël, ædificári cœpit domus Dómino. Domus autem quam ædificábat Rex Sálomon Dómino, habébat sexagínta cúbitos in longitúdine, & vigínti cúbitos in latitúdine, & trigínta cúbitos in altitúdine. Et pórticus erat ante templum vigínti cubitórum longitúdinis, juxta mensúram latitúdinis templi : & habébat decem cúbitos latitúdinis ante fáciem templi. Fecítque in templo fenéstras oblíquas. Et ædificávit super paríetem templi tabuláta per gyrum, in pariétibus domûs per circúitum templi & oráculi, & fecit látera in circúitu.

℟. *j*. Dedi, *p.* 352.

LECTIO II. *v.* 11. *ad* 15.

ET factus est sermo Dómini ad Salomónem, dicens : Domus hæc, quam ædíficas,

ædíficas, si ambuláveris in præcéptis meis, & judícia mea féceris, & custodíeris ómnia mandáta mea, grádiens per ea: firmábo sermónem meum tibi, quem locútus sum ad David patrem tuum. Et habitábo in médio filiórum Israël, & non derelínquam pópulum meum Israël. Igitur ædificávit Sálomon domum, & consummávit eam. Et ædificávit paríetes domûs intrínsecùs tabulátis cedrínis: à paviménto domûs, usque ad summitátem paríetum, & usque ad laqueária, opéruit lignis cedrínis intrínsecùs: & texit paviméntum domûs tábulis abiégnis.

℟. *ij*. Audívit, *p*. 352.

LECTIO III. *v*. 18. *ad* 22.

ET cedro omnis domus intrínsecùs vestiebátur, habens tornatúras & junctúras suas fabrefáctas, & cælatúras eminéntes: ómnia cedrínis tábulis vestiebántur, nec omnínò lapis apparére póterat in paríete. Oráculum autem in médio domûs, in interióri parte fécerat, ut póneret ibi arcam fœderis Dómini. Porrò oráculum habébat vigínti cúbitos longitúdinis, & vigínti cúbitos latitúdinis, & vigínti cúbitos altitúdinis: & opéruit illud atque vestívit auro puríssimo, sed & altáre vestívit cedro. Domum quoque ante oráculum opéruit auro puríssimo, & affixit láminas clavis aúreis. Nihílque erat in templo quod non auro tegerétur: sed & totum altáre oráculi texit auro.

℟. *iij*. Sálomon, *p*. 353.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit*. 27. *De Scholis*.

PRæceptóres, verbo páriter & exémplo, horténtur púeros, ut sacris Ecclésiæ Mystériis, verbi divíni Prædicatióni, Officióque divíno, diligénter & magna cum ánimi attentióne & modéstia intérsint.

SABBATO.

De Libro tértio Regum.

LECTIO I. *c*. 6. *v*. 27. *ad* 33.

POsuit Sálomon Chérubim in médio templi interióris: extendébant autem alas suas Chérubim, & tangébat ala una paríetem, & ala Cherub secúndi tangébat paríetem álterum: alæ autem álteræ in média parte templi se ínvicem contingébant. Texit quoque Chérubim auro. Et omnes paríetes templi per circúitum sculpsit váriis cælatúris & torno: & fecit in eis Chérubim, & palmas, & pictúras várias, quasi prominéntes de paríete, & egrediéntes. Sed & paviméntum domûs texit auro intrínsecùs & extrínsecùs. Et in ingréssu oráculi fecit

minus Salomónem super omnem Israël; & * Dedit illi glóriam regni, qualem nullus hábuit ante eum Rex Israël. 1. *Par.* 29. 25. ℣. Deus fidélis pérmanet, negáre seípsum non potest. 2. *Tim.* 2. 13. * Dedit.

LECTIO III. *v.* 62. *ad* 65.

IGitur Rex, & omnis Israël cum eo, immolábant víctimas coram Dómino. Mactavítque Sálomon hóstias pacíficas quas immolávit Dómino, boum vigínti duo míllia, & óviũ centum vigínti míllia: & dedicavérunt templum Dómini, Rex & filii Israël. In die illa sanctificávit Rex médium átrii, quod erat ante domum Dómini: fecit quippe holocaústum ibi, & sacrifícium, & ádipem pacificórum: quóniam altáre æreum quod erat coram Dómino, minus erat, & cápere non póterat holocaústum, & sacrificium, & ádipem pacificórum. Fecit ergo Sálomon in témpore illo festivitátem célebrem, & omnis Israël cum eo, multitúdo magna ab introitu Emath, usque ad Rivum Ægýpti, coram Dómino Deo nostro, septem diébus, & septem diébus, id est, quatuórdecim diébus.

℟. *iij.* Dixit Sálomon Deo: * Da mihi sapiéntiam & intelligéntiam, ut ingrédiar & egrédiar coram pópulo tuo. 2. *Par.* 1. 10. ℣. Si quis vestrûm índiget sapiéntiâ, póstulet à Deo. *Jac.* 1. 5. * Da mihi. Glória. * Da mihi.

IN II. NOCTURNO.

De Libro Sapiéntiæ.

LECTIO IV. *c.* 8. *v.* 21. *ad fin.* & *c.* 9. *v.* 1. *ad* 6.

UT scivi quóniam áliter non possem esse cóntinens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapiéntiæ, scire cujus esset hoc donum: ádii Dóminum, & deprecátus sum illum, & dixi ex totis præcórdiis meis: Deus patrum meórum, & Dómine misericórdiæ, qui fecísti ómnia verbo tuo, & sapiéntiâ tuâ constituísti hóminem, ut dominarétur creatúræ quæ à te facta est, ut dispónat orbem terrárum in æquitáte & justítia, & in directióne cordis judícium júdicet, da mihi sédium tuárum assistrícem sapiéntiam, & noli me reprobáre à púeris tuis: quóniam servus tuus sum ego, & fílius ancíllæ tuæ, homo infirmus, & exígui témporis, & minor ad intelléctum judícii & legum. Nam & si quis erit consummátus inter fílios hóminum, si ab illo abfúerit sapiéntia tua, in nihilum computábitur.

℟. *iv.* Dedi tibi cor sápiens & intélligens, in tantùm ut nullus ante te símilis tuî fúerit, nec post te surrectúrus sit: sed & * Hæc quæ non postulásti, dedi tibi, divítias scílicet & gló-

riam. 3. *Reg.* 3. 12. 13. ℣. Potens est Deus ómnia fácere superabundánter quàm pétimus. *Eph.* 3. 20. * Hæc.

Lectio II. *v.* 7. *ad* 12.

TU elegísti me Regem pópulo tuo, & Júdicem filiórum tuórum, & filiárum: & dixísti me ædificáre templum in monte sancto tuo, & in civitáte habitatiónis tuæ altáre, similitúdinem tabernáculi sancti tui, quod preparásti ab inítio. Et tecum sapiéntia tua, quæ novit ópera tua, quæ & áffuit tunc, cùm orbem terrárum fáceres, & sciébat quid esset plácitum óculis tuis, & quid diréctum in præcéptis tuis. Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitúdinis tuæ, ut mecum sit & mecum labóret: ut sciam quid accéptum sit apud te. Scit enim illa ómnia, & intélligit, & dedúcet me in opéribus meis sóbriè, & custódiet me in sua poténtia. Et erunt accépta ópera mea, & dispónam pópulum tuum jùstè, & ero dignus sédium patris mei.

℟. *v.* Audívit omnis Isräël judícium quod judicásset Rex Sálomon; * Et timuérunt Regem, vidéntes sapiéntiam Dei esse in eo. 3. *Reg.* 3. 28. ℣. Audiéntes turbæ mirabántur in doctrína ejus. *Matt.* 22. 33. * Et.

Lectio III. *v.* 13. *ad finem.*

QUis enim hóminum póterit scire consílium Dei? aut quis póterit cogitáre quid velit Deus? Cogitatiónes enim mortálium tímidæ, & incértæ providéntiæ nostræ. Corpus enim quod corrúmpitur, ággravat ánimam: & terréna inhabitátio déprimit sensum multa cogitántem. Et difficilè æstimámus quæ in terra sunt: & quæ in prospéctu sunt, invenímus cum labóre. Quæ autem in cœlis sunt, quis investigábit? Sensum autem tuum quis sciet, nisì tu déderis sapiéntiam, & míseris Spíritum sanctum tuum de altíssimis: & sic corréctæ sint sémitæ eórum qui sunt in terris, & quæ tibi placent, didícerint hómines? Nam per sapiéntiam sanáti sunt quicúmque placuérunt tibi, Dómine, à princípio.

℟. *vj.* Sálomon * Orávit, & descéndit ignis de cœlo, & comsúmpsit holocaústum. 2. *Mach.* 2. 10. ℣. Sálomon ædificávit domum Deo Jacob. *Act.* 7. 47. * Orávit. Glória. * Orávit.

IN III. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

Lib. 17. *de Civit. Dei. Cap.* 8. n. 1. & 2.

Lectio VII.

HÆc dicit Dóminus omnípotens: Suscitábo semen tuum post te, qui erit de ventre tuo, & præparábo regnum ejus. Hic ædificábit mihi domum nó-

mini meo, & dírigam thronum illíus usque in ætérnum. Hanc tam grandem promissiónem, qui putat in Salomóne fuísse complétam, multùm errat. Attendit enim quod dictum est: Hic ædificábit mihi domum; quóniam Sálomon templum illud nóbile extrúxit: & non atténdit: Fidélis erit domus ejus, & regnum ejus, usque in ætérnum coram me. Atténdat ergo, & aspíciat Salomónis domum plenam muliéribus alienígenis coléntibus deos falsos, & ipsum ab eis Regem, aliquándo sapiéntem, in eámdem idololatríam sedúctum, atque dejéctum: & non aúdeat existimáre Deum, vel hoc promisísse mendáciter, vel talem Salomónem domúmque ejus futúram, non potuísse prescíre. Non hinc autem deberémus ambígere, nec si non in Christo Dómino nostro, qui factus est ex sémine David secúndùm carnem, jam viderémus ista compléri: ne vanè atque inániter hîc álium áliquem requirámus, sicut carnáles Judæi.

℟. *vij.* Regína Saba non habébat ultrà spíritum; * Dixítque ad Regem: Verus est sermo quem audívi in terra mea, super sermónibus tuis, & super sapiéntiâ tua. 3. *Reg.* 10. 5. 6. 7. ℣. Regína Saba venit à fínibus terræ audíre sapiéntiam Salomónis. *Luc.* 11. 31. * Dixítque.

Lectio VIII.

Facta est quidem nonnúlla imágo rei futúræ, étiam in Salomóne, in eo quòd templum ædificávit, & pacem hábuit secúndùm nomen suum; (Sálomon quippe Pacíficus est Látinè:) & in exórdio regni sui mirabíliter laudábilis fuit. Sed eâdem suâ persónâ, per umbram futúri prænuntiábat étiam ipse Christum Dóminum nostrum, non exhibébat. Unde quædam de illo ità scripta sunt, quasi de ipso ista prædícta sint, dum Scriptúra sancta étiam rebus gestis prophétans, quodámmodo in eo figúram delíneat futurórum.

℟. *viij.* Certè in géntibus multis non erat rex símilis Salomóni; * Et diléctus Deo suo erat, & pósuit eum Deus Regem super omnem Israël, & ipsum ergo duxérunt ad peccátum mulíeres alienígenæ. 2. *Esdr.* 13. 26. ℣. Itaque qui se exístimat stare, vídeat ne cadat. 1. *Cor.* 10. 12. * Et diléctus.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio IX. *c.* 6. *v.* 24. *ad* 33.

Deo serviendum, non mammonæ.

Dixit Jesus discípulis suis: Nemo potest

duóbus dóminis servíre. Et réliqua.

Homília sancti Cypriáni Epíscopi & Mártyris.

De opere & Eleemosynis.

EIs ómnia appóni dicit & tradi, qui regnum & justítiam Dei quærunt. Eos enim Dóminus, cùm judícii dies vénerit, ad percipiéndum regnum dicit admítti, qui fúerint in Ecclésia ejus operáti. Métuis ne patrimónium tuum fortè defíciat, si operári ex eo lárgiter cœperis: & nescis, miser, quia dum times ne res familiáris defíciat, vita ipsa & salus déficit: & dum, ne quid de rebus tuis minuátur atténdis, non réspicis quòd ipse minuáris, amátor magis mammónæ quàm ánimæ tuæ: ut dum times ne pro te patrimónium tuum perdas, ipse pro património tuo péreas; & ídeò benè Apóstolus clamat & dicit: Nihil intúlimus in hunc mundum; verùm nec auférre quid póssumus. Vólucres Deus pascit, & passéribus aliménta diúrna præstántur: & quibus nullus divínæ rei sensus est, eis nec potus nec cibus deest. Tu, Christiáno, tu, Dei servo, tu, opéribus bonis dédito, tu, Dómino suo caro áliquid exístimas defutúrum! nisì si putas quia qui Christum pascit, à Christo ipse non páscitur; aut eis terréna déerunt, quibus cœléstia & divína tribuúntur. Unde hæc incrédula cogitátio? unde ímpia & sacrílega ista meditátio? Quid facit in domo fidei pérfidum pectus? Quid, qui Christo omnínò non credit, appellátur & dícitur Christiánus?

℟. *jx.* Mendicitátem & divítias ne déderis mihi, Dómine; * Tríbue tantùm víctui meo necessária. *Prov.* 30. 8. ℣. Nónne ánima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestiméntum? *Matt.* 6. 25. * Tríbue. Glória. * Tríbue.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D. Peccatóri dedit Deus afflictiónem & curam supérfluam, ut addat & cóngreget. *Eccle.* 2. 26.

Oratio.

DA nobis, Dómine, quæsumus, regnum tuum & justítiam ejus primùm inquírere; & præsta ut bonis temporálibus quæ ex benignitáte spirituálibus ádjicis, sóbriè, & piè, & justè utámur; Per Dóminum.

CANON.

Ex Concíliis Chalcedonénsi & Agathénsi.

Relat. Cap. 18. qq. 1. 2. 3.

NEmo ædíficet aut constítuat Monastérium, vel Oratóriam domum, sinè voluntáte Epíscopi urbis.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* Nemo potest duóbus dó-

minis servíre; aut enim unum ódio habébit, & álterum díliget; aut unum sustinébit, & álterum contémnet. *Matt. 6. 24.*

FERIA SECUNDA.

De Libro tértio Regum.

LECTIO I. *c.* 10. *v.* 1. *ad* 9.

REgína Saba, audítâ famâ Salomónis in nómine Dómini, venit tentáre eum in ænigmátibus. Et ingréssa Jerúsalem multo cum comitátu & divítiis, camélis portántibus arómata, & aurum infinítum nimis, & gemmas pretiósas, venit ad Regem Salomónem, & locúta est ei univérsa quæ habébat in corde suo. Et dócuit eam Sálomon ómnia verba quæ proposúerat: non fuit sermo, qui Regem posset latére, & non respondéret ei. Videns autem regína Saba omnem sapiéntiam Salomónis, & domum quam ædificáverat, & cibos mensæ ejus, & habitácula servórum, & órdines ministrántium, vestésque eórum, & pincérnas, & holocaústa quæ offerébat in domo Dómini, non habébat ultrà spíritum. Dixítque ad Regem: Verus est sermo quem audívi in terra mea, super sermónibus tuis, & super sapiéntia tua: & non credébam narrántibus mihi, donec ipsa veni, & vidi óculis meis, & probávi quòd média pars mihi nuntiáta non fúerit. Major est sapiéntia & ópera tua, quàm rumor quem audívi. Beáti viri tui, & beáti servi tui, qui stant coram te semper, & aúdiunt sapiéntiam tuam. Sit Dóminus Deus tuus benedíctus, cui complacuísti, & pósuit te super thronum Israël, eò quòd diléxerit Dóminus Israël in sempitérnum, & constítuit te Regem, ut fáceres judícium & justítiam.

℟. *j.* Dóminus, *p.* 363.

LECTIO II. *c.* 11. *v.* 1. *ad* 6.

REx autem Sálomon adamávit mulíeres alienígenas multas, fíliam quoque Pharaónis, & Moabítidas, & Ammonítidas, Idumæas, & Sidónias, & Hethæas: de géntibus, super quibus dixit Dóminus fíliis Israël: Non ingrediémini ad eas, neque de illis ingrediéntur ad vestras: certíssimè enim avértent corda vestra, ut sequámini deos eárum. His ítaque copulátus est Sálomon ardentíssimo amóre. Fuerúntque ei uxóres quasi regínæ septingéntæ, & concubínæ trecéntæ: & avertérunt mulíeres cor ejus. Cúmque jam esset senex, depravátum est cor ejus per mulíeres, ut sequerétur deos aliénos: nec erat cor ejus perféctum coram Dómino Deo suo, sicut cor David patris ejus. Sed colébat Sálomon Astárthen deam Sidoniórum, & Mo-

loch idólum Ammonitárum. Fecítque Sálomon quod non placúerat coram Dómino, & non adimplévit ut sequerétur Dóminum, sicut David pater ejus.

℟. ij. Magnificávit, p. 363.

LECTIO III. v. 9. ad 13.

IGitur irátus est Dóminus Salomóni, quòd avérsa esset mens ejus à Dómino Deo Israël, qui apparúerat ei secúndò, & præcéperat de verbo hoc, ne sequerétur deos aliénos, & non custodívit quæ mandávit ei Dóminus. Dixit ítaque Dóminus Salomóni: Quia habuísti hoc apud te, & non custodísti pactum meum, & præcépta mea quæ mandávi tibi, disrúmpens scindam regnum tuum, & dabo illud servo tuo. Verúmtamen in diébus tuis non fáciam, propter David patrem tuum: de manu filii tui scindam illud, nec totum regnum áuferam, sed tribum unam dabo filio tuo, propter David servum meum, & Jerúsalem quam elégi.

℟. iij. Dixit, p. 364.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 17. *De Monasteriis.* §. 5.

MOnastéria, Ecclésiæ, Convéntus, aut Collégia ædificári non possint, nec ulla Congregátio seculáris aut reguláris, in quibuscúmque Diœcésum locis instituátur & firmétur, sinè licéntia & expréssо consénsu Epíscopi.

FERIA TERTIA.

De Libro tértio Regum.

LECTIO I. c. 11. v. 29. ad 32.

FActum est in témpore illo, ut Jeróboam egrederétur de Jerúsalem, & inveníret eum Ahías Siloníites Prophéta, in via, opértus pállio novo: erant autem duo tantùm in agro. Apprehendénsque Ahías pállium suum novum quo coopértus erat, scidit in duódecim partes. Et ait ad Jeróboam: Tolle tibi decem scissúras: hæc enim dicit Dóminus Deus Israël: Ecce ego scindam regnum de manu Salomónis, & dabo tibi decem tribus. Porrò una tribus remanébit ei, propter servum meum David, & Jerúsalem civitátem quam elégi ex ómnibus tríbubus Israël.

℟. j. Dedi, p. 364.

LECTIO II. v. 40. ad fin.

VOluit ergo Sálomon interfícere Jeróboam: qui surréxit, & aufúgit in Ægýptum ad Sesac regem Ægýpti: & fuit in Ægýpto, usque ad mortem Salomónis. Réliquum autem verbórum Salomónis, & ómnia quæ fecit, & sapiéntia ejus: ecce univérsa scripta sunt in Libro verbórum diérum Salomónis. Dies autem quos regnávit Sálomon in Jerúsalem super omnem Israël, quadragínta anni sunt. Dormivítque

Sálomon cum pátribus suis, & sepúltus est in Civitáte David patris sui: regnavítque Róboam fílius ejus pro eo.

℟. *ij.* Audívit, *p.* 365.

LECTIO III. *c.* 12. *v.* 20. *ad* 24.

FActum est autem, cùm audísset omnis Israël, quòd revérsus esset Jeróboam, misérunt, & vocavérunt eum, congregáto cœtu, & constituérunt eum Regem super omnem Israël: nec secútus est quisquam domum David, præter tribum Juda solam. Venit autem Róboam Jerúsalem, & congregávit univérsam domum Juda, & tribum Bénjamin, centum octogínta míllia electórum virórum bellatórum, ut pugnárent contra domum Israël, & redúcerent regnum Róboam fílio Salomónis. Factus est autem sermo Dómini ad Semeíam virum Dei, dicens: Lóquere ad Róboam fílium Salomónis regem Juda, & ad omnem domum Juda, & Bénjamin, & réliquos de pópulo, dicens: Hæc dicit Dóminus: Non ascendétis, neque bellábitis contra fratres vestros fílios Israël. Revertátur vir in domum suam: à me enim factum est verbum hoc. Audiérunt sermónem Dómini, & revérsi sunt de itínere, sicut eis præcéperat Dóminus.

℟. *iij.* Sálomon, *p.* 365.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 25. *De Monasteriis.*

QUia experiéntia docet, disciplínam religiósam eórum vítio ex parte collápsam esse, qui in religiósas famílias intrúsi, pótiùs quàm à sancto Spíritu vocáti fuérunt, diligentíssimè Superióres ánimum atque voluntátem eórum explórent, qui ad Noviciátum vel Professiónem admitténdi erunt.

FERIA QUARTA.

De Libro tértio Regum.

LECTIO I. *c.* 18. *v.* 1. *ad* 8.

POst dies multos factum est verbum Dómini ad Elíam, in anno tértio, dicens: Vade, & osténde te Achab, ut dem plúviam super fáciem terræ. Ivit ergo Elías, ut osténderet se Achab: erat autem fames véhemens in Samaría. Vocavítque Achab Abdíam dispensatórem domûs suæ: Abdías autem timébat Dóminum valde. Nam cùm interfíceret Jézabel Prophétas Dómini, tulit ille centum Prophétas, & abscóndit eos quinquagénos & quinquagénos in spelúncis, & pavit eos pane & aquâ. Dixit ergo Achab ad Abdíam: Vade in terram ad univérsos fontes aquárum, & in cunctas valles, si fortè possímus inveníre herbam, & salváre equos & mulos, & non pénitùs ju-

ménta intéreant. Divisérúntque sibi regiónes, ut circuírent eas. Achab ibat per viam unam, & Abdías per viam álteram seórsùm. Cúmque esset Abdías in via, Elías occúrrit ei : qui cùm cognovísset eum, cécidit super fáciem suam, & ait : Num tu es, dómine mi, Elías ? Cui ille respóndit : Ego. Vade, & dic dómino tuo : Adest Elías.

℟. *j*. Fecit Judas malum coram Dómino, & * Irritavérunt eum super ómnibus quæ fécerant patres eórum. 3. *Reg*. 14. 22. ℣. O generátio incrédula & pervérsa! *Matt*. 17. 16. * Irritavérunt.

LECTIO II. *v*. 16. *ad* 21.

ABiit ergo Abdías in occúrsum Achab, & indicávit ei : venítque Achab in occúrsum Elíæ. Et cùm vidísset eum, ait : Túne es ille, qui contúrbas Israël ? Et ille ait : Non ego turbávi Israël, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquístis mandáta Dómini, & secúti estis Baálim. Verúmtamen nunc mitte, & cóngrega ad me univérsum Israël in monte Carméli, & prophétas Baal quadringéntos quinquagínta, prophetásque lucórum quadringéntos qui cómedunt de mensa Jézabel. Misit Achab ad omnes fílios Israël, & congregávit prophétas in monte Carméli. Accédens autem Elías ad omnem populum, ait : Usquequò claudicátis in duas partes ? Si Dóminus est Deus, sequímini eum, si autem Baal, sequímini illum. Et non respóndit ei pópulus verbum.

℟. *ij*. Dixit Elías ad Achab : * Vivit Dóminus Deus Israël in cujus conspéctu sto, si erit annis his ros & plúvia, nisì juxta oris mei verba. 3. *Reg*. 17. 1. ℣. Oratióne orávit Elías ut non plúeret super terram, & non pluit, annos tres & menses sex. *Jac*. 5. 17. * Vivit.

LECTIO III. *v*. 22. *ad* 24.

AIt rursùs Elías ad pópulum : Ego remánsi Prophéta Dómini solus : prophétæ autem Baal quadringénti & quinquagínta viri sunt. Dentur nobis duo boves, & illi éligant sibi bovem unum, & in frusta cædéntes, ponant super ligna, ignem autem non suppónant : & ego fáciam bovem álterum, & impónam super ligna, ignem autem non suppónam. Invocáte nómina deórum vestrórum, & ego invocábo nomen Dómini mei : & Deus qui exaudíerit per ignem, ipse sit Deus. Respóndens omnis pópulus, ait : Optima propositio.

℟. *iij*. Ecce cœli contenebráti sunt, & nubes, & ventus, * Et facta est plúvia grandis. 3. *Reg*. 18. 45. ℣. Rursùm orávit Elías, & cœlum dedit plúviam. *Jac*. 5. 18. * Et facta. Glória. * Et facta.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 25. *De Monasteriis.*

NEminem recípiant Superióres Monasteriórum, aut profitéri ullo modo permíttant, nisì de divína ejus vocatióne perspícua arguménta habúerint, licèt pauciôres futúri sint Religiósi: sancta enim & religiósa paucórum congregátio, quantúmvis magnâ ineptórum hóminum multitúdine, Deo & homínibus accéptior est, & Ecclésiæ utílior.

FERIA QUINTA.

De Libro tértio Regum.

LECTIO I. *c.* 18. *v.* 25. *ad* 28.

DIxit Elías prophétis Baal: Elígite vobis bovem unum, & fácite primi, quia vos plures estis: & invocáte nómina deórum vestrórum, ignémque non supponátis. Qui cùm tulíssent bovem quem déderat eis, fecérunt: & invocábant nomen Baal de manè usque ad merídiem, dicéntes: Baal, exaúdi nos. Et non erat vox, nec qui respondéret: transiliebántque altáre quod fécerant. Cúmque esset jam merídies, illudébat illis Elías, dicens: Clamáte voce majóre: deus enim est, & fórsitàn lóquitur, aut in diversório est, aut in itínere, aut certè dormit, ut excitétur. Clamábant ergo voce magnâ, & incidébant se, juxta ritum suum, cultris & lancéolis, donec perfunderéntur sánguine.

℟. *j.* Accédens Elías ad omnem pópulum, ait: Usquequò claudicátis in duas partes? * Si Dóminus est Deus, sequímini eum. 3. *Reg.* 18. 21. ℣. Nemo servus potest duóbus dóminis servíre. *Luc.* 16. 13. * Si Dóminus.

LECTIO II. *v.* 29. *ad* 35.

POstquàm autem tránsiit merídies, & illis prophetántibus vénerat tempus quo sacrifícium offérri solet, nec audiebátur vox, nec áliquis respondébat, nec attendébat orántes, dixit Elías omni pópulo: Veníte ad me. Et accedénte ad se pópulo, curávit altáre Dómini, quod destrúctum fúerat. Et tulit duódecim lápides juxta númerum tribuum filiórum Jacob, ad quem factus est sermo Dómini, dicens: Israël erit nomen tuum. Et ædificávit de lapídibus altáre in nómine Dómini: fecítque aquædúctum, quasi per duas aratiúnculas in circúitu altáris, & compósuit ligna: divisítque per membra bovem, & pósuit super ligna, & ait: Impléte quátuor hýdrias aquâ, & fúndite super holocaústum, & super ligna. Rursúmque dixit: Etiam secúndò hoc fácite. Qui cùm fecíssent secúndò, ait: Etiam tértiò idípsum fácite. Fe-

ceruntque tértiò, & curré-bant aquæ circùm altáre, & fossa aquædúctûs repléta est.

℟. *ij*. Ait Elías ad pópulum: invocáte nómina deórum vestrórum; & * Ego invocábo nomen Dómini meî: & Deus qui exaudíerit per ignem, ipse sit Deus. 3. *Reg*. 18. 24. ℣. Non debémus æstimáre, auro, aut argénto, aut lápidi sculptúræ artis & cogitatiónis hóminis, Divínum esse símile. *Act*. 17. 29. * Ego.

Lectio III. *v*. 36. *ad* 40.

CUmque jam tempus esset ut offerrétur holocaústum, accédens Elías Prophéta, ait: Dómine Deus Abraham, & Isaac, & Israël, osténde hódie quia tu es Deus Israël, & ego servus tuus, & juxta præcéptum tuum feci ómnia verba hæc. Exaúdi me, Dómine, exaúdi me: ut discat pópulus iste, quia tu es Dóminus Deus, & tu convertísti cor eórum íterùm. Cécidit autem ignis Dómini, & vorávit holocaústum, & ligna, & lápides, púlverem quoque, & aquam quæ erat in aquædúctu lambens. Quod cùm vidísset omnis pópulus, cécidit in fáciem suam, & ait: Dóminus ipse est Deus: Dóminus ipse est Deus. Dixítque Elías ad eos: Apprehéndite prophétas Baal, & ne unus quidem effúgiat ex eis. Quos cùm apprehendíssent, duxit eos Elías ad torréntem Cison, & interfécit eos ibi.

℟. *iij*. Omnis pópulus cécidit in fáciem suam, & ait: * Dóminus ipse est Deus: Dóminus ipse est Deus. 3. *Reg*. 18. 39. ℣. Unus Deus & Pater ómnium, qui est super omnes. *Eph*. 4. 6. * Dóminus. Glória. * Dóminus.

CANON.

Ex Concíliis * Tridentíno & ** Burdigalénsi.

* *Anno* 1563. *Sess*. 25. *Cap*. 2. *De Regular*. & ** 1583. *Tit*. 25. *De Monast*.

NUlli vitam monásticam & regulárem proféssò, tam virórum quàm mulíerum, líceat bona mobília vel immobília, sive suo labóre & indústriâ parta, sive paréntum & amicórum liberalitáte donáta, sive quâlibet áliâ occasióne quæsíta, tanquam própria, aut étiam nómine Convéntûs possidére.

FERIA SEXTA.

De Libro tértio Regum.

Lectio I. *c*. 21. *v*. 1. *ad* 4.

TEmpore illo, vínea erat Naboth Jezrahelítæ, qui erat in Jézrahel, juxta palátium Achab regis Samaríæ. Locútus est ergo Achab ad Naboth, dicens: Da mihi víneam tuam, ut fáciam mihi hortum ólerum, quia vicína est & propè domum meam, dabóque tibi pro ea víneam meliórem. Aut si commó-

dius tibi putas, argénti prétium, quanto digna est. Cui respóndit Naboth: Propítius sit mihi Dóminus, ne dem hæreditátem patrum meórum tibi. Venit ergo Achab in domum suam indígnans, & frendens super verbo quod locútus fúerat ad eum Naboth Jezrahelítes, dicens: Non dabo tibi hæreditátem patrum meórum. Et projíciens se in léctulum suum, avértit fáciem suam ad paríetem, & non comédit panem.

℞. *j.* Fecit, *p.* 371.

LECTIO II. *v.* 7. *ad* 13.

DIxit ergo ad eum Jézabel uxor ejus: Grandis auctoritátis es, & benè regis regnum Israël. Surge, & cómede panem, & æquo ánimo esto, ego dabo tibi víneam Naboth Jezrahelítæ. Scripsit ítaque lítteras ex nómine Achab, & signávit eas ánnulo ejus, & misit ad majóres natu & optimátes, qui erant in civitáte ejus, & habitábant cum Naboth. Litterárum autem hæc erat senténtia: Prædicáte jejúnium, & sedére fácite Naboth inter primos pópuli, & submíttite duos viros fílios Bélial contra eum, & falsum testimónium dicant: Benedíxit Deum & Regem: & edúcite eum, & lapidáte, sícque moriátur. Fecérunt ergo cives ejus majóres natu & optimátes, qui habitábant cum eo in urbe, sicut præcéperat eis Jézabel, & sicut scriptum erat in lítteris quas míserat ad eos. Prædicavérunt jejúnium, & sedére fecérunt Naboth inter primos pópuli. Et addúctis duóbus viris fíliis diáboli, fecérunt eos sedére contra eum: at illi, scílicet ut viri diabólici, dixérunt contra eum testimónium, coram multitúdine: Benedíxit Naboth Deum & Regem: quam ob rem eduxérunt eum extra civitátem, & lapídibus interfecérunt.

℞. *ij.* Dixit, *p.* 371.

LECTIO III. *v.* 17. *ad* 22.

FActus est ígitur sermo Dómini ad Elíam Thesbíten, dicens: Surge, & descénde in occúrsum Achab regis Israël, qui est in Samaría: ecce ad víneam Naboth descéndit, ut possídeat eam. Et loquéris ad eum, dicens: Hæc dicit Dóminus: Occidísti, ínsuper & possedísti. Et post hæc addes: Hæc dicit Dóminus: In loco hoc, in quo linxérunt canes sánguinem Naboth, lambent quoque sánguinem tuum. Et ait Achab ad Elíam: Num invenísti me inimícum tibi? Qui dixit: Invéni, eò quòd venúmdatus sis, ut fáceres malum in conspéctu Dómini. Ecce ego indúcam super te malum, & démetam posterióra tua, & interfíciam de Achab mingéntem ad paríetem, &

clausum & últimum in Isráël. Et dabo domum tuam, sicut domum Jeróboam filii Nabat, & sicut domum Báasa filii Ahía: quia egísti, ut me ad iracúndiam provocáres, & peccáre fecísti Isráël.

℞. *iij*. Ecce, *p*. 371.

C A N O N.

Ex Concíliis * Tridentíno & ** Burdigalénsi.

* *Anno* 1563. *Sess*. 25. *Cap*. 2. *De Regular*. & ** *Anno* 1583. *Tit*. 25. *De Monast*.

CAveant Superióres bona stabília cuíquam Regulári concédere, étiam ad usumfrúctum, vel usum, vel administratiónem, aut commendam. Administrátio autem bonórum Monasteriórum seu Convéntuum, ad solos officiáles eorúmdem, ad nutum Superiórum amovíbiles, pertíneat.

S A B B A T O.

De Libro tértio Regum.

LECTIO I. *c*. 21. *v*. 23. *ad* 27.

DE Jézabel locútus est Dóminus, dicens: Canes cómedent Jézabel in agro Jézrahel. Si mórtuus fúerit Achab in civitáte, cómedent eum canes: si autem mórtuus fúerit in agro, cómedent eum vólucres cœli. Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venúmdatus est ut fáceret malum in conspéctu Dómini. Concitávit enim eum Jézabel uxor sua, & abominábilis factus est, in tantùm ut sequerétur idóla, quæ fécerant Amorrhæi, quos consúmpsit Dóminus à fácie filiórum Israël. Itaque cùm audísset Achab sermónes istos, scidit vestiménta sua, & opéruit cilício carnem suam, jejunavítque & dormívit in sacco, & ambulávit demísso cápite.

Si fiat de Sabbato, duo priora ℞℞. *è Feria V. præced*. p. 372.

LECTIO II. *c*. 22. *v*. 34. *ad* 38.

VIr quidam teténdit arcum, in incértum sagíttam dírigens, & casu percússit Regem Israël, inter pulmónem & stómachum. At ille dixit aurígæ suo: Verte manum tuam, & éjice me de exércitu, quia gráviter vulnerátus sum. Commíssum est ergo prǽlium in die illa, & Rex Israël stabat in curru suo contra Syros, & mórtuus est véspere. Fluébat autem sanguis plagæ in sinum currûs, & præco insónuit in univérso exércitu, ántequàm sol occúmberet, dicens: Unusquísque revertátur in civitátem, & in terram suam. Mórtuus est autem Rex, & perlátus est in Samaríam: sepeliérúntque Regem in Samaría, & lavérunt currum ejus in piscína Samaríæ, & linxérunt canes sánguinem ejus; & habénas lavérunt, juxta

verbum Dómini quod locútus fúerat.

Lectio III. *v. 40. ad 45.*

DOrmívit ergo Achab cum pátribus suis: & regnávit Ochozías fílius ejus pro eo. Jósaphat verò fílius Asa regnáre cœperat super Judam anno quarto Achab regis Israël. Trigínta quinque annórum erat, cùm regnáre cœpísset, & vigínti quinque annis regnávit in Jerúsalem: nomen matris ejus Azuba, fília Sálaï. Et ambulávit in omni via Asa patris sui, & non declinávit ex ea: fecítque, quod rectum erat in conspéctu Dómini. Verúmtamen excélsa non ábstulit: adhuc enim pópulus sacrificábat, & adolébat incénsum in excélsis. Pacémque hábuit Jósaphat cum Rege Israël.

CANON.

Ex Concíliis * Tridentíno & ** Burdigalénsi.

* *Anno* 1563. *Sess.* 25. *Cap.* 4. *De Regular.* & ** *Anno* 1583. *Tit.* 25. *De Monast.*

PRóhibet sancta Sýnodus, ne quis Reguláris, sinè sui Superióris licéntia, Prædicatiónis vel Lectiónis, aut cujúsvis pii óperis prætéxtu, subjíciat se obséquio alicújus Præláti, Príncipis, vel Universitátis, vel Communitátis, aut alicujuscúmque persónæ seu loci.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. * Elías in túrbine tectus est; & in Eliséo complétus est spíritus ejus. *Eccli.* 48. 13.

Oratio, Ecclésiæ tuæ, *infrà, ad Laudes*, p. 381.

DOMINICA XV. POST PENTECOSTEN.

IN I. NOCTURNO.

Incipit Liber quartus Regum.

Lectio I. *c.* 1. *v.* 1. *ad* 4.

PRævaricátus est autem Moab in Israël, postquàm mórtuus est Achab. Cecidítque Ochozías per cancéllos cœnáculi sui, quod habébat in Samaría, & ægrotávit. Misítque núntios, dicens ad eos: Ite, consúlite Beélzebub deum Accaron, utrùm vívere queam de infirmitáte mea hac. Angelus autem Dómini locútus est ad Elíam Thesbíten, dicens, Surge, & ascénde in occúrsum nuntiórum Regis Samaríæ, & dices ad eos: Nunquid non est Deus in Israël, ut eátis ad consuléndum Beélzebub deum Accaron? Quam ob rem hæc dicit Dóminus: De léctulo super quem ascendísti, non descéndes, sed morte moriéris. Et ábiit Elías.

℞. *j.* Amplificátus est Elías in mirabílibus suis: * Et quis potest simíliter sic gloriári tibi? *Eccli.* 48. 4. ℣. Testimónium hábuit placuísse Deo. *Hebr.* 11. 5. * Et quis.

Lectio II. *v.* 5. *ad* 10.

REversíque sunt núntii ad Ochozíam. Qui di-

xit eis: Quare revérsi estis? At illi respondérunt ei: Vir occúrrit nobis, & dixit ad nos: Ite, & revertímini ad Regem qui misit vos, & dicétis ei: Hæc dicit Dóminus: Nunquid, quia non erat Deus in Israël, mittis ut consulátur Beélzebub deus Accaron? Idcírcò de léctulo super quem ascendísti, non descéndes, sed morte moriéris. Qui dixit eis: Cujus figúræ & hábitûs est vir ille qui occúrrit vobis, & locútus est verba hæc? At illi dixérunt: Vir pilósus, & zonâ pelliceâ accínctus rénibus. Qui ait: Elías Thesbítes est. Misítque ad eum Quinquagenárium príncipem, & quinquagínta qui erant sub eo. Qui ascéndit ad eum: sedentíque in vértice montis, ait: Homo Dei, Rex præcépit ut descéndas. Respondénsque Elías, dixit Quinquagenário: Si homo Dei sum, descéndat ignis de cœlo, & dévoret te, & quinquagínta tuos. Descéndit ítaque ignis de cœlo, & devorávit eum, & quinquagínta qui erant cum eo.

℟. *ij*. Elías dixit ad Eliséum: Póstula quod vis ut fáciam tibi, ántequàm tollar à te: * Dixítque Eliséus: Obsecro ut fiat in me duplex spíritus tuus. 4. *Reg.* 2. 9. ℣. Divisiónes gratiárum sunt, idem autem Spíritus. 1. *Cor.* 12. 4. * Dixítque.

Lectio III. *v.* 11. *ad* 17.

Rursúmque misit ad eum príncipem Quinquagenárium álterum, & quinquagínta cum eo. Qui locútus est illi: Homo Dei, hæc dicit Rex: Festína, descénde. Respóndens Elías, ait: Si homo Dei ego sum, descéndat ignis de cœlo, & dévoret te, & quinquagínta tuos. Descéndit ergo ignis de cœlo, & devorávit illum, & quinquagínta ejus. Iterùm misit príncipem Quinquagenárium tértium, & quinquagínta qui erant cum eo. Qui cùm venísset, curvávit génua contra Elíam, & precátus est eum, & ait: Homo Dei, noli despícere ánimam meam, & ánimas servórum tuórum qui mecum sunt. Ecce descéndit ignis de cœlo, & devorávit duos príncipes Quinquagenários primos, & quinquagénos qui cum eis erant: sed nunc óbsecro ut misereáris ánimæ meæ. Locútus est autem Angelus Dómini ad Elíam, dicens: Descénde cum eo, ne tímeas. Surréxit ígitur, & descéndit cum eo ad Regem, & locútus est ei: Hæc dicit Dóminus: Quia misísti núntios ad consuléndum Beélzebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israël, à quo posses interrogáre sermónem, ídeò de léctulo super quem ascendísti, non descéndes, sed morte moriéris. Mor-

tuus est ergo juxta sermónem Dómini, quem locútus est Elías, & regnávit Joram frater ejus pro eo.

℟. *iij.* Cùm pérgerent Elías & Eliséus, & incedéntes sermocinaréntur, * Ecce currus ígneus & equi ígnei divisérunt utrúmque; & ascéndit Elías per túrbinem in cœlum. 4. *Reg.* 2. 11. ℣. Translátus est, ne vidéret mortem. *Hebr.* 11. 5. * Ecce. Glória. * Ecce.

IN II. NOCTURNO.

De Libro Ecclesiástici.

LECTIO IV. *c.* 48. *v.* 1. *ad* 11.

SUrréxit Elías Prophéta, quasi ignis, & verbum ipsíus quasi fácula ardébat. Qui indúxit in illos famem, & irritántes illum invídiâ suâ, pauci facti sunt; non enim póterant sustinére præcépta Dómini. Verbo Dómini contínuit cœlum, & dejécit de cœlo ignem ter: sic amplificátus est Elías in mirabílibus suis. Et quis potest simíliter sic gloriári tibi? Qui sustulísti mórtuum ab ínferis de sorte mortis, in verbo Dómini Dei. Qui dejecísti reges ad perníciem, & confregísti fácilè poténtiam ipsórum, & gloriósos de lecto suo. Qui audis in Sina judícium, & in Horeb judícia defensiónis. Qui ungis reges ad pœniténtiam, & Prophétas facis successóres post te. Qui recéptus es in túrbine ignis, in curru equórum ígneórum. Qui scriptus es in judíciis témporum, leníre iracúndiam Dómini, conciliáre cor patris ad fílium, & restitúere tribus Jacob. Beáti sunt, qui te vidérunt, & in amicítia tua decoráti sunt.

℟. *iv.* Vidéntes fílii prophetárum, qui erant in Jéricho è contrà, dixérunt: * Requiévit spíritus Elíæ super Eliséum. 4. *Reg.* 2. 15. ℣. Operátur unus atque idem Spíritus, dívidens síngulis próut vult. 1. *Cor.* 12. 11. * Requiévit.

LECTIO V. *v.* 13. *ad* 18.

ELías quidem in túrbine tectus est, & in Eliséo complétus est spíritus ejus. In diébus suis non pertímuit príncipem, & poténtiâ nemo vicit illum; nec superávit illum verbum áliquod: & mórtuum prophetávit corpus ejus. In vita sua fecit monstra, & in morte mirabília operátus est. In ómnibus istis non pœnítuit pópulus, & non recessérunt à peccátis suis, usque dum ejécti sunt de terra sua, & dispérsi sunt in omnem terram, & relícta est gens perpaúca, & princeps in domo David. Quidam ipsórum fecérunt quod placéret Deo: álii autem multa commisérunt peccáta.

℟. *v.* Ait Eliséus: * Hæc dicit Dóminus: Sanávi

aquas has; & non erit ultrà in eis mors, neque sterílitas. 4. *Reg.* 2. 21. ℣. Omnia quæcúmque petiéritis in oratióne credéntes, accipiétis. *Matt.* 21. 22. * Hæc dicit.

Lectio VI. *v.* 25. *ad finem*, *&c.* 49. *v.* 1. *ad* 5.

Fecit Ezechías quod plácuit Deo, & fórtiter ivit in via David patris sui, quam mandávit illi Isaías Prophéta magnus & fidélis in conspéctu Dei. In diébus ipsíus retrò rédiit sol, & áddidit Regi vitam. Spíritu magno vidit última, & consolátus est lugéntes in Sion. Usque in sempitérnum osténdit futúra & abscóndita, ántequàm evenírent. Memória Josíæ in compositiónem odóris facta, opus pigmentárii. In omni ore quasi mel indulcábitur ejus memória, & ut música in convívio vini. Ipse est diréctus divínitùs in pœniténtiam gentis, & tulit abominatiónes impietátis. Et gubernávit ad Dóminum cor ipsíus, & in diébus peccatórum corroborávit pietátem. Præter David, & Ezechíam, & Josíam, omnes peccátum commisérunt.

℟. *vj.* Ascéndit Eliséus, & * Incúbuit super púerum mórtuum; & oscitávit puer sépties, aperuítque óculos. 4. *Reg.* 4. 35. ℣. A mórtuis suscitáre potens est Deus, *Hebr.* 11. 19. * Incúbuit. Glória. * Incúbuit.

IN III. NOCTURNO.

Sermo sancti Gregórii Papæ.

Lib. 19. *Moral. Cap.* 6. n. 9. 10.

Lectio VII.

Sancti ipsi, qui sancto sublevánte Spíritu, ad summa rapiúntur, quándiu in hac vita sunt, ne áliquâ elatióne supérbiant, quibúsdam tentatiónibus reprimúntur: ut nequáquam tantùm profícere váleant, quantùm volunt. Sed ne extolléntur supérbiâ, fit in eis ipsárum quædam mensúra virtútum. Hinc est enim quòd Elías, dum tot virtútibus in alta profecísset, quâdam mensúrâ suspénsus est, dum Jézabel póstmodum, quamvis regínam, tamen muliérculam, fugit. Perpéndo hunc miræ virtútis virum ignem de cœlo tráhere, & secúndò Quinquagenários cum suis ómnibus petitióne súbitâ concremáre, verbo cœlos à plúviis claúdere, verbo cœlos ad plúvias aperíre, suscitántem mórtuos, ventúra quæque prævidéntem. Et ecce rursùs ánimo occúrrit, quo pavóre ante unam muliérculam fúgerit. Consídero virum timóre percúlsum, de manu Dei mortem pétere, nec accípere: de manu mulíeris mortem fugiéndo vitáre.

℟. *vij.* Descéndit Náaman, & lavit in Jordáne

sépties, juxta sermónem viri Dei; * Et restitúta est caro ejus, sicut caro púeri párvuli. 4. *Reg.* 5. 14. ℣. Multi leprósi erant in Israël, sub Eliséo Prophéta; & nemo eórum mundátus est, nisì Náaman Syrus. *Luc.* 4. 27. * Et.

LECTIO VIII.

QUærébat enim mortem dum fúgeret, dicens: Súfficit mihi; neque enim mélior sum quàm patres mei. Unde ergo sic potens, ut tot illas virtútes fáciat? Unde sic infirmus, ut ità féminam pertiméscat, nisì quia aquæ appendúntur mensúrâ; ut ipsi sancti Dei hómines, & multùm váleant per poténtiam Dei; & rursùm quâdam mensúrâ moderáti sint per infirmitátem suam? In illis virtútibus Elías, quid de Deo accéperat; in istis infirmitátibus, quid de se esse póterat, agnoscébat. Illa poténtia virtus fuit: ista infírmitas, custos virtútis. In illis virtútibus ostendébat quid accéperat: in istis infirmitátibus, hoc quod accéperat custodiébat. In miráculis monstrabátur Elías: in infirmitáte servabátur.

℟. *viij.* Revérsus ad virum Dei Náaman, cum univérso comitátu suo, venit & stetit coram eo, & ait: * Verè scio quòd non sit álius Deus in univérsa terra, nisì tantùm in Israël. 4. *Reg.* 5. 15. ℣. Non sunt dii qui mánibus fiunt. *Act.* 19. 26. * Verè.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO IX. *c.* 7. *v.* 11. *ad* 16.

Juvenis mortuus suscitatur.

IBat Jesus in civitátem quæ vocátur Naïm: & ibant cum eo discípuli ejus, & turba copiósa. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

Expos. Evang. sec. Luc. Lib. 5. n. 89.

HIc locus ad utrámque redúndat grátiam, ut & citò flecti divínam misericórdiam matris víduæ lamentatióne credámus, ejus præcípuè quæ únici fílii vel labóre, vel morte frangátur. Cui tamen víduæ gravitátis méritum exequiárum turba concíliat: & hanc víduam populórum turbâ septam, plus vidéri esse quàm féminam, quæ resurrectiónem únici adolescéntis fílii sui lácrymis merúerit impetráre; eò quòd sancta Ecclésia pópulum junióren, à pompa fúneris, atque à suprémis sepúlcri suárum révocet ad vitam contemplatióne lacrymárum: quæ flere prohibétur, cùm ei resurréctio debeátur.

℟. *jx.* Deus noster, Deus salvos faciéndi, & * Dómini Dómini éxitus mortis. *Ps.* 67. 21. ℣. Ait Jesus: Adoléscens, tibi dico: Surge

ge; & resédit qui erat mórtuus. *Luc.* 7. 14. 15. * Dómini. Glória. * Dómini.
: Te Deum.
Ad Benedíctus, *Ant.* 5. a. Non despíciet Dóminus preces pupílli, nec víduam, si effúndat loquélam gémitûs. *Eccli.* 35. 17.

Oratio.

ECclésiæ tuæ, Dómine, lácrymas & preces benígnus exaúdi; ut quæ de suórum contristátur spiritáli morte filiórum, de eórum ad grátiæ vitam resurrectióne lætétur; Per Dóm.

CANON.

Ex Concíliis * Tridentíno & ** Burdigalénsi.

* *Anno* 1563. *Sess.* 25. *Cap.* 4. *De Regular.* & ** *Anno* 1583. *Tit.* 25. *De Monast.*

NOn líceat Reguláribus, à suis Convéntibus recédere, nisì fortè à suis Superióribus per lítteras evocáti fúerint aut missi: qui verò sinè prædícto mandáto in scriptis obténto repértus fúerit, ab Ordináriis locórum, tanquàm desértor sui institúti, puniátur.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. Accépit omnes timor, & magnificábant Deum, dicéntes: Quia Prophéta magnus surréxit in nobis. *Luc.* 7. 16.

FERIA SECUNDA.

De Libro quarto Regum.

LECTIO I. *c.* 2. *v.* 5. *ad* 8.

ACcessérunt fílii prophetárum, qui erant in Jéricho, ad Eliséum, & dixérunt ei: Nunquid nosti quia Dóminus hódie tollet dóminum tuum à te? Et ait: Et ego novi: siléte. Dixit autem ei Elías: Sede hîc, quia Dóminus misit me usque ad Jordánem. Qui ait: Vivit Dóminus, & vivit ánima tua, quia non derelínquam te. Iérunt ígitur ambo páriter, & quinquagínta viri de fíliis prophetárum secúti sunt eos, qui & stetérunt è contrà, longè: illi autem ambo stabant super Jordánem. Tulítque Elías pállium suum, & invólvit illud, & percússit aquas, quæ divísæ sunt in utrámque partem, & transiérunt ambo per siccum.

℟. *j.* Amplificátus est, *p.* 376.

LECTIO II. *v.* 9. *ad* 11.

CUmque transíssent, Elías dixit ad Eliséum: Póstula quod vis ut fáciam tibi, ántequàm tollar à te. Dixítque Eliséus: Obsecro ut fiat in me duplex spíritus tuus. Qui respóndit: Rem difficilem postulásti: áttamen si víderis me, quando tollar à te, erit tibi quod petísti: si autem non víderis, non erit. Cúmque pérgerent, & incedéntes sermocinaréntur, ecce currus ígneus, & equi ígnei divisérunt utrúmque: & ascéndit Elías per túrbinem in cœlum.

℟. *ij.* Elías, *p.* 377.

LECTIO III. *v.* 12. *ad* 14.

ELiséus autem vidébat, & clamábat: Pater mi, pater mi, currus Israël, & auriga ejus. Et non vidit eum ámpliùs: apprehendítque vestiménta sua, & scidit illa in duas partes. Et levávit pállium Elíæ, quod cecíderat ei: reversúsque stetit super ripam Jordánis, & pállio Elíæ, quod cecíderat ei, percússit aquas, & non sunt divísæ. Et dixit: Ubi est Deus Elíæ étiam nunc? Percussítque aquas, & divísæ sunt huc atque illuc, & tránsiit Eliséus.

℟. *iij.* Cùm, *p.* 378.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Cap.* 17. *De Monast.* §. 2.

ABbátes, Prióres, & quicúmque ex privilégio usum mitræ & báculi habéntes, nequáquam iis ornaméntis & insígniis uti possint, nisì intra septa Monasteriórum suórum.

FERIA TERTIA.

De Libro quarto Regum.

LECTIO I. *c.* 2. *v.* 15. *ad* 18.

VIdéntes filii prophetárum, qui erant in Jéricho è contrà, dixérunt: Requiévit spíritus Elíæ super Eliséum. Et veniéntes in occúrsum ejus, adoravérunt eum proni in terram, dixerúntque illi: Ecce, cum servis tuis sunt quinquagínta viri fortes, qui possunt ire, & quǽrere dóminum tuum, ne fortè túlerit eum Spíritus Dómini, & projécerit eum in unum móntium, aut in unam vállium. Qui ait: Nolíte míttere. Coëgerúntque eum, donec acquiésceret, & díceret: Míttite. Et misérunt quinquagínta viros; qui cùm quæsíssent tribus diébus, non invenérunt. Et revérsi sunt ad eum: at ille habitábat in Jéricho, & dixit eis: Numquid non dixi vobis: Nolíte míttere?

℟. *j.* Vidéntes, *p.* 378.

LECTIO II. *v.* 19. *ad finem.*

DIxérunt quoque viri civitátis ad Eliséum: Ecce habitátio civitátis hujus óptima est, sicut tu ipse, dómine, pérspicis: sed aquæ péssimæ sunt, & terra stérilis. At ille ait: Afférte mihi vas novum, & míttite in illud sal. Quod cùm attulíssent, egréssus ad fontem aquárum, misit in illum sal, & ait: Hæc dicit Dóminus: Sanávi aquas has, & non erit ultrà in eis mors, neque sterílitas. Sanátæ sunt ergo aquæ usque in diem hanc, juxta verbum Eliséi, quod locútus est. Ascéndit autem inde in Bethel: cúmque ascénderet per viam, púeri parvi egréssi sunt de civitáte, & illudébant ei, dicéntes: Ascénde, calve; ascénde, calve. Qui cùm respexísset, vidit eos, & maledíxit eis in nó-

mine Dómini : egressíque sunt duo ursi de saltu, & laceravérunt ex eis quadragínta duos púeros. Abiit autem inde in montem Carméli, & inde revérsus est in Samaríam.

℟. ℣. Ait, p. 378.

LECTIO III. c. 4. v. 1. ad 7.

MUlier autem quædam de uxóribus prophetárum clamábat ad Eliséum, dicens : Servus tuus vir meus mórtuus est, & tu nosti quia servus tuus fuit timens Dóminum : & ecce créditor venit ut tollat duos filios meos ad serviéndum sibi. Cui dixit Eliséus : Quid vis ut fáciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respóndit : Non hábeo ancílla tua quidquam in domo mea, nisi parùm ólei, quo ungar. Cui ait : Vade, pete mútuò ab ómnibus vicínis tuis vasa vácua non pauca : & ingrédere, & claude óstium tuum, cùm intrínsecùs fúeris tu, & filii tui : & mitte inde in ómnia vasa hæc : & cùm plena fúerint, tolles. Ivit itaque múlier, & clausit óstium super se, & super filios suos : illi offerébant vasa, & illa infundébat. Cúmque plena fuíssent vasa, dixit ad fílium suum : Affer mihi adhuc vas. Et ille respóndit : Non hábeo. Stetítque óleum. Venit autem illa, & indicávit hómini Dei. Et ille : Vade, inquit, vende óleum, & redde creditóri tuo : tu autem, & filii tui vívite de réliquo.

℟. iij. Ascéndit, p. 379.

C A N O N.

Ex Concíliis * Tridentíno & ** Burdigalénsi.

* *Anno 1563. Sess. 25. Cap. 5. De Regular. & ** Anno 1624. Cap. 19. De Monial. §. 1.*

SAncta Sýnodus univérsis Epíscopis, sub obtestatióne divíni judícii, & interminatióne maledictiónis ætérnæ, præcipit, ut in ómnibus Monastériis sibi subjéctis, clausúram Sanctimoniálium, ubi violáta fúerit, diligénter restitui; & ubi inviolata est, consérvari máximè procúrent.

FERIA QUARTA.

De Libro quarto Regum.

LECTIO I. c. 4. v. 8. ad 13.

FActa est quædam dies, & transíbat Eliséus per Sunam : erat autem ibi múlier magna, quæ ténuit eum ut coméderet panem. Cúmque frequénter inde transíret, divertébat ad eam, ut coméderet panem. Quæ dixit ad virum suum : Animadvérto quòd vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequénter. Faciámus ergo ei cœnáculum parvum, & ponámus ei in eo léctulum, & mensam, & sellam & candelábrum, ut cùm vénerit ad nos, máneat ibi. Facta est ergo dies

quædam, & véniens divértit in cœnáculum, & requiévit ibi. Dixítque ad Giézi púerum suum: Voca Sunamítidem istam. Qui cùm vocásset eam, & illa stetísset coram eo, dixit ad púerum suum: Lóquere ad eam: Ecce, sédulè in ómnibus ministrásti nobis, quid vis ut fáciam tibi? Nunquid habes negótium, & vis ut loquar Regi, sive príncipi milítiæ? Quæ respóndit: In médio pópuli mei hábito.

℟. *j.* Descéndit, *p.* 379.

LECTIO II. *v.* 14. *ad* 20.

DIxítque Giézi: Ne quæras: fílium enim non habet, & vir ejus senex est. Præcépit ítaque ut vocáret eam: Quæ cùm vocáta fuísset, & stetísset ante óstium, dixit ad eam: In témpore isto, & in hac eádem hora, si vita comes fúerit, habébis in útero fílium. At illa respóndit: Noli, quæso, dómine mi, vir Dei, noli mentíri ancíllæ tuæ. Et concépit múlier, & péperit fílium, in témpore, & in hora eádem, quâ díxerat Eliséus. Crevit autem puer: & cùm esset quædam dies, & egréssus isset ad patrem suum ad messóres, ait patri suo: Caput meum dóleo, caput meum dóleo. At ille dixit púero: Tolle, & duc eum ad matrem suam. Qui cùm tulísset, & duxísset eum ad matrem suam, pósuit eum illa super génua sua, usque ad merídiem, & mórtuus est.

℟. *ij.* Revérsus, *p.* 380.

LECTIO III. *v.* 25. *ad* 28.

PRoféčta est múlier, & venit ad virum Dei in montem Carméli. Cúmque vidísset eam vir Dei è contrà, ait ad Giézi púerum suum: Ecce Sunamítis illa: vade ergo in occúrsum ejus, & dic ei: Recténe ágitur circa te, & circa virum tuum, & circa fílium tuum? Quæ respóndit: Rectè. Cúmque venísset ad virum Dei in montem, apprehéndit pedes ejus: & accéssit Giézi ut amovéret eam. Et ait homo Dei: Dimítte illam: ánima enim ejus in amaritúdine est, & Dóminus celávit à me, & non indicávit mihi. Quæ dixit illi: Nunquid petívi fílium à dómino meo? Nunquid non dixi tibi: Ne illúdas me?

℟. *iij.* Cùm tetigísset cadáver ossa Eliséi, * Revíxit homo, & stetit super pedes suos. 4. *Reg.* 13. 21. ℣. Quid incredíbile judicátur apud vos, si Deus mórtuos súscitat? *Act.* 26. 8. * Revíxit. Glória. * Revíxit.

CANON.

Ex Concíliis * Tridentíno & ** Burdigalénsi.

* *Anno* 1563. *Sess.* 25. *Cap.* 5. *De Regular.* & ** *Anno* 1624. *Tit.* 19. *De Monial.* §. 2.

NEmini Sanctimoniálium líceat, post professiónem

Snem exíre à Monasté-
étiam ad breve tem-
quocúmque prætéxtu,
ex legítima causa ab
copo approbánda; in-
is quibuscúmque & pri-
giis non obstántibus.

RIA QUINTA.

Libro quarto Regum.

TIO I. c. 4. v. 29.
l 31.

Liséus ait ad Giézi:
Accínge lumbos tuos,
lle báculum meum in
u tua, & vade. Si oc-
erit tibi homo, non sa-
s eum: & si salutáverit
uíspiam, non respón-
illi: & pones báculum
m super fáciem púeri.
ò mater púeri ait: Vi-
Dóminus, & vivit áni-
ua, non dimíttam te.
éxit ergo, & secútus est
. Giézi autem præcésse-
nte eos, & posúerat bá-
m super fáciem púeri,
on erat vox, neque sen-
eversúsque est in occúr-
ejus, & nuntiávit ei,
ns: Non surréxit puer.
. j. Amplificátus, p. 376.

TIO II. v. 32. ad 38.

Igréssus est ergo Eliséus
omum, & ecce puer
uus jacébat in léctulo
. Ingresśúsque clausit
m super se, & super
um: & orávit ad Dó-
m. Et ascéndit, & in-
it super púerum: po-
ue os suum super os
, & óculos suos super
os ejus, & manus suas
r manus ejus: & in-
curvávit se super eum, &
calefácta est caro púeri. At
ille revérsus, deambulávit
in domo, semel huc atque
illuc: & ascéndit, & incú-
buit super eum: & oscitá-
vit puer sépties, aperuít-
que óculos. At ille vocávit
Giézi, & dixit ei: Voca
Sunamítidem hanc. Quæ
vocáta, ingréssa est ad eum.
Qui ait: Tolle fílium tuum.
Venit illa, & córruit ad pe-
des ejus, & adorávit super
terram: tulítque fílium su-
um, & egréssa est. Et Eli-
séus revérsus est in Gálgala.

℟. ij. Elías, p. 377.

LECTIO III. v. 38. ad finem.

Dixit Eliséus uni de púe-
ris suis: Pone ollam
grandem, & coque pulmén-
tum fíliis prophetárum. Et
egréssus est unus in agrum,
ut collígeret herbas agré-
stes; invenítque quasi vi-
tem sylvéstrem, & collégit
ex ea colocýnthidas agri,
& implévit pállium suum:
& revérsus concídit in ol-
lam pulménti: nesciébat
enim quid esset. Infudé-
runt ergo sóciis, ut comé-
derent: cúmque gustássent
de coctióne, clamavérunt,
dicéntes: Mors in olla, vir
Dei: & non potuérunt co-
médere. At ille: Afférte,
inquit, farínam. Cúmque
tulíssent, misit in ollam, &
ait: Infúnde turbæ, ut
cómedant. Et non fuit ám-
pliùs quidquam amaritúdi-
nis in olla. Vir autem qui-

dam venit de Baalsalísa déferens viro Dei panes primitiárum, vigínti panes hordeáceos, & fruméntum novum in pera sua. At ille dixit: Da pópulo, ut cómedat. Respondítque ei minister ejus: Quantum est hoc, ut appónam centum viris? Rursùm ille ait: Da pópulo, ut cómedat: hæc enim dicit Dóminus: Cómedent, & supérerit. Pósuit ítaque coram eis: qui comedérunt, & supérfuit, juxta verbum Dómini.

℟. iij. Cùm, p. 378.

C A N O N.

Ex Concíliis * Tridentíno & ** Burdigalénsi.

* Anno 1563. Sess. 25. Cap. 5. De Regular. & ** Anno 1624. Tit. 19. De Monial. §. 3.

Ingredi intra septa Monastérii némini líceat, cujuscúmque géneris, aut conditiónis, sexûs, vel ætátis fúerit, sinè Epíscopi vel Superióris licéntia in scriptis obténta, sub excommunicatiónis pœna ipso facto incurrénda. Dare autem tantùm Epíscopus vel Supérior licéntiam debet in cásibus necessáriis.

F E R I A S E X T A.

De Libro quarto Regum.

Lectio I. c. 5. v. 1. ad 6.

Naaman princeps milítiæ Regis Sýriæ, erat vir magnus apud dóminum suum, & honorátus: per illum enim dedit Dóminus salútem Sýriæ. Erat autem vir fortis & dives, sed leprósus. Porrò de Sýria egréssi fúerant latrúnculi, & captívam dúxerant de terra Israël puéllam párvulam, quæ erat in obséquio uxóris Náaman. Quæ ait ad dóminam suam: Utinàm fuísset dóminus meus ad Prophétam qui est in Samaría: proféctò curásset eum à lepra quam habet. Ingréssus est ítaque Náaman ad dóminum suum, & nuntiávit ei, dicens: Sic & sic locúta est puélla de terra Israël. Dixítque ei Rex Sýriæ: Vade, & mittam lítteras ad Regem Israël. Qui cùm proféctus esset, & tulísset secum decem talénta argénti, & sex míllia áureos, & decem mutatória vestimentórum, détulit lítteras ad Regem Israël, in hæc verba: Cùm accéperis epístolam hanc, scito quòd míserim ad te Náaman servum meum, ut cures eum à lepra sua.

℟. j. Vidéntes, p. 378.

Lectio II. v. 9. ad 14.

Venit ergo Náaman cum equis & cúrribus, & stetit ad óstium domûs Eliséi. Misítque ad eum Eliséus núntium, dicens: Vade, & laváre sépties in Jordáne, & recípiet sanitátem caro tua, atque mundáberis. Irátus Náaman recedébat, dicens: Putábam quòd egrederétur ad me, & stans invocáret nomen Dómini

Dei sui, & tángeret manu suâ locum lepræ, & curáret me. Nunquid non melióres sunt Abana & Pharphar flúvii Damásci, ómnibus aquis Israël, ut laver in eis, & munder? Cùm ergo vertísset se, & abíret indígnans, accessérunt ad eum servi sui, & locúti sunt ei: Pater, & si rem grandem dixísset tibi Prophéta, certè fácere debúeras: quantò magìs quia nunc dixit tibi: Laváre, & mundáberis? Descéndit, & lavit in Jordáne sépties, juxta sermónem viri Dei, & restitúta est caro ejus, sicut caro púeri párvuli, & mundátus est.

℟. *ij*. Ait, *p.* 378.

LECTIO III. *v.* 15. *ad* 19.

REversúsque ad virum Dei cum univérso comitátu suo, venit, & stetit coram eo, & ait: Verè scio quòd non sit álius Deus in univérsa terra, nisì tantùm in Israël. Obsecro ítaque ut accípias benedictiónem à servo tuo. At ille respóndit: Vivit Dóminus ante quem sto, quia non accípiam. Cúmque vim fáceret, pénitùs non acquiévit. Dixítque Náaman: Ut vis: sed, óbsecro, concéde mihi servo tuo, ut tollam onus duórum burdónum de terra: non enim fáciet ultrà servus tuus holocaústum aut víctimam diis aliénis, nisì Dómino. Hoc autem solum est, de quo deprecéris Dóminum pro servo tuo, quando ingrediétur dóminus meus templum Remmon, ut adóret, & illo innisénte super manum meam, si adoráv ero in templo Remmon, adoránte eo in eódem loco, ut ignóscat mihi Dóminus servo tuo pro hac re. Qui dixit ei: Vade in pace. Abiit ergo ab eo, elécto terræ témpore.

℟. *iij*. Ascéndit, *p.* 379.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Tit.* 19. *De Monial.* §. 4.

STatúimus atque decérnimus, ut puélla non antè professiónem emíttat, quàm exploráverit Epíscopus, aut quivis álius ab eo deputátus, vírginis voluntátem; an coácta, an sedúcta sit, an sciat quid agat.

SABBATO.

De Libro quarto Regum.

LECTIO I. *c.* 5. *v.* 20. *ad* 22.

DIxit Giézi puer viri Dei: Pepércit dóminus meus Náaman Syro isti, ut non accíperet ab eo quæ áttulit: vivit Dóminus, quia curram post eum, & accípiam ab eo áliquid. Et secútus est Giézi post tergum Náaman. Quem cùm vidísset ille curréntem ad se, desíliit de curru in occúrsum ejus, & ait: Recténe sunt ómnia? Et ille ait: Rectè. Dóminus meus misit me ad te,

dicens: Modò venérunt ad me duo adolescéntes de monte Ephraïm, ex filiis prophetárum: da eis taléntum argénti, & vestes mutatórias dúplices.

Si fiat de Sabbato, duo priora ℟℟. è III. Noct. Dom. præced.

LECTIO II. *v.* 23. *ad* 24.

DIxítque Náaman: Mélius est ut accípias duo talénta. Et coégit eum, ligavítque duo talénta argénti in duóbus saccis, & duplícia vestiménta, & impósuit duóbus púeris suis, qui & portavérunt coram eo. Cúmque veníffet jam vésperi, tulit de manu eórum; & repósuit in domo, dimisítque viros, & abiérunt.

LECTIO III. *v.* 25. *ad finem.*

IPse autem ingréssus, stetit coram dómino suo. Et dixit Eliséus: Unde venis, Giézi? Qui respóndit: Non ivit servus tuus quóquam. At ille ait: Nónne cor meum in præsénti erat, quando revérsus est homo de curru suo in occúrsum tuî? Nunc ígitur accepísti argéntum, & accepísti vestes, ut emas olivéta, & víneas, & oves, & boves, & servos, & ancíllas. Sed & lepra Náaman adhærébit tibi & sémini tuo, usque in sempitérnum. Et egréssus est ab eo leprósus quasi nix.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1624. *Tit.* 19. *De Monial.* §. 4.

NE puélla intra septa Monastérii reclúsa, voluntátem minùs decláret; ex Monastério egréssa, coram altári Ecclésiæ præcípuo audiátur, & si persevéret, clausúram statim répetat.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *F.* Nóluit Dóminus dispérdere domum David, propter pactum quod iníerat cum eo. 2. *Par.* 21. 7.

Oratio, Omnípotens, *infrà, ad Laudes*, p. 393.

DOMINICA XVI. POST PENTECOSTEN.

IN I. NOCTURNO.

De Libro quarto Regum.

LECTIO I. *c.* 6. *v.* 24. *ad* 29.

FActum est post hæc, congregávit Bénadad rex Sýriæ univérsum exércitum suum, & ascéndit, & obsidébat Samaríam. Fáctaque est fames magna in Samaría: & tándiu obséssa est, donec venumdarétur caput ásini octogínta argénteis, & quarta pars cabi stércoris columbárum quinque argénteis. Cúmque Rex Israël transíret per murum, múlier quædam exclamávit ad eum, dicens: Salva me, dómine mi Rex. Qui ait: Non te salvat Dóminus: unde te possum salváre? de área, vel de torculári? Dixítque ad eam Rex: Quid tibi vis? Quæ

respóndit: Múlier ista dixit mihi: Da fílium tuum, ut comedámus eum hódie, & fílium meum comedémus cras. Cóximus ergo fílium meum, & comédimus. Dixíque ei die álterâ: Da fílium tuum, ut comedámus eum. Quæ abscóndit fílium suum.

℟. *j*. Amplificátus est Elías in mirabílibus suis: * Et quis potest simíliter sic gloriári tibi? *Eccli*. 48. 4. ℣. Testimónium hábuit placuísse Deo. *Hebr*. 11. 5. * Et.

LECTIO II. *v*. 30. *ad finem*.

QUod cùm audísset Rex, scidit vestiménta sua, & transíbat per murum. Vidítque omnis pópulus cilícium quo vestítus erat ad carnem intrínsecùs. Et ait Rex: Hæc mihi fáciat Deus, & hæc addat, si stéterit caput Eliséi fílii Saphat super ipsum hódie. Eliséus autem sedébat in domo sua, & senes sedébant cum eo. Præmísit ítaque virum: & ántequàm veníret núntius ille, dixit ad senes: Nunquid scitis quòd míserit fílius homicídæ hic, ut præcidátur caput meum? Vidéte ergo, cùm vénerit núntius, claúdite óstium, & non sinátis eum introíre: ecce enim sónitus pedum dómini ejus post eum est. Adhuc illo loquénte eis, appáruit núntius qui veniébat ad eum. Et ait: Ecce tantum malum à Dómino est: quid ámpliùs expectábo à Dómino?

℟. *ij*. Elías dixit ad Eliséum: Póstula quod vis ut fáciam tibi, ántequàm tollar à te: * Dixítque Eliséus: Obsecro ut fiat in me duplex spíritus tuus. 4. *Reg*. 2. 9. ℣. Divisiónes gratiárum sunt, idem autem Spíritus. 1. *Cor*. 12. 4. * Dixítque.

LECTIO III. *c*. 7. *v*. 1. *ad* 2.

DIxit autem Eliséus: Audíte verbum Dómini: Hæc dicit Dóminus: In témpore hoc cras módius símilæ uno statére erit, & duo módii hórdei statére uno, in porta Samaríæ. Respóndens unus de dúcibus super cujus manum Rex incumbébat, hómini Dei, ait: Si Dóminus fécerit étiam cataráctas in cœlo, nunquid póterit esse quod lóqueris? Qui ait: Vidébis óculis tuis, & inde non cómedes.

℟. *iij*. Cùm pérgerent Elías & Eliséus, & incedéntes sermocinaréntur, * Ecce currus ígneus & equi ígnei divisérunt utrúmque; & ascéndit Elías per túrbinem in cœlum. 4. *Reg*. 2. 11. ℣. Translátus est, ne vidéret mortem. *Hebr*. 11. 5. * Ecce. Glória. * Ecce.

IN II. NOCTURNO

De Libro Ecclesiástici.

LECTIO IV. *c*. 34. *v*. 14. *ad* 20.

SPíritus timéntium Deum quæritur, & in res-

péctu illíus benedicétur. Spes enim illórum in salvántem illos, & óculi Dei in diligéntes se. Qui timet Dóminum nihil trepidábit, & non pavébit: quóniam ipse est spes ejus. Timéntis Dóminum beáta est ánima ejus. Ad quem réspicit, & quis est fortitúdo ejus? Oculi Dómini super timéntes eum, protéctor poténtiæ, firmaméntum virtútis, tégimen ardóris, & umbráculum meridiáni, deprecátio offensiónis, & adjutórium casûs, exáltans ánimam, & illúminans óculos, dans sanitátem, & vitam, & benedictiónem.

℟. iv. Vidéntes filii prophetárum, qui erant in Jéricho è contrà, dixérunt: * Requiévit Spíritus Elíæ super Eliséum. 4. *Reg.* 2. 15. ℣. Operátur unus atque idem Spíritus, dívidens síngulis próut vult. 1. *Cor.* 12. 11. * Requiévit.

LECTIO V. *c.* 37. *v.* 15. *ad* 20.

CUm viro sancto assíduus esto, quemcúmque cognóveris observántem timórem Dei, cujus ánima est secúndùm ánimam tuam: & qui, cùm titubáveris in ténebris, condolébit tibi. Cor boni consílii státue tecum: non est enim tibi áliud pluris illo. Anima viri sancti enúntiat aliquándo vera, quàm septem circumspectóres sedéntes in excélso ad speculándum. Et in his ómnibus deprecáre Altíssimum, ut dírigat in veritáte viam tuam. Ante ómnia ópera, verbum verax præcédat te, & ante omnem actum, consílium stábile.

℟. v. Ait Eliséus: * Hæc dicit Dóminus: Sanávi aquas has; & non erit ultrà in eis mors, neque stérílitas. 4. *Reg.* 2. 21. ℣. Omnia quæcúmque petiéritis in oratióne credéntes, accipiétis. *Matt.* 21. 22. * Hæc dicit.

LECTIO VI. *v.* 25. *ad finem.*

EST sápiens, ánimæ suæ sápiens: & fructus sensûs illíus laudábilis. Vir sápiens plebem suam érudit, & fructus sensûs illíus fidéles sunt. Vir sápiens implébitur benedictiónibus, & vidéntes illum laudábunt. Vita viri in número diérum: dies autem Israël innumerábiles sunt. Sápiens in pópulo hæreditábit honórem, & nomen illíus erit vivens in ætérnum. Fili, in vita tua tenta ánimam tuam: & si fúerit nequam, non des illi potestátem: non enim ómnia ómnibus expédiunt, & non omni ánimæ omne genus placet. Noli ávidus esse in omni epulatióne, & non te effúndas super omnem escam: in multis enim escis erit infírmitas, & avíditas appropinquábit usque ad chóleram. Prop-

ter crápulam multi obiérunt: qui autem ábstinens est, adjíciet vitam.

℟. vj. Ascéndit Eliséus, & * Incúbuit super púerum mórtuum; & oscitávit puer sépties, aperuítque óculos. 4. *Reg.* 4. 35. ℣. A mórtuis suscitáre potens est Deus. *Hebr.* 11. 19. * Incúbuit. Glória. * Incúbuit.

IN III. NOCTURNO.

Sermo sancti Cæsárii Arelaténsis Epíscopi.

Serm. 2. *De Elis. in append. apud August. Serm.* 42. n. 6.

LECTIO VII.

AUdívimus quòd dum beátus Eliséus transíret per Sunam, quædam múlier magna suscéperit eum, & díxerit ad virum suum: Animadvérto quòd homo iste vir Dei sit: faciámus illi cœnáculum, & ponámus ei in eo lectum, mensam, sellam, & candelábrum; ut quando vénerit, máneat ibi. Et múlier illa stérilis erat: sed oránte Eliséo, génuit fílium. Sic & Ecclésia, ántequàm Christus veníret, stérilis fuit. Et sicut illa, oránte Eliséo, génuit fílium; ità & Ecclésia, veniénte ad se Christo, génuit pópulum Christiánum. Sed fílius mulíeris illíus, dum Eliséus absens esset, mórtuus est: sic & fílius Ecclésiæ, hoc est, pópulus Géntium, ántequàm Christus veníret, peccátis mórtuus erat. Descendénte de monte Eliséo, fílius víduæ huic vitæ rédditur: descendénte de cœlo Christo, fílius Ecclésiæ, id est, pópulus Géntium suscitátur. Sed hoc quáliter factum sit, videámus.

℟. vij. Descéndit Náaman, & lavit in Jordáne sépties, juxta sermónem viri Dei; * Et restitúta est caro ejus, sicut caro púeri párvuli. 4. *Reg.* 5. 14. ℣. Multi leprósi erant in Israël, sub Eliséo Prophéta; & nemo eórum mundátus est, nisì Náaman Syrus. *Luc.* 4. 27. * Et.

LECTIO VIII. n. 7.

MOrtuo enim fílio suo, múlier illa ábiit, & vestígiis se sancti Eliséi prostrávit. Beátus verò Eliséus dedit báculum suum púero, & dixit ad eum: Vade, & mitte báculum meum super fáciem púeri. Si te salutáverit homo, non resalútes eum. Hoc loco, fratres, vidéte, ne alícui subrépat ímpia cogitátio, & dicat quòd augúrium beátus Eliséus observáre volúerit; & ídeò jússerit púero suo, ut salutántem se in via non resalutáret. Frequénter hoc in Scriptúris légimus: sed pro celeritáte est dictum, non pro áliqua supérflua & sacrílega observatióne præcéptum. Abiit ergo puer, & misit báculum super fáciem púeri; & pénitùs non surréxit. Opus

erat ut qui báculum míserat, ipse descénderet. Báculus sinè Eliséo nihil valébat: quia crux sinè Christo nihil póterat. Inclinávit se Eliséus, ut púerum resuscitáret: humiliávit se Christus, ut mundum in peccátis jacéntem erígeret. Quia párvuli erámus, párvulum se fecit: quia mórtui jacebámus, pius se médicus inclinávit. Quia & revérâ, fratres, nemo potest jacéntem erígere, si se nolúerit inclináre.

℟. *viij.* Revérsus ad virum Dei Náaman, cum univérso comitátu suo, venit & stetit coram eo, & ait: * Verè scio quòd non sit álius Deus in univérsa terra, nisi tantùm in Israël. 4. *Reg.* 5. 15. ℣. Non sunt dii qui mánibus fiunt. *Act.* 19. 26. * Verè.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO IX. *c.* 14. *v.* 1. *ad* 11.

Hydropicus Sabbato sanatus.

CUm intráret Jesus in domum cujúsdam príncipis Pharisæórum Sábbato manducáre panem, & ipsi observábant eum. Et réliqua.

Homília sancti Bernárdi Abbátis.

Serm. 37. *in Cantic.* n. 7.

NOli te, homo, comparáre majóribus, noli minóribus, noli aliquíbus, noli uni. Quid scis enim, ô homo! si unus ille, quem fortè ómnium vilíssimum atque misérrimum réputas, cujus vitam sceleratíssimam ac singuláriter fœdíssimam horres, & proptéreà illum putas spernéndum, non modò præ te, qui fortè jam sóbriè, & justè, & piè vívere te confídis, sed étiam præ cæteris ómnibus scelerátis, tanquàm ómnium sceleratíssimum: Quid scis, inquam, si mélior & te, & illis, mutatióne déxteræ Excélsi, in se quidem futúrus sit, in Deo verò jam sit? Et proptéreà non mediocrem, non vel penúltimum, non ipsum saltèm inter novíssimos elígere locum nos vóluit. Sed, Recúmbe, inquit, in novíssimo loco: ut solus vidélicet ómnium novíssimus sédeas, téque némini, non dico, præpónas, sed nec comparáre præsúmas.

℟. *jx.* In loco magnórum ne stéteris; * Mélius est enim ut dicátur tibi: Ascénde huc, quàm ut humiliéris. *Prov.* 25. 6. 7. ℣. Cùm vocátus fúeris, vade, recúmbe in novíssimo loco. *Luc.* 14. 10. * Mélius. Glória. * Mélius.

Te Deum.

Ad Benedíctus, *Ant.* 6. F. Qui gloriátur, in Dómino gloriétur; non enim qui seípsum comméndat, ille probátus est, sed quem Deus comméndat. 2. *Cor.* 10. 17. 18.

Oratio.

Mnípotens sempitérne
Deus, qui supérbis re-
, & grátiam præstas
.ibus; tríbue, quæsu-
ut non indignatió-
uam provocémus elá-
d propitiatiónis tuæ
nus dona, subjécti;
ɔóminum.

C A N O N.

oncílio Burdigalénsi.
ɔ 1624. *Tit.* 19. *De*
Monial. §. 5.
Nathémati subjícimus
mnes & síngulas per-
, cujuscúmque quali-
vel conditiónis fúe-
tam Cléricos quàm
, seculáres vel regu-
atque étiam quâlibet
áte fulgéntes, si quo-
cúmque coégerint áli-
vírginem, vel víduā,
iam quamcúmque mu-
ı invítam, prætér-
in cásibus in jure ex-
, ad ingrediéndum
stérium, vel ad sus-
dum hábitum cujus-
ue Religiónis, vel ad
éndam Professiónem.
Magníficat, *Ant.* 7. d.
s qui se exáltat, hu-
bitur; & qui se humí-
exaltábitur. *Luc.* 14.

IA SECUNDA.
ibro quarto Regum.
r I O I. *c.* 7. *v.* 3. *ad* 7.
Quátuor viri erant le-
próſi juxta intróitum
portæ: qui dixérunt
ricem: Quid hîc esse
nus donec moriámur?
Sive íngredi voluérimus ci-
vitátem, fame moriémur:
sive mansérimus hîc, mo-
riéndum nobis est. Veníte
ergo, & transfugiámus ad
castra Sýriæ. Si pepércerint
nobis, vivémus: si autem oc-
cídere volúerint, nihilómi-
nùs moriémur. Surrexérunt
ergo vésperi, ut venírent ad
castra Sýriæ. Cúmque ve-
nissent ad princípium ca-
strórum Sýriæ, nullum ibí-
dem reperérunt. Síquidem
Dóminus sónitum audíri
fécerat in castris Sýriæ,
cúrruum, & equórum, &
exércitûs plúrimi: dixe-
rúntque ad ínvicem: Ecce
mercéde condúxit advér-
sùm nos Rex Israël reges
Hethæórum & Ægyptió-
rum, & venérunt super
nos. Surrexérunt ergo, &
fugérunt in ténebris.

℟. *j.* Amplificátus est
Elías in mirabílibus suis:
* Et quis potest símiliter sic
gloriári tibi? *Eccli.* 48. 4.
℣. Testimónium hábuit pla-
cuísse Deo. *Hebr.* 11. 5. *
Et quis.

Lectio II. *v.* 10. *ad* 15.

CUmque veníssent lepró-
si ad portam civitátis,
narravérunt eis, dicéntes:
Ivimus ad castra Sýriæ, &
nullum ibídem repérimus
hóminem, nisì equos &
ásinos alligátos, & fixa
tentória. Iérunt ergo por-
tárii, & nuntiavérunt in
palátio Regis intrínsecùs.
Qui surréxit nocte, & ait
ad servos suos: Dico vo-

bis quid fécerint nobis Syri: Sciunt quia fame laborámus, & idcircò egréssi sunt de castris, & látitant in agris, dicéntes: Cùm egréssi fúerint de civitáte, capiémus eos vivos, & tunc civitátem íngredi potérimus. Respóndit autem unus servórum ejus: Tollámus quinque equos, qui remansérunt in urbe, (quia ipsi tantùm sunt in univérsa multitúdine Israël, álii enim consúmpti sunt,) & mitténtes, exploráre potérimus. Adduxérunt ergo duos equos, misítque Rex in castra Syrórum, dicens: Ite, & vidéte. Qui abiérunt post eos usque ad Jordánem. Ecce autem omnis via plena erat véstibus & vasis, quæ projécerant Syri, cùm turbaréntur: reversíque núntii indicavérunt Regi.

℟. *ij*. Elías dixit ad Eliséum: Póstula quod vis ut fáciam tibi, ántequàm tollar à te: * Dixítque Eliséus: Obsecro ut fiat in me duplex spíritus tuus. 4. *Reg*. 2. 9. ℣. Divisiónes gratiárum sunt, idem autem Spíritus. 1. *Cor*. 12. 4. * Dixítque.

LECTIO III. *v. 16. ad finem*.

ET egréssus pópulus dirípuit castra Syriæ: factúsque est módius símilæ statére uno, & duo módii hórdei statére uno, juxta verbum Dómini. Porrò Rex ducem illum in cujus manu incumbébat, constítuit ad portam: quem conculcávit turba in intróitu portæ, & mórtuus est, juxta quod locútus fúerat vir Dei, quando descénderat Rex ad eum. Factúmque est secúndùm sermónem viri Dei, quem díxerat Regi, quando ait: Duo módii hórdei statére uno erunt, & módius símilæ statére uno, hoc eódem témpore cras in porta Samaríæ: quando respónderat dux ille viro Dei, & díxerat: Etiámsi Dóminus fécerit cataráctas in cœlo, nunquid póterit fieri quod lóqueris? Et dixit ei: Vidébis óculis tuis, & inde non cómedes. Evénit ergo ei sicut prædíctum fúerat, & conculcávit eum pópulus in porta, & mórtuus est.

℟. *iij*. Cùm pérgerent Elías & Eliséus, & incedéntes sermocinaréntur, * Ecce currus ígneus & equi ígnei divisérunt utrúmque; & ascéndit Elías per túrbinem in cœlum. 4. *Reg*. 2. 11. ℣. Translátus est, ne vidéret mortem. *Hebr*. 11. 5. * Ecce. Glória. * Ecce.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi, *Anno* 1624. *Tit*. 19. *De Monial*. §. 5.

EX sacris Concíliis, anathémati subjícimus eos qui sanctam vírginum vel aliárum mulíerum voluntátem, veli accipiéndi, vel voti emittendi, quoquo mo-

do, sinè justa causa, impedíerint.

FERIA TERTIA.

De Libro quarto Regum.

LECTIO I. *c.* 9. *v.* 1. *ad* 3.

ELiséus Prophétes vocávit unum de filiis prophetárum, & ait illi: Accínge lumbos tuos, & tolle lentículam ólei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Gálaad. Cúmque véneris illuc, vidébis Jehu fílium Jósaphat filii Namsi: & ingréssus suscitábis eum de médio fratrum suórum, & introdúces in intérius cubículum. Tenénsque lentículam ólei, fundes super caput ejus, & dices: Hæc dicit Dóminus: Unxi te Regem super Israël. Aperiésque óstium, & fúgies, & non ibi subsístes.

℟. *j.* Vidéntes filii prophetárum, qui erant in Jérícho è contrà, dixérunt: * Requiévit Spíritus Elíæ super Eliséum. 4. *Reg.* 2. 15. ℣. Operátur unus atque idem Spíritus, dívidens síngulis próut vult. 1. *Cor.* 12. 11. * Requiévit.

LECTIO II. *v.* 4. *ad* 10.

ABiit ergo adoléscens puer Prophétæ in Ramoth Gálaad, & ingréssus est illuc. Ecce autem príncipes exércitûs sedébant, & ait: Verbum mihi ad te, ô princeps. Dixítque Jehu: Ad quem ex ómnibus nobis? At ille dixit: Ad te, ô princeps. Et surréxit, & ingréssus est cubículum. At ille fudit óleum super caput ejus, & ait: Hæc dicit Dóminus Deus Israël: Unxi te Regem super pópulum Dómini Israël, & percúties domum Achab dómini tui, & ulcíscar sánguinem servórum meórum Prophetárum, & sánguinem ómnium servórum Dómini, de manu Jézabel. Perdámque omnem domum Achab: & interfíciam de Achab mingéntem ad paríetem, & clausum, & novíssimum in Israël. Et dabo domum Achab, sicut domum Jeróboam filii Nabat, & sicut domum Báasa filii Ahía. Jézabel quoque cómedent canes in agro Jézrahel, nec erit qui sepéliat eam. Aperuítque óstium, & fugit.

℟. *ij.* Ait Eliséus: * Hæc dicit Dóminus: Sanávi aquas has; & non erit ultrà in eis mors, neque stérilitas. 4. *Reg.* 2. 21. ℣. Omnia quæcúmque petiéritis in oratióne credéntes, accipiétis. *Matt.* 21. 22. * Hæc dicit.

LECTIO III. *v.* 11. *ad* 13.

JEhu autem egréssus est ad servos dómini sui, qui dixérunt ei: Recténe sunt ómnia? quid venit insánus iste ad te? Qui ait eis: Nostis hóminem, & quid locútus sit. At illi respondérunt: Falsum est; sed magìs narra nobis. Qui

ait eis : Hæc & hæc locútus est mihi, & ait : Hæc dicit Dóminus : Unxi te Regem super Israël. Festinavérunt ítaque, & unusquísque tollens pállium suum, posuérunt sub pédibus ejus, in similitúdinem tribunális, & cecinérunt tubâ, atque dixérunt : Regnávit Jehu.

℟. *iij.* Ascéndit Eliséus, & * Incúbuit super púerum mórtuum ; & oscitávit puer sépties, aperuítque óculos. 4. *Reg.* 4. 35.
℣. A mórtuis suscitáre potens est Deus. *Hebr.* 11. 19. * Incúbuit. Glória. * Incúbuit.

CANON.

Ex Concílio Burdigalénsi. *Anno* 1583. *Tit.* 26. *De Reb. Eccles. non alienand.*

PEcúlium Christi sunt bona Ecclésiæ, Epíscopis, Sacerdótibus, & Cléricis, cùm ad honéstum eórum vitæ subsídium, & spirituális sumptum ministérii, tum ad paúperum aliméntum atque sustentatiónem trádita, quæ proptéreà sinè summo scélere & detestándo sacrilégii crímine, alienári non possunt.



PROPRIUM SANCTORUM.

PARS ÆSTIVA.

FESTA MAII.

DIE XIX.
IN FESTO
SANCTI CŒLESTINI,
Papæ.
Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Pontificis, p. xxiij. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.
Ex variis Historicis Ecclesiasticis.

CŒlestínus quintus, Petrus de Muróne ante Pontificátum appellátus, piis paréntibus ex Apúlia oriúndus, à téneris annis desérta pétiit. Tanta fuit ejus vitæ aspéritas, ut dies ferè noctésque, ánimum oratiónibus, & legéndo Psaltério inténderet: & jejúniis, labóre mánuum ac cilício, adhíbitâ étiam caténâ férreâ, corpus domáret. Cúmque multi ad eum tantæ sanctitátis famâ permóti confluérent, congregatiónem Cœlestinórum sub régula sancti Benedícti, statútis étiam arctióribus áddítis, instítuit. Post mortẽ Nicolái quarti, cùm Sedes Apostólica biénnio & ampliùs vacásset, ad Pontificátum promótus est: cui se dignitáti ímparem exístimans, post sex círciter menses eam abdicávit, ut rerum divinárum contemplatióni libériùs vacáret. Cúmque desérta repéteret, deténtus & in custódiam missus, patiéntiæ corónam felíci morte proméruit, anno ætátis octogésimo quarto. Quem miráculis conspícuum Clemens quintus Sanctórum número ascrípsit.

Oratio, Dírige, *p.* xxviij.

Ad Vesperas, *Comm. de S. Austregisilo.*

Ant. Ipsum, ℣. Beátus, *p.* xxiv. *Oratio*, Da Ecclésiæ, *p.* xxviij.

DIE XX.
IN FESTO
S. AUSTREGISILI,
Bituricensis Episcopi.
Simplex.

Omnia de Communi unius

S. Pontificis, p. xxiij. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

Ex ejus vita apud Bolland. & Mabill.

AUstregisílus Biturígibus natus, Guntrámni regis Mappárius, oblátis dívitis puéllæ núptiis, castitátem ad quam se vocátum sentiébat, prætulit. Aúlicæ vitæ magìs ac magìs pertæsus perículis, magísque ac magìs oratiónis, abstinéntiæ, & erga paúperes misericórdiæ amóre succénsus, Aunáriū Autissiodorénsem ádiit, à quo Subdiáconus ordinátus est. Pósteà ab Æthério Lugdunénsi, Présbyter, ac sancti Nicétii Abbas creátus, & post Appollináris mortem, à Clero & pópulo Bituricénsi expetítus, consecrátus fuit Epíscopus, anno sexcentésimo duodécimo. Hanc sedem annis duódecim administrávit, virtútum ómnium splendóre præfúlgens. Servi sui sanctitátem multis Deus miráculis declarávit, & ante & post illíus óbitum. Sepúltus est in Ecclésia suburbána, quæ pósteà illíus nómine insignita est.

Oratio, Da Ecclésiæ, *p.* xxviij.

DIE XXIII.

IN FESTO

S. DESIDERII,

Lingonensis Episcopi & Martyris.

Simplex.

Omnia de Communi unius Martyris, p. ix. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

Ex Warnhario apud Bollandum.

QUo témpore Bárbari ab extréma Germánia profécti, transácto Rheno, per Gállias hostíliter grassabántur, sedébat Língonis Desidérius Epíscopus. Illi, váriis provínciis igne ferróque vastátis, Língonas óbsident. Cùm vidéret autem sanctus Præsul urbem premi, & Bárbaros extréma quæque cívibus minitári, assúmptis secum Cleri & pópuli primóribus, ex urbe egréditur, hostílis exércitûs ducem pro suis rogatúrus. At bárbarus nihil venerándi senis dignitáte ac précibus motus, eum extémplò cum suis trucidári jubet. Ille pro créditis sibi óvibus ultrò caput objíciens, gládio percússus migrávit ad Christum. Sancti Mártyris cultus longè latéque per Gállias propagátus est, & sub ejus nómine Ecclésia Parochiális in urbe Pictaviénsi dicáta.

Oratio, Omnípotens, *p.* xiv.

DIE XXIV.

IN FESTO

SS. DONATIANI ET ROGATIANI,

Nannet. Martyrum.

Simplex.

Omnia de Communi plurium Martyrum, p. xvj. *additis quæ sequuntur.*

Lectio III.

Ex eorum Act. apud Boll.

DOnatiánus & Rogatiánus fratres, Nannétis in Aremórica, propter Christi Religiónem, in persecutióne Diocletiáni & Maximiáni comprehénsi sunt: ille ætáte minor, ac jam baptizátus: hic natu major & catechúmenus tantùm. Quare Donatiánus, postquàm interrogátus, Christiánum se coram Prǽside conféssus est, statim convíctus desértæ religiönis públicæ, in cárcerem conjícitur. Rogatiánus verò blandítiis & illécebris tentátur, ne à deórum cultu témerè recéderet, aut baptísma Christianórum expéteret. Sed cùm Prǽsidi in utróque consentíre constánter recusáret, in eámdem custódiam cum fratre detrúsus est. Cùm ambo postrídie ante Prǽsidem dedúcti essent, & à Christi confessióne divélli nequírent, eódem jubénte, in catásta equúlei suspénsi, crudéliter laniáti sunt: sed nihilóminùs Christum intrépidè confiténtes, lánceâ militári perfóssi, tandem cæsis capítibus, Martýrium consummavérunt.

Oratio, Exaúdi nos, *p.* xx.

Die XXVIII.

In Festo

S. GERMANI, Parisiensis Episcopi.

Simplex.

Omnia de Communi unius S. Pontificis, p. xxiij. *additis quæ sequuntur.*

Lectio III.

Ex S. Fortun. Pictav. in ipsius vita.

GErmánus, in território Æduénsi natus, in lítteris & pietáte à pueritia educátus est. Présbyter ordinátus, factus est primùm Abbas sancti Symphoriáni Augustodunénsis, deínde Parisiénsis Epíscopus. Nihil remísit in Episcopátu de vitæ austeritáte, quam in monastério égerat. Mira ejus in paúperes beneficéntia fuit, Childebérto ex régio ærário ingéntes ei pecúnias ad pias largitiónes subministránte, quem apud Cellas in pago Melodunénsi ægrotántem sanitáti restítuit: unde ipsam villam Rex in hujúsce miráculi memóriam Ecclésiæ Parisiénsi donávit. Calibértum reprehéndit, qui uxóris sorórem dúxerat, eíque Sacris interdíxit. Sedit in Concíliis Parisiénsibus tértio & quarto, & in Turonénsi secúndo, in quo, datâ cum astántibus Epíscopis ad sanctam Radegúndem Epístolâ, Monastérii sanctæ Crucis Pictaviénsis institúta confirmávit ac impénsè laudávit. Parísiis tandem, méritis clarus & prodígiis, prænuntiáto mortis die, in pace quiévit, ferè octogenárius; & in Basílica sancti Vincéntii, quæ nunc sancti

Germáni à Pratis, ab ejus nómine dícitur, sepúltus est.

Oratio, Da Ecclésiæ, *p.* xxviij.

DIE XXIX.

IN FESTO

SANCTI MAXIMINI,

Trevirensis Episcopi.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Pontificis, p. xxiij. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

Ex SS. Athanas. Hilar. Hieron. Greg. Tur. & aliis.

MAximínus, Sigilíaci propè Lódunum in território Pictaviénsi natus, & sancti Maxéntii Pictavórum Epíscopi frater, sub Constantíno & fílio ejus Constánte, Trevirénsem insígnem Galliárum Ecclésiam rexit. Jam clarus habebátur, cùm Arianórum factióne relegátum magnum Athanásium suscépit, non ut éxulem, sed ut ortodóxæ fidei víndicem. Honorífice quoque excépit Paulum Constantinopolitánum è sua sede páriter pulsum. Nicæni Sýmboli propugnátor acérrimus, súbdolum semper suspicátus est, quidquid Verbi divíni consubstantialitátem apértè non confiterétur. Concílio Mediolanénsi, & post biénnium Sardicénsi, suâ apud Constántem autoritáte & précibus convocáto, intérfuit; fecítque ut Athanásius & Paulus suis sédibus restitueréntur. Obiit apud Pictávos, dum Maxéntium fratrem reliquósque consanguíneos invíseret, circa annum trecentésimum quadragésimum nonum.

Oratio, Dírige oves, *p.* xxviij.

DIE XXXI.

IN FESTO

S. SIMPLICIANI,

Pictaviensis Martyris.

Duplex minus.

Omnia de Communi unius Martyris, p. ix. *additis quæ sequuntur.*

Duæ priores Lectiones de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis.

LECTIO II.

Ex antiq. Eccles. Pictav. Monum.

SImpliciánum Pictávis natum, & ad urbis mœnia Martýrio coronátum, ex traditióne certíssimè constat. Idcircò enim à cívibus antíquitùs cólitur, & in ejus honórem erécta est, quæ etiámnum Pictávis extat, Parochiális Ecclésia. Ad hanc sub ejus invocatióne Deo dicátam ædem, nécnon & ad Martýrii locum, cujúslibet ævi populórum concúrsus, tum singulárem, tum antiquíssimum esse dénotat sancti Mártyris cultum. Quonam autem præcísè témpore passus sit, & quodnam fúerit Martýrii genus, non ità certò determinári potest,

Ipsum urbis Præfécti filium fuísse, & minis æquè ac blandítiis inexpugnábilem, à próprio parénte, idolórum cúltui addictíssimo, & Imperatórum edíctis ultra modum obtemperánte, ad mortem ob Christiánæ Religiónis professiónem damnátum, & amputáto cápite passum esse, narrátur. Hunc autem beatíssimum Mártyrem, patrum vestígiis inhæréntes eò magìs diligimus, quòd próprium nobis sit ornaméntum, & è terræ nostræ sinu egréssus, atque ad summam glóriæ altitúdinem evéctus, própriæ pátriæ, próprios pietátis fructus déderit gustándos. Boni quidem sunt extérni étiam fructus: áttamen multò gratióres sunt nostrátes ac vernáculi, qui, quòd ad nos attíneant, vidéntur adhuc decus quoddam nobis & ornaméntum conférre. Hoc autem nobis índidit beátus Simpliciánus, populáris noster, ad hanc urbem Martýrii laúreâ, tértio vel quarto ineúnte século, donátus.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

LECTIO III. *c.* 10. *v.* 34. *ad finem.*

Deus omnibus præferendus.

DIxit Jesus discípulis suis: Nolíte arbitrári quia pacem vénerim míttere in terram. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

Expos. Evang. sec. Luc. Lib. 7. *n.* 135. 136.

ERgo Dóminum illum qui simul divinitátis reveréntiam, & pietátis grátiam suadére compléxus est, dicens: Díliges Dóminum Deum tuum, & díliges próximum tuum, ità nunc mutátum esse opinábimur, ut abolére necessitúdinum nómina, collídere pietátis afféctus, caríssimórum pígnorum dissídia mandásse credámus? Et quómodo ipse est pax nostra, qui fecit útraque unum? Quómodo ipse dicit: Pacem meam do vobis, pacem meam relínquo vobis, si paréntes à fíliis, fílios à paréntibus dissídio necessitúdinis separatúrus advénit? Quómodo maledíctus, qui non honórat patrem, si religiósus qui déserit? Sed si advertámus, quia prima causa religiónis, secúnda pietátis est, enódem étiam hanc æstimábimus quæstiónem: opórtet enim, ut divínis humána posthábeas. Nam si offícium paréntibus exibéndum est, quantò magìs Autóri paréntum, cui grátiam étiam pro paréntibus tuis debes? Aut si illi omnínò non recognóscunt Paréntem, quemádmodum tu recognóscas? Non ígitur dicit renuntiándum esse pignóribus, sed Deum ómni-

bus præferéndum.

Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris, ut qui beáti Mártyris tui Simpliciáni Natalítiis gloriámur, nec minis injústè persequéntium, nec ullis perturbémur advérsis; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Ad Vesperas, Commemoratio de S. Jovino.

Ant. Multíplicans, ℣. Potens, *p.* xlv. *Oratio,* Deus, cujus múnere, *p.* xlix.

FESTA JUNII.

DIE I.

IN FESTO

SANCTI JOVINI,

Ansionensis Abbatis, in territorio Pictaviensi.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Abbatis, p. xliv. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

Ex Bolland. & Mabill.

JOvínus, in território Lodunénsi natus, spretis vitæ delíciis, in solitúdinem cui nomen Ansion, se cóntulit. Ibi cœlésti incœptâ vivéndi normâ, plures ad se accersívit discípulos, quibúscum percélebre Cœnóbium, quod nunc sancti Jovíni de Marnis appellátur, instítuit. Congregátos mónachos sanctíssimè rexit, atque ad perfectiónis Evangélicæ ápicem, sapientíssimis mónitis & exémplis perdúxit. Conféctus sénio, meritísque clarus, circa finem quarti séculi migrávit in cœlum. Sepúltus est in Basílica sancti Joánnis Evangelístæ, ubi sacræ ejus Relíquiæ ad nonum usque séculum, summa cum reveréntia asserváta sunt.

Oratio, Deus, cujus múnere, *p.* xlix.

Vesperæ à Capitulo de Sequenti, cum Commemoratione de S. Jovino.

DIE II.

IN FESTO

S. PORCHARII,

Cœnobii sancti Hilarii Pictaviensis Abbatis.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Abbatis, p. xliv. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

Ex S. Greg. Turon. & variis Eccles. Pictav. Monum.

POrchárius, Cœnóbii sancti Hilárii Pictaviénsis Abbas, sexto século flóruit. Cùm monastérium à beáta Radegúnde Pictávis eréctum, nequíssimo turbarétur dissídio, Merovæus Pictavórum Epíscopus diréxit Porchárium ad Gondegésilum Burdigalénsem ceterósque comprovinciáles Epísco-

pos, ut eos dispérsis moniálibus indulgentióres rédderet, & ad excommunicatiónem quam incúrrerant relaxándam addúceret: quod anno próximè sequénti, felíciter efféctum est. Pictávium revérsus, réliquum vitæ tempus piis cœnobitárum exercítiis júgiter impéndit. Labénte sexto, vel ineúnte séptimo século, méritis clarus obdormívit in Dómino. Sepúltus est in ædícula Salvatóri consecráta: sed cùm præ angústia loci, non possent ibi Fidéles suæ indulgére religióni, circa annum millésimum quinquagésimum octávum, corpus ejus in ampliórem translátum est Basílicam, quæ sancti Porchárii nómine insigníta, Paróchiæ título decorátur. Sacrum pignus, Calvinistárum furóribus à viris religiósis cautè subtráctum, diu látuit: at à Gilbérto Clerembáldo Pictavórum Epíscopo, anno millésimo sexcentésimo septuagésimo sexto repértum, Fidélium veneratióni de novo propósitum & expósitum fuit.

Oratio.

Deus, qui nos exémplo beáti Porchárii Abbátis ádmones, ætérna bona requírere; præsta, quæsumus, ut quæ tibi plácita cognóvimus, ipso pro nobis intercedénte, constánter impleámus; Per Dom.

Vesperæ à Capitulo de Sequenti, cum Commemoratione de S. Porchario.

DIE III.

IN FESTO S. CLOTILDIS, Francorum Reginæ, & Viduæ.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Viduæ, p. lxxiv. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

Ex S. Greg. Tur. & aliis Script. Eccles.

Clotíldis, Chilperíci Regis fília, paréntibus à pátruo Gundebáldo Burgundiónum Rege necátis, Clodovǽo adhuc éthnico in cónjugem trádita est. Quæ, cùm primogénitum peperísset, eum, toleránte magìs quàm approbánte Clodovǽo, baptizári jussit. Cùm autem infántis, cui nomen Ingomer impósitum fúerat, in albis defúncti mortem ægrè ferret Clodovǽus, ac baptísmo imputáret, gráviter Clotíldem objurgávit, ásserens deos pátrios ob contémptum núminis sui irátos, sibi fílium eripuísse. At illa: Deo, inquit, omnipoténti, Creatóri ómnium, grátias ago, qui me non usquequáque judicávit indígnam ut de útero meo génitum regno suo dignarétur ascíre. Alterum fílium Regína cùm genuísset, hunc quoque baptizári vóluit, & Clódomir appellátus est. Qui cùm

ægrotáre cœpíſſet, affirmánte Rege fore ut ei idem quod fratri contíngeret, matris précibus conváluit. At Regína non ceſsábat hortári virum, ut abjéctâ idololatríâ, Deum verum cóleret. Sed ille ſuperſtitióni Francórum adhæſit, donec in expeditióne Alamánnica inclinátam cernens ſuórum áciem, monitórum cónjugis memor, auxílio Chriſti imploráto, de hóſtibus triumphávit. Cui apud Remos læta uxor occúrrens, ubi órdinem rei geſtæ cognóvit, advocávit ſanctum Remígium, à quo Clodovæus fidem edóctus, baptizátus eſt, & chríſmate ſancto inúnctus. Poſt mortem Clodovæi, Turónes ádiit Clotíldis: ibíque ad ſepúlcrum ſancti Martíni ſummâ pietáte réliquum vitæ exégit, pernox in vigíliis, eleemóſynis, aliíſque piis opéribus inténta. Tandem plena diérum, Turónis migrávit ad Dóminum: & Paríſios inter pſalléntium choros tranſláta, ſepúlta eſt ad latus Clodovæi, in ſacrário Baſílicæ ſancti Petri, ubi corpus ſanctæ Genovéfæ quiéſcit.

Oratio.

RESpice, Dómine, ad Francórum benígnus Impérium: & quibus, per devótam ſanctæ Clotíldis inſtántiam, donum fídei contuliſti, iiſdem, per ejus interceſſiónem, tríbue ſincérum Chriſtiánæ pietátis affectum; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum.

Veſperæ à Capitulo de Sequenti, cum Commemoratione de Sancta Clotilde.

DIE IV.

IN FESTO SANCTI POTHINI, Lugdunenſis Epiſcopi, & Sociorum Martyrum.

Semiduplex.

Omnia de Communi plurium Martyrum, p. xvj. additis quæ ſequuntur.

Ex Epiſtola Eccleſiárum Viennénſis & Lugdunénſis, ad Eccléſias Aſiæ & Phrýgiæ.

Apud Euſeb. Hiſt. Lib. 5. Cap. 1.

LECTIO II.

BEatíſſimus Pothínus, qui Epiſcopátum Lugdunénſis Eccléſiæ adminiſtrábat, nonagenário major, & córpore ádmodum infírmo, ob præséntem quidem córporis imbecillitátem ægrè ſpíritum trahens, cæterùm, præ cupiditáte imminéntis Martýrii, mirábili alacritáte ánimi firmátus, ad tribúnal ferebátur. Quò perlátus à milítibus, proſequéntibus ipſum Magiſtrátibus civitátis, & univérſâ plebe váriis eum acclamatiónibus impeténte, tanquam ipſe Chriſtus eſſet, egrégium édidit teſtimónium. Interrogátus à Præſide, quiſ-

esset Christianórum
, respóndit: Si dignus
, cognósces. Post hæc
e ullo humanitátis
ctu raptátus, atque
neris plagis affécṭus
ùm ii quidem qui pró-
stábant, cálcibus &
s illum contumeliósè
erent; qui verò lón-
distábant, quidquid
anum erat in ipsum
cerent. Exínde vix
spirans, in cárcerem
ctus est, tandémque
íduum, ánimum exha-
Matúrus Neóphytus,
nctus Diáconus Vien-
s, cum Blandína ancíl-
luribúsque áliis, ducti
ad béstias in amphi-
rum ad públicum spe-
lum. Et Matúrus qui-
ac Sanctus ómnia tor-
órum génera in am-
eátro subiérunt. Hi
máximo certámine
ncti, cùm vitálem spí-
diu protraxíssent,
em juguláti sunt. Blan-
verò ad palum suspén-
stiis objécta est. Cúm-
ulla tunc béstia cor-
llíus attigísset, depó-
ex stípite, rursùs in
rem conjícitur, in
certámen reserváta.
nte solémni apud nos
átu, Præses beatíssi-
Mártyres ad tribúnal
ci jussit, tanquam in
ráli pompa eos pópu-
éntans. Cúmque illos
ò interrogásset, qui-
que cives Románi re-

pérti sunt, cápite truncáti, réliqui tráditi sunt béstiis. Post hos omnes, último tandem spectaculórũ die, Blandína ómnium postréma, post flagra, post ferárum vellicatiónem, post sartáginem, retículo inclúsa, tauro objécta est: à quo diu in altum jactáta, tandem & ipsa víctimæ instar juguláta est.

Oratio, Mártyris tui, *p.* xxj.

Ad Vesperas Comm. de SS. Marcellino & Petro.

Ant. Agnóscent, ℣. Viríliter, *p.* xvij. *Oratio*, Exaúdi, *p.* xx.

Die V.

In Festo SS. Marcellini et Petri, Romæ Martyrum.

Simplex.

Omnia de Communi plurium Martyrum, p. xvj. *additis quæ sequuntur.*

Lectio III.

Ex Carm. S. Damasi Papæ.

Maximiáno & Diocletiáno, circa inítium séculi quarti, Ecclésiam devastántibus, & veheménter in eos omnes qui Christiáno gloriabántur nómine sæviéntibus, glorióso Martýrio Románam illustrárunt Ecclésiam, sanctus Marcellínus ejúsdem Ecclésiæ Présbyter, & sanctus Petrus Exorcísta. Utérque cápite truncáto palmam obtínuit. Illórum Mártyrum laudes cármine célebrat sanctus Dámasus Papa: &

ipsi sunt quorum nomen quotídie in altáris Sacrificio commemorátur.

Oratio, Exaúdi nos, *p.* xx.

DIE VI.

IN FESTO SANCTI NORBERTI, Magdeburgensis Epíscopi.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Pontificis, p. xxiij. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

Ex ipsius vita à Beato Hugone, ejus discip. & succ. scripta.

NOrbértus, Sanctis Clíviæ óppido in Diœcési Coloniénsi, nóbili prosápiâ ortus, relíctâ Imperatóris aulâ, in Clerum ascríptus est. Sacris Diaconátûs & Presbytérii Ordínibus suscéptis, verbi Dei prædicatióni totum se consecrávit. Innúmeros hæréticos ad fidem, peccatóres ad pœniténtiam, diffidéntes ad concórdiam revocávit. Cùm esset Laudúni, à Bartholomæo Epíscopo rogátus ne ab ipsíus Diœcési discéderet, desértum in ea locum, qui Præmonstrátus dicebátur, sibi delégit, ex quo totus Ordo, quem ibi sub régula sancti Augustíni instítuit, nomen accépit. Sacramentáriam & adamíticam Tanchelíni hǽresim Antuérpiæ grassántem, eò vocátus profligávit: & qui multò antè oblátum sibi Cameracénsem Episcopátum recusáverat, ad Magdeburgénsem Archiepiscopátum pósteà raptus, Ecclesiásticam disciplínam, præsertímque sacrórum ministrórum cœlibátum, constánter propugnávit ac promóvit. Romam, cum áliis Epíscopis profécus, schisma Petri Leónis compréssit, Innocéntio secúndo suæ Sedi rélddito. Exáctis in Pontificátu annis ferè octo, ábiit ad Dóminum, anno millésimo centésimo trigésimo quarto: húncque Gregórius décimus tértius, anno millésimo quingentésimo octogésimo secúndo, in Sanctórum órdinem rétulit.

Oratio, Da Ecclésiæ, *p.* xxviij.

Ad Vesperas, Commemoratio de S. Claudio.

Ant. Ipsum, ℣. Beátus, *p.* xxiv. *Oratio*, Dírige, *p.* xxviij.

DIE VII.

IN FESTO SANCTI CLAUDII, Vesuntini Episcopi.

Simplex.

Omnia de Communi unius S. Pontificis, p. xxiij. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

Ex Mabill. & aliis.

CLaúdius, Vesuntínus Epíscopus, cùm Sedem per annos septem summa cum laude tenuísset, abdicáto Episcopátu, ad Jurénse monastérium se cóntulit, ubi monástici institúti ré-

gulam ampléxus est. Injurióso illíus cœnóbii sanctíssimo Abbáte vitâ functo, ómnium votis expetítus, in ejus locum suffééctus est. Cui monastério per annos quinquagínta deínceps præfuísse tráditur. Dénique longa vitæ spátia eménsus, & méritis plenus, ábiit ad Dóminum, anno Christi quingentésimo octogésimo primo. Corpus ejus sepúltum est, & usque nunc incorrúptum & íntegrum servátur in Jurénsi monastério, quod ob ejus sanctitátis celebritátem, à séculis áliquot sancti Claúdii nomen óbtinet, & Episcopáli Cáthedrâ fuit decorátum.

Oratio, Dírige, p. xxviij.

DIE VIII.

IN FESTO

SANCTI MEDARDI, Noviomensis Episcopi.

Simplex.

Omnia de Communi unius S. Pontificis, p. xxiij. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

Ex S. Fortunato Pictav. in ejus vita apud Bolland. & aliis.

MEdárdus, apud Salentíacum in pago Viromanduénsi natus & piè institútus, oblátus est Viromanduénsi Epíscopo, ut in Clericórum númerum ascriberétur. Crescéntibus cum ætáte méritis & doctrínâ, ad altióres gradus ascéndit. Présbyter ordinátus, Viromanduórum Episcopátum, multórum assíduis précibus victus, regéndum suscépit; ac Sedem, eò quòd Augústa Viromanduórum à Vándalis & Hunnis evérsa esset, Noviómi collocávit. Mórtuo Eleuthério Tornacénsi Epíscopo, cùm Clerus & pópulus Medárdum sibi dari Epíscopum postulássent, sancto Remígio, cæterísque províneiæ Epíscopis annuéntibus, Rege & procéribus suâ autoritáte rem promovéntibus, utriúsque Ecclésiæ curam suscépit, Episcopális Sedis honóre utríque serváto, quamvis Tornacénses ab eo témpore usque ad Simónem, per annos círciter sexcéntos, non álios quàm Novioménses Epíscopos habúerint. Flandros gentem tunc ferócem convértit ad Christum. Obiit anno círciter quingentésimo quadragésimo quinto: eúmque Clotárius summo cum honóre apud Suessiónas sepelíri jussit; & Basílicam ad ejus túmulum cœpit ædificáre, quam Sigebértus fílius ejus absólvit & ornávit.

Oratio, Da Ecclésiæ, *p.* xxviij.

DIE XI.

IN FESTO

SANCTI BARNABÆ, Gentium Apostoli.

Duplex minus.

Omnia de Communi Apostolorum, p. j. *additis quæ sequuntur.*

IN I. VESPERIS.

HYMNUS.

QUEM, Christe, tot repléveras
Donis, fidem dissémi-nat:
Hinc Christiánum Génti-bus
Claráre nomen íncipit.

HIC sacra per jejúnia,
Intérque solémnes preces,
Jubénte sancto Spíritu,
Tuus creátur núntius.

PAULI labórum párti-ceps,
Consors & in perículis,
Vos unus ambo spíritus,
Vos una junxit cáritas.

QUAM vestra gens Christi fidem
Luci rebéllis réppulit,
Nil hæsitántes, éxteris
Portástis illam Géntibus.

FAC, Christe, nostris se tuum
Cùm lumen offert ménti-bus,
Amóre ne noctis suæ
Cœléste donum réspuant.

UNI sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Beátus qui intélligit super egénum & paúperem, ℟. In die mala liberábit eum Dóminus. *Ps.* 40. 2.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. *D.* Bárnabas, cùm habéret agrum, véndidit eum, & áttulit prétium, & pósuit ante pedes Apostolórum. *Act.* 4. 37.

Oratio, Deus, qui, *infra, ad Laudes*, p. 410.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

HYMNUS. S. V.

CŒLO datur quiésce-re,
Terris relíctis, Bárnaba:
Solémnis hæc affert tuis
Finem dies labóribus.

QUEM propter, agro véndito,
Opes cadúcas déseris,
Magno rependens fœnore,
En fundus ipse fit tuus.

UNI sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

Prima Lectio de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis.

LECTIO II.

Ex Act. Apostol. & Usuard.

BArnabas, quod est intérpretátum, Fílius consolatiónis, qui & Joseph, Levítes, Cyprius génere, agro véndito quem possidébat, prétium áttulit ad pedes Apostolórum: ad quos & pósteà Paulum addúxit recèns convérsum. Jerosólymis Antiochíam missus ab Ecclésia, quæ accéperat quosdam ibi discípulos Dóminum Jesum Græcis annuntiásse, cùm vidísset grátiam Dei, gavísus est, & hortabátur omnes in propósito cordis permanére in Dómino. Proféctus est inde Tarsum, ut

ꝛeret Paulum, quem
ıveníſſet, perdúxit
híam: & annum to-
nversáti ſunt ibi in
ı; & docuérunt tur-
.ultam: ità ut cog-
réntur primùm An-
diſcípuli, Chriſtiá-
tâ fame ab Agabo
:â, colléctas elee-
ıs ad fratres in Ju-
ɔitántes, cum Pau-
.it. Quo expléto mi-
, revérſi ſunt, aſ-
Joánne, cui cog-
erat Marcus. Cùm
Antiochíæ in Ecclé-
ı cæteris Prophétis
:óribus miniſtrárent
o & jejunárent,
píritus ſanctus: Se-
mihi Saulum & Bár-
in opus ad quod aſ-
eos. Tunc jejunán-
orántes, imponen-
eis manus, dimisé-
ɔs. Itaque Seleúciam
ıt, inde in Cyprum:
tas prætéreà urbes
ſque peragrârunt,
íntes Evangélium,
tituéntes per síngu-
:léſias Preſbýteros.
utem Lyſtris prop-
ıdum à Paulo ſaná-
ɔ diis haberéntur,
ıtque turbæ Bárna-
ɔvem, Paulum verò,
ium, vix deterrué-
rbas ne ſibi immolá-
.evérſi Antiochíam,
ı ſeditióne propter
: qui volébant Gen-
Deum convérſas cir-
i, rem ad Apóſto-
los detulérunt; qui in Concílio Jeroſolymitáno, ſuper ea re decrétum ſtatuérunt, remiſerúntque eos ad Eccléſiam Antiochíæ, adjúnctis Judâ & Silâ, ſcribéntes per manus eórum. Poſtrémò Bárnabas digréſſus à Paulo, unà cum Marco navigávit in Cyprum. Multis demùm perfúnctus pro Chriſto labóribus, glorióſo fine quiévit. Refert Alexánder Cýprius corpus ejus in ínſula Cypro, Zenóne imperánte, repértum eſſe, ad cujus pectus erat Evangélium Matthǽi, ipsíus Bárnabæ manu conſcríptum.

Léctio ſancti Evangélii ſecúndùm Matthǽum.

LECTIO III. *c.* 10. *v.* 16. *ad* 22.

Quæ perſecutiones Apoſtolis reſervantur.

DIxit Jeſus diſcípulis ſuis: Ecce ego mitto vos ſicut oves in médio lupórum. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ Preſbýteri.

Lib. 2. *in Evang. Matt. Cap.* 10.

QUod dicit: Ecce ego; autóritas & fortitúdo eſt Deitátis, & quia oves meæ eſtis, mitto vos: & volo, ut manſuetúdinem & humilitátem habeátis, ne propter ſeditiónem lupórum, id eſt, perſecutórum, patiéntiam & conſtántiam veſtram perdátis. Eſtóte ergo prudéntes ſicut ſerpéntes, & símplices ſicut

columbæ. Devítent insídias per simplicitátem, non fáciant. Cùm autem tradent vos, nolíte cogitáre. Ac si apértè membris suis infirmántibus dicat: Nolíte terréri, vos ad certámen accéditis; sed ego prælior: vos verba éditis; sed ego sum qui loquor.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

Hymnus. Quem, Christe, *suprà, in I. Vesperis*, p. 408.

℣. Príncipes populórum congregáti sunt, ℟. Cum Deo Abraham. *Ps.* 46. 10.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. a. Audiébant Bárnabam & Paulum, narrántes quanta Deus fecísset signa & prodígia in Géntibus per eos. *Act.* 15. 12.

Oratio.

Deus, qui beátum Bárnabam plenum fide & Spíritu sancto ad opus vocatiónis & conversiónis Géntium assúmere dignátus es; concéde, ut mémores óperis & caritátis ejus, Evangélio Christi quod prædicávit, dignè conversári mereámur; Per eúmdem...... in unitáte ejúsdem.

AD VESPERAS.

Hymnus. Cœlo datur quiéscere, *suprà, ad Officium Nocturnum*, p. 408.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei, ℟. Et facta ejus intellexérunt. *Ps.* 63. 10.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. D. * Tradidérunt ánimas suas, pro nómine Dómini nostri Jesu Christi. *Act.* 15. 26.

DIE XVIII.

IN FESTO SANCTI AMANDI, Burdigalensis Episcopi.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Pontificis, p. xxiij. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

Ex S. Paulino, S. Gregor. Turon. & antiq. Eccles. Burdig. Monum.

Amándus Burdigalénsis Epíscopus, beáti Delphíni in eádem sede succéssor, sancti Paulíni contemporáneus, eíque arctíssimo amicítiæ fœdere conjúnctus fuit, ut ex frequéntibus Paulíni ad ipsum lítteris innotéscit. Istud autem inter cǽtera Amándus suæ caritátis illústre præbuit arguméntum. Cùm jam fractus labóribus, sólitas pro grege sibi crédito excúbias ágere, operásque deínceps impéndere se posse diffíderet, álium à Deo Antístitem in suum locum substitui obníxè supplicávit. Ejus précibus Deus ánnuit; & idcircò Severínum de pártibus Oriéntis in Aquitániam jussit profícisci. Quare voti compos beátus Amándus, & de subsídio sibi divínitùs misso summóperè lætus, réliquum vitæ

tempus cum beáto Severíno, cui tamen aliquánto témpore supervíxit, in omni pietáte atque sanctitáte transégit, & cum eódem nunc felícium labórum ætérna prǽmia pércipit.

Oratio, Da Ecclésiæ, *p.* xxviij.

Ad Vesperas, Comm. de SS. Gervasio & Protasio.

Ant. Agnóscent, ℣. Viríliter, *p.* xvij. *Oratio*, Exaúdi, *p.* xx.

DIE XIX.

IN FESTO SS. GERVASII, ET PROTASII, Mediolanens. Martyrum.

Simplex.

Omnia de Communi plurium Martyrum, p. xvj. *additis quæ sequuntur.*

Sermo sancti Ambrósii Epíscopi.

Epist. ad Marcell. Sororem. n. 7. 10. 11. 12.

LECTIO III.

PRíncipes pópuli, quos álios nisì sanctos Mártyres, æstimáre debémus, quorum jam in númerum diu antè ignoráti Protásius Gervasiúsque præferúntur, qui stérilem Martýribus Ecclésiam Mediolanénsem, jam plurimórum matrem filiórum, lætári passiónis própriæ fécerint & títulis & exémplis? Grátias tibi, Dómine Jesu, quòd hoc témpore tales nobis sanctórum Mártyrum spíritus excitásti, quo Ecclésia tua præsídia majóra desíderat. Cognóscant omnes, quales ego propugnatóres requíram, qui propugnáre possint, impugnáre non sóleant. Hos ego acquisívi tibi, plebs sancta, qui prosint ómnibus, némini nóceant. Tales ego ámbio defensóres, tales mílites hábeo: hoc est, non séculi mílites, sed mílites Christi. Sanctórum Mártyrum cognitiónem quam illi amisérunt, nos adépti sumus. Eruúntur nóbiles relíquiæ è sepúlcro ignóbili: ostendúntur cœlo trophǽa. Sánguine túmulus madet, appárent cruóris triumphális notæ, inviolátæ Relíquiæ loco suo & órdine repértæ, avúlsum húmeris caput. Perdíderat cívitas suos Mártyres, quæ rápuit aliénos. Et si hoc Dei munus est; tamen grátiam quam tempóribus Sacerdótii mei, Dóminus Jesus tríbuit, negáre non possum: & quia ipse Martyr esse non méreor, hos vobis Mártyres acquisívi.

Oratio, Exaúdi, *p.* xx.

DIE XXII.

IN FESTO SANCTI PAULINI, Nolani Epíscopi.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Pontificis, p. xxiij. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

Ex ejus operibus & vita, Hier. August. & Uranio.

PAulínus Consulári & Patrício génere, haud procul à Burdígala natus,

Rhetóricis & Poéticis ártibus ab Ausónio institútus est. Património perámplo potítus, ac in ipso juventútis flore Consulátum consecútus, Therásiam uxórem duxit. Circa annum vitæ suæ trigésimum octávum, à Delphíno Burdigalénsi Epíscopo baptizátus, erogátis in paúperes facultátibus, in Hispániam secéssit, Therásiâ à viri propósito non dissentiénte. Barcínonæ, facto in eum multitúdinis ímpetu, Presbýterum se ordinári passus est: eâ tamen lege ut Ecclésiæ Barcinonénsi non alligarétur. Inde in Itáliam proféctus est, ut Nolæ ad túmulum sancti Felícis, per réliquum vitæ tempus Deo servíret. Romæ multórum de Clero invídiâ laborávit. Nolæ dénique Mónachi vitam agens, ejúsdem civitátis Episcopátum sucípere coáctus est. Vastántibus pósteà Nolam Gothis, Paulínus ex opulentíssimo dívite, ut sanctus Augustínus scribit, voluntáte paupérrimus & copiosíssimè sanctus, cùm ab eis tenerétur, sic in corde suo precabátur: Dómine, non excrúcier propter aurum & argéntum; ubi enim sint ómnia mea, tu scis. Tandem cùm láterum dolóre corréptus esset, cubículum in quo jacébat, terræ motu contrémuit, ac paulò pòst ánimam Deo réddidit, anno salútis quadringentésimo trigésimo primo.

Oratio, Da Ecclésiæ, p. xxviij.

Die XXIII.

In Vigilia *Nativitatis* S. Joann. Baptistæ.

Officium de Feria occurrente, additis quæ sequuntur.

Ad Officium Nocturnum.

Duæ priores Lectiones de Scriptura occurrente, duabus posterioribus in unam junctis.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio III. *c. 1. v. 5. ad 25.*

Joannis Nativitas ab Angelo prænuntiatur.

FUit in diébus Heródis regis Judææ, Sacérdos quidam, nómine Zacharías. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

Expos. Evang. sec. Luc. Lib. 1. n. 15. 16.

DOcet nos Scriptúra divína, non solùm mores in iis qui prædicábiles sunt, sed étiam paréntes oportére laudári; ut véluti transmíssa immaculátæ puritátis hæréditas, in iis quos vólumus laudáre, præcéllat. Quæ enim ália inténtio hoc loco sancti Evangelístæ, nisì ut sanctus Joánnes Baptísta nobilitétur paréntibus, miráculis, móribus, múnere, passióne? Sic étiam sancti Sámuel mater

Anna laudátur : sic Isaac à paréntibus nobilitátem pietátis accépit, quam pósteris derelíquit. Sacérdos ítaque Zacharías, nec solùm sacérdos, sed étiam de vice Abía, id est, nóbilis inter superióres famílias. Et uxor, inquit, ejus de filiábus Aaron. Non solùm ígitur à paréntibus, sed étiam à majóribus, sancti Joánnis nobílitas propagátur : non seculári potestáte sublímis, sed Religiónis successióne venerábilis. Tales enim majóres habére débuit Prænúntius Christi ; ut non repéntè concéptam, sed à majóribus accéptam, & ipso infúsam jure natúræ prædicáre fidem Domínici viderétur advéntûs.

℟. *iij*. Dixit Deus : Benedícam uxóri tuæ, * Et ex illa dabo tibi fílium cui benedictúrus sum. *Gen.* 17. 16. ℣. Ne tímeas, Zacharía, quóniam exaudíta est deprecátio tua, & uxor tua Elísabeth páriet. *Luc.* 1. 13. * Et. Glória. * Et.

AD LAUDES MATUTINAS.

Post Hym. ℣. Præveníſti eum, Dómine, ℟. In benedictiónibus dulcédinis. *Ps.* 20. 4.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. a. Priúsquàm te formárem in útero, novi te; & ántequàm exíres de vulva sanctificávi te; & Prophétam in Géntibus dedi te. *Jer.* 1. 5.

Dicuntur Preces flexis genibus, p. 155.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut família tua per viam salútis incédat ; & beáti Joánnis Baptístæ Præcursóris hortaménta sectándo, ad eum quem prædíxit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum ; qui tecum.

AD HORAS, *Preces, flexis genibus, ut in Psalterio, p.* 158. *& sequent.*

Oratio, Præsta, *suprà*.



DIE XXIV.

IN NATIVITATE S. JOANNIS BAPTISTÆ.

SOLEMNE MINUS.

Psalmi de Feria in omnibus Horis.

IN I. VESPERIS.

Antiphona 1. *toni* D.

A Ventre matris, consecrátus est Prophéta, evértere, & erúere, & pérdere, & íterùm ædificáre, & renováre. *Eccli.* 49. 9.

Ant. 3. *à*. Multi in nativitáte ejus gaudébunt: erit enim magnus coram Dómino. *Luc.* 1. 14. 15.

Ant. 5. a. Spíritu sancto replébitur adhuc ex útero matris suæ, & multos filiórum Israël convértet ad Dóminum. *Luc.* 1. 15. 16.

Ant. 2. D. Ipse præcédet ante illum, in spíritu & virtúte Elíæ. *Luc.* 1. 17.

Ant. 7. d. Concépit Elísabeth uxor Zacharíæ, & occultábat se, ménsibus quinque. *Luc.* 1. 24.

CAPITULUM. *Mal.* 3. 1.

ECce ego mitto Angelum meum, & præparábit viam ante fáciem meam; & statim véniet ad Templum suum Dominátor quem vos quærìtis, & Angelus Testaménti quem vos vultis.

℟. Ecce ego mittam vobis Elíam Prophétam, *Antequàm véniat dies Dómini. *Mal.* 4. 5. ℣. Ut convértat corda patrum in fílios, & incrédulos ad prudéntiam justórum, paráre Dómino plebem perféctam. *Luc.* 1. 17. * Antequàm. Glória. *Resumitur* ℟. Ecce.

HYMNUS. C.

CHRISTE, prolápsi reparátor orbis,
Ut tuum casto celebrémus omnes
Ore Baptístam, máculas profáni
Elue cordis.

HUNC paratúrum Dómino sequénti
Sémitam, prisci cecinére Vates:
Vátibus cunctis fuit ipse major,
Júdice Christo.

HIC & inclúsus genitrícis alvo

'entit exúltans Dóminum latentem ;
ámque cœlésti trépidat venire
Obvius Agno.

QUID fide pendes dúbiâ, Sacérdos?
lura torpébit tibi vox : at Infans
'rótinus nascens pátriæ resólvet
Víncula linguæ.

QUIN repromíssam, súbitus Prophéta,
Cernis humáno géneri salútem ;
Iúntias pacem, reserásque fatis
Grándibus ora.

GAUDET admírans pópulus, stupétque :
Quis puer, clamant, erit iste, cujus
e statim prodit maniféstа tantis
Glória signis?

LAUS sit ætérnæ sua Trinitáti,
Quæ novam mundo paritúra lucem,
'rævium Soli vóluit Joánnem
Súrgere sidus.
Amen.

℣. Prodúcam cornu David ; ℟. Parávi lucérnam Christo meo. *Ps.* 131. 7.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* Angelus dixit Zacharíæ : Ego sum Gábriël qui asto ante Deum ; & missus sum loqui ad te, & hæc tibi evangelizáre. *Luc.* 1. 19.

Oratio, Deus qui, *infrà, ad Laudes*, p. 421.

COMPLETORIUM *habetur post II. Vesperas*, p. 423.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Dóminum mitténtem Angelum ante fáciem suam, * Veníte, adorémus. *Mal.* 3. 1.

Psalmus, Veníte, p. 2. *ritu solemni.*

HYMNUS. C.

EXIIT cunis pretiósus Infans,
Munus Excélsi : venit ut tenéllo
Córpori robur, nova ditat intùs
Grátia mentem.

JAMQUE convéntus fúgiens profános,
Hórridis blandâ procul urbe lustris,
Mílitem Christo parat, innocéntes
Sævus in artus.

CINCTUS hirsúti spóliis caméli,
Arido vitam toleráre victu
Gaudet, insúlsas médicans agrésti
Melle locústas.

SCILICET sacrâ stimulánte flammâ,
Pérfidam natus renováre gentem,
Ad patrum mentes revocábit olim
Corda nepótum.

QUI creat mundum, sit honos Parénti :

Laus tibi compar, Reparátor orbis:
Æquus ambórum sit honos, per omne
Tempus, Amóri. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Zacharías & uxor illíus Elísabeth erant justi ante Deum, incedéntes in ómnibus mandátis & justificatiónibus Dómini. *Luc.* 1. 6.

Ant. 7. d. Non erat illis fílius, eò quòd esset Elísabeth stérilis, & ambo processíssent in diébus suis. *Luc.* 1. 7.

Ant. 1. a. Elísabeth concépit fílium in senectúte sua. *Luc.* 1. 36.

℣. Multiplicabúntur in senécta úberi: ℟. Et benè patiéntes erunt. *Ps.* 91. 15.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Dóminus *Formans me ex útero servum sibi, ut redúcam Jacob ad eum. *Is.* 49. 5. ℣. Vocat Deus ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt. *Rom.* 4. 17. * Formans.

℟. *ij.* Glorificátus sum in óculis Dómini, & * Deus meus factus est fortitúdo mea. *Is.* 49. 5. ℣. Ut audívit salutatiónem Maríæ Elísabeth, exultávit infans in útero ejus. *Luc.* 1. 41. * Deus.

℟. *iij.* Invéniam grátiam in conspéctu tuo: * Experiménto dídici, quia benedíxerit mihi Deus propter te. *Gen.* 30. 27. ℣. Elísabeth exclamávit: Ut facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exultávit in gaúdio infans in útero meo. *Luc.* 1. 44. * Experiménto. Glória. *Resumitur* ℟. Invéniam.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Elísabeth implétum est tempus pariéndi, & péperit fílium. *Luc.* 1. 57.

Ant. 1. g. Audiérunt vicíni & cognáti ejus, quia magnificávit Dóminus misericórdiam suam cum illa, & congratulabántur ei. *Luc.* 1. 58.

Ant. 2. D. Vocábant eum nómine patris sui, Zacharíam: & respóndens mater ejus, dixit: Nequáquam, sed vocábitur Joánnes. *Luc.* 1. 59. 60.

℣. De ventre matris meæ tu es protéctor meus, Dómine: ℟. Tanquam prodígium factus sum multis. *Ps.* 70. 6. 7.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 292. n. 1.

LECTIO IV.

Nativitátis Joánnis dies hodiérnus tráditur, hódie celebrátur. Hoc majórum traditióne suscépimus: hoc ad pósteros imitándâ devotióne transmíttimus. Quâ re pósitâ, occúrrit quǽstio non præte-

reúnda: quare natálem quo est ortus ex útero Joánnes pótiùs celebrémus, quàm cujúslibet Apóstoli, vel Mártyris, vel Prophétæ, vel Patriárchæ. Si interrogémur, quid respondébimus? Quantùm mihi vidétur, quantùm meárum vírium mediocritáti occúrrit, hæc causa est. Discípuli Dómini nati sunt, & per ætátis accéssum ad annos capacióres perdúcti, in discipulátum assúmpti sunt: illórum pósteà fides Dómino adhæsit, sed nullíus illórum natívitas Dómino militávit. Recordémur & Prophétas, recolámus Patriárchas: nati sunt hómines; ætátis accéssu replèti Spíritu sancto, prophetavérunt Christum. Nati sunt ut pósteà prophetárent: Joánnis autem ipsa natívitas Dóminum Christum prophetávit, quem concéptum, ex útero salutávit.

℟. iv. Dabo tibi thesaúros abscónditos, & arcána secretórum: * Ut scias quia ego Dóminus qui voco nomen tuum, Deus Israël. *Is.* 45. 3. ℣. Innuébant patri ejus quem vellet vocári eum, & póstulans pugillárem scripsit, dicens: Joánnes est nomen ejus. *Luc.* 1. 62. 63. * Ut.

LECTIO V. n. 2.

HIc Joánnes non invenítur inter discípulos Dómini, sed invenítur pótiùs discípulos habuísse cum Dómino. Quid est hoc? Quis est iste homo? Homo tantus. Quis homo tantus? Tamen non sequebátur inter discípulos Dóminum; & sequebántur eum discípuli, absit ut dicam contra Dóminum, sed tamen quasi extra Dóminum. Discípulos habébat Christus, discípulos habébat Joánnes. Docébat Christus, docébat Joánnes. Quid jam dicam? Baptizábat Joánnes, baptizábat Christus. Plus hîc de baptísmo dico: A Joánne baptizátus est Christus. Magna jam eminére causa cœpit, quâ fúerat & Christus à Patre mitténdus, & Joánnes à Christo præmitténdus. Prior missus est Joánnes: sed sicut ab obsequéntibus antecéditur judex. Postérior homo creátus est Christus: sed Joánnem creávit Deus Christus.

℟. v. Revelávit Dóminus justítiam suam: * Recordátus est misericórdiæ suæ, & veritátis suæ dómui Israël. *Ps.* 97. 2. 3. ℣. Apértum est íllicò os Zacharíæ & lingua ejus, & loquebátur benedícens Deum. *Luc.* 1. 64. * Recordátus.

LECTIO VI.

ERat ígitur Joánnes homo perféctus quidem, & cujus tanta grátia commendáta est, ut ipse de il-

lo Dóminus díceret: In natis mulíerum nemo exurréxit major Joánne Baptístâ. Iste ergo tam magnus agnóſcit Dóminum in parvo magnum: agnóſcit homo eum qui vénerat Homo Deus. Si enim in natis mulíerum, hoc est, in homínibus, nemo exurréxit major Joánne Baptístâ; quiſquis Joánne plus est, non tantùm homo, ſed & Deus est. Débuit ergo tantus iste & diſcípulos próprios habére, & cum diſcípulis ſuis Magístrum ómnium Christum cognóſcere. Quod enim est majus testimónium veritátis, quàm ſe humiliándo eum agnóſcere, cui æmulándo póterat invidére? Putári Christus pótuit, & nóluit. Dixérunt hómines, cùm falleréntur in eo: Nùm fortè hic est Christus? Reſpóndit ille quòd non erat, ut manéret quod erat. Inde quippe Adam lapſus pérdidit quod erat, quia id quod non erat, uſurpávit.

℟. *vj.* Dixit Dóminus: Ecce ego addam ut admiratiónem fáciam pópulo huic, * Miráculo grandi & stupéndo. *Is.* 29. 14. ℣. Poſuérunt omnes qui audíerant in corde ſuo, dicéntes; Quis putas puer iste erit? Etenim manus Dómini erat cum illo. *Luc.* 1. 66. * Miráculo. Glória. *Reſumitur* ℟. Dixit.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. G. Puer creſcébat, & confortabátur Spíritu, & erat in desértis uſque in diem ostenſiónis ſuæ ad Iſraël. *Luc.* 1. 80.

Ant. 8. c. Erat Joánnes vestítus pilis caméli, & zonâ pellíceâ circa lumbos ejus; & locústas & mel ſylvéstre edébat. *Marc.* 1. 6.

Ant. 7. c. Hic est qui dictus est per Iſaíam Prophétam, dicéntem: Vox clamántis in desérto: Paráte viam Dómini. *Matt.* 3. 3.

℣. Vox Dómini in virtúte: ℟. Vox Dómini in magnificéntia. *Pſ.* 28. 4.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Gálatas.

Lectio VII. *c.* 5. *v.* 17. *ad finem.*

CAro concupíſcit advérsùs spíritum: spíritus autem advérsùs carnem. Hæc enim ſibi ínvicem adversántur: ut non quæcúmque vultis, illa faciátis. Quòd ſi spíritu ducímini, non estis ſub Lege. Maniféſta ſunt autem ópera carnis: quæ ſunt fornicátio, immundítia, impudicítia, luxúria, idolórum sérvitus, venefícia, inimicítiæ, contentiónes, æmulatiónes, iræ, rixæ, diſſenſiónes, ſectæ, invídiæ, homicídia, ebrietátes, comeſſatiónes, & his ſimília: quæ prædico vobis, ſicut prædi-

xi, quóniam qui tália agunt, regnum Dei non consequéntur. Fructus autem Spíritûs est, cáritas, gaúdium, pax, patiéntia, benígnitas, bónitas, longanímitas, mansuetúdo, fides, modéstia, continéntia, cástitas. Advérsùs hujúsmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixérunt cum vítiis & concupiscéntiis. Si Spíritu vívimus, Spíritu & ambulémus. Non efficiámur inánis glóriæ cúpidi, ínvicem provocántes, ínvicem invidéntes.

℟. vij. Surréxit Elías Prophéta quasi ignis; * Et verbum ipsíus quasi fácula ardébat. Eccli. 48. 1. ℣. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Joánnes: hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de Lúmine. Joan. 1. 6. 7. * Et verbum.

LECTIO VIII. c. 6. v. 1. ad 9.

FRatres, & si præoccupátus fúerit homo in áliquo delícto, vos qui spirituáles estis, hujúsmodi instrúite in spíritu lenitátis, consíderans teípsum, ne & tu tentéris. Alter altérius ónera portáte, & sic adimplébitis legem Christi. Nam si quis exístimat se áliquid esse, cùm nihil sit, ipse se sedúcit. Opus autem suum probet unusquísque, & sic in semetípso tantùm glóriam habébit, & non in áltero. Unusquísque enim onus suum portábit. Commúnicet autem is qui catechizátur verbo, ei qui se catechízat, in ómnibus bonis. Nolíte erráre: Deus non irridétur. Quæ enim semináverit homo, hæc & metet. Quóniam qui séminat in carne sua, de carne & metet corruptiónem: qui autem séminat in spíritu, de spíritu metet vitam ætérnam. Bonum autem faciéntes, non deficiámus: témpore enim suo metémus non deficiéntes.

℟. viij. Sapiéntiam Dei præcedéntem ómnia quis investigávit? * Prior ómnium creáta est Sapiéntia. Eccli. 1. 3. 4. ℣. Non erat ille Lux, sed ut testimónium perhibéret de Lúmine. Joan. 1. 8. * Prior.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO IX. c. 1. v. 57. ad 68.

Nascitur sanctus Joannes Baptista.

ELísabeth implétum est tempus pariéndi, & péperit fílium. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

Lib. 2. Expos. Evang. sec. Luc. n. 30.

HAbet sanctórum edítio lætítiam plurimórum, quia commúne est bonum: justítia enim com-

múnis est virtus. Et ídeò in ortu justi, futúræ vitæ insígne præmíttitur, & grátia secutúræ virtútis, exultatióne vicinórum præfiguránte, signátur. Pulchrè autem tempus quo fuit in útero Prophéta, descríbitur: ne Maríæ præséntia taceátur. Sed tempus silétur infántiæ, eò quòd præséntiâ Dómini, matris in útero roborátur, qui infántiæ impediménta nescívit. Et ídeò in Evangélio nihil super eo légimus, nisì ortum ejus, & oráculum, exultatiónem in útero, vocem in desérto. Neque enim ullam infántiæ sensit ætátem, qui supra natúram, supra ætátem, in útero situs matris, à mensúra perféctæ cœpit ætátis plenitúdinis Christi.

℟. *jx.* Egrediétur virga de radíce Jesse, & flos de radíce ejus ascéndet, & * Requiéscet super eum Spíritus Dómini. *Is.* 11. 1. ℣. Testimónium perhíbuit Joánnes, dicens: Quia vidi Spíritum sanctum descendéntem quasi colúmbam de cœlo, & mansit super eum. *Joan.* 1. 32. * Requiéscet. Glória. *Resumitur* ℟. Egrediétur.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Dabit Deus voci suæ vocem virtútis: ℟. Date glóriam Deo. *Ps.* 67. 34. 35.

Ant. 1. D. Tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis; præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus. *Luc.* 1. 76.

Ant. 8. G. Vocábitur tibi nomen novum, quod os Dómini nominábit. *Is.* 62. 2.

Ant. 1. g. Nominábitur tibi nomen tuum à Deo in sempitérnum. *Bar.* 5. 4.

Ant. 4. E. Gaudébit.

CANTICUM ISAIÆ. *c.* 40. *v.* 9. *ad* 11.

Joannis Baptistæ prædicationis vaticinium.

Super montem excélsum ascénde, tu, * qui evangelízas Sion:

Exálta in fortitúdine vocem tuam, * qui evangelízas Jerúsalem.

Exálta, noli timére: * dic civitátibus Juda: Ecce Deus vester:

Ecce Dóminus Deus in fortitúdine véniet; * & bráchium ejus dominábitur.

Ecce merces ejus cum eo; * & opus illíus coram illo.

Sicut pastor, gregem suum pascet: * in bráchio suo congregábit agnos, & in sinu suo levábit, fœtas ipse portábit.

Ant. Gaudébit sponsus super sponsam, & gaudébit super te Deus tuus. *Is.* 62. 5.

Ant. 5. a. Hæc dicit Dóminus creans te & formans te: Noli timére, quia redémi te, & vocávi te nómine tuo. *Is.* 43. 1.

Capitulum. *Act.* 19. 4.

Joánnes baptizávit baptísmo pœniténtiæ pópulum, dicens: In eum qui ventúrus esset post ipsum ut créderent, hoc est, in Jesum.

Hymnus C.

Nunc suis tandem novus è latébris
Prodit Elías, populísque Christum
Clamat, expróbrans sua viperínæ
Crímina proli.

En Deus Judex, Deus en propínquat
Véntilans fruges: súperis recóndet
Tríticum cellis, paleásque diros
Tradet in ignes.

Hujus advéntu, rígidum supérbi
Déprimant montes caput: erigántur
Vállium passim cava: corrigántur
Prava viárum.

Sancte Præcúrsor, date Præco Lucis,
Excitet somno tua vox iniértes;
Ut graves olim fugiámus Agni
Víndicis iras.

Summa laus Patri, genitóque Verbo:
Æquus ambórum sit honos Amóri,
Qui sacrum Christi Púgilem poténter
Ungit & armat.
Amen.

℣. Docébo, Dómine, iníquos vias tuas; ℟. Et ímpii ad te converténtur. *Ps.* 50. 15.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D. Bellábunt advérsùm te, & non prævalébunt: quia ego tecum sum, ait Dóminus, ut líberem te. *Jer.* 1. 19.

Oratio.

Deus, qui præséntem diem honorábilem nobis in beáti Joánnis Baptístæ Nativitáte fecísti; da pópulis tuis spirituálium grátiam gaudiórum, & ómnium Fidélium mentes dírige in viam salútis ætérnæ; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

AD PRIMAM.

Ant. Tu, Puer.

Capitulum. *Eccli.* 46. 17. 18.

In fide sua probátus est Prophéta, & cógnitus est in verbis suis fidélis, quia vidit Deum lucis.

℟. *breve.* Christe, *p.* 157.

AD TERTIAM.

Ant. Vocábitur.

Capitulum. *Act.* 13. 25.

Cum implérer Joánnes cursum suum, dicébat: Quem me arbitrámini esse non sum ego: sed ecce venit post me, cujus non sum dignus calceaménta pedum sólvere.

℟. *breve.* Dómine, non est exaltátum cor meum,

* Allelúia, allelúia. ℟. Dómine. ℣. Neque eláti sunt óculi mei. * Allelúia. Glória. ℟. Dómine. *Ps.* 130. 1.

℣. O Dómine, quia ego servus tuus, ℟. Ego servus tuus & fílius ancíllæ tuæ! *Ps.* 115. 16.

AD SEXTAM.

Ant. Nominábitur.

CAPITULUM. *Ezech.* 34. 29.

HÆc dicit Dóminus: Suscitábo eis germen nominátum, & non erunt ultrà imminúti fame in terra.

℟. *breve.* Vox Dómini super aquas, * Allelúia, allelúia. ℟. Vox. ℣. Deus majestátis intónuit. * Allelúia. Glória. ℟. Vox. *Ps.* 28. 3.

℣. Misit Dóminus servum suum, ℟. Quem elégit ipsum. *Ps.* 104. 26.

AD NONAM.

Ant. Hæc dicit.

CAPITULUM. *Jer.* 1. 17.

HÆc dicit Dóminus: Accínge lumbos tuos, & surge, & lóquere ad eos ómnia quæ ego præcípio tibi.

℟. *breve.* Annuntiávi justítiam tuam, in ecclésia magna, * Allelúia, allelúia. ℟. Annuntiávi. ℣. Ecce lábia mea non prohibébo. * Allelúia. Glória. ℟. Annuntiávi. *Ps.* 39. 10.

℣. Justítiam tuam, Dómine, non abscóndi in corde meo: ℟. Veritátem tuam & salutáre tuum dixi. *Ps.* 39. 11.

AD VESPERAS.

Ant. 1. D. Lex & Prophétæ usque ad Joánnem: ex eo regnum Dei evangelizátur. *Luc.* 16. 16.

Ant. 7. d. Hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum ante fáciem tuam, qui præparábit viam tuam ante te. *Matt.* 11. 10.

Ant. 2. D. Conféssus est, & non negávit, & conféssus est: Quia non sum ego Christus. *Joan.* 1. 20.

Ant. 4. E. Dixit: Médius vestrûm stetit, quem vos nescítis; ipse est qui post me ventúrus est, qui ante me factus est. *Joan.* 1. 26. 27.

Ant. 6. F. Omnia quæcúmque dixit Joánnes de Christo, vera erant; & multi credidérunt in eum. *Joan.* 10. 42.

CAPITULUM. *Is.* 51. 15. 16.

DOminus exercítuum nomen meum. Pósui verba mea in ore tuo, & in umbra manûs meæ protéxi te, ut plantes cœlos & fundes terram, & dicas ad Sion: Pópulus meus es tu.

HYMNUS. C.

QUid moras nectis? Dómino jubénti
Cede: qui sacro lavat igne corda,
Hic tuis ardet mánibus, Joánnes,
Amne lavári.

QUIS fuit sensus tibi, cùm vidéres
Súpplicis ritu dare colla pronum,
Cui pedum summo réputes honóri
Sólvere lora?

CERNIS ut, nimbo rutilánte, Christo
Spíritus, Patris comitánte voce,
Incubat, sese Triadísque tota
Pandit imágo?

DILIGENS instas óperi minister:
Víctimam mundi scelus auferéntem
Prǽdicas Agnum, digitóque fidus
Indice monstras.

IMMEMOR laudis própriæ, Magístro
Débitos Christo próperas alúmnos
Réddere: ardébas mínui: decébat
Créscere Christum.

NEC fidem vitâ sat erit probásse;
Víndicem læsi rígidum pudóris
Te manet carcer: Dómino cruéntâ
Morte præíbis.

LÆTUS ætérnum célebret Paréntem
Orbis: ætérnum célebret Paréntis
Fílium: par sit tibi laus per omne,
Spíritus, ævum.
Amen.

℣. Loquébar de testimóniis tuis, Dómine, in conspéctu regum; ℟. Et non confundébar. *Ps.* 118. 46.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. d. Cœpit Jesus dícere ad turbas de Joánne: Quid exístis vidére? Prophétam? Etiam, dico vobis, & plusquàm Prophétam. *Matt.* 11. 9.

Commemoratio de S. Maxentio.

Ant. Multíplicans, ℣. Potens, *p.* xlv. *Oratio*, Deus, cujus múnere, *p.* xlix.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 2. D. Joánnes erat lucérna ardens & lucens. *Joan.* 5. 35.

Hymnus. Grates, peráсto jam die, *p.* 163.

Intra Octav. SS. Euch. O quàm stupéndas índuit, *p.* 196.

CAPITULUM. *Act.* 1. 5.

JOánnes quidem baptizávit aquâ; vos autem baptizabímini Spíritu sancto.

℟. *breve.* In manus.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 6. F. Non surréxit, inter natos mulíerum, major Joánne Baptístâ. *Matt.* 11. 11.

DIE XXV.

IN FESTO S. MAXENTII,

In territorio Pictaviensi Abbatis.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius

S. Abbatis, p. xliv. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

Ex S. Greg. Turon. & Anonymo apud Mabill.

ADjútor, qui & Maxéntius, Agathæ in Gállia Narbonénsi nóbili génere ortus, & ab Abbáte Sevéro educátus, ádeò in virtútibus profécit Evangélicis, ut in dies increbrescénte sanctitátis famâ, suos deserúerit, & in Pictaviénsem agrum delitescéndi stúdio fúgerit. Fusis ad Hilárii magni túmulum précibus, Agápitum venerábilem Presbýterum ádiit, qui quosdam Dei servos ad Séparim amnem sanctíssimè regébat. Ibi mutáto nómine Maxéntius vocári vóluit, & paulò pòst, unánimi consénsu Agápiti & Monachórum, Abbas eléctus est. Monastérium à Barbarórum invasióne deféndit, divínitùs corrépto qui primus contra Maxéntium evagináre gládium ausus est, aliísque viso miráculo pertérritis & fugátis. Jam ferè septuagenárius, in cœnóbio ejus nómine ac miráculis illústri óbiit, anno quingentésimo décimo quinto.

Oratio, Deus, cujus múnere, *p.* xlix.

Vesperæ de Sequenti, cum Commemoratione de S. Maxentio, & de SS. Joanne & Paulo Martyribus.

DIE XXVI.

IN FESTO INVENTIONIS ET TRANSLATIONIS Reliquiarum sancti Hilarii Episcopi Pictaviensis & Ecclesiæ Doctoris.

Duplex majus.

Omnia de Communi unius S. Doctoris, p. xxx. *additis quæ sequuntur.*

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Ex S. Fortunato, S. Greg. Turonensi, Bolland. & aliis.

SUblátus è vivis Hilárius, in suburbánum templum sanctórum Joánnis & Pauli exportátus, & marmóreo túmulo mandátus, religióso statim Pictaviénsis Ecclésiæ cultu, maximísque miráculis incláruit. At dírutâ paulò pòst barbarórum furóre Basílicâ, ignótus remánsit túmuli locus. A Clodovæo in Alarícum Gothórum Arianórum príncipem, juxta campum Vocladiénsem, insígni reportátâ victóriâ, cujus præságium fúerat globus ígneus è vértice templi in quo delitescébant sacræ Relíquiæ, nihil non egit sanctus Fridolínus, ut sacrum pignus detégeret. Ipsi ígitur in oratióne pernoctánti appáret beátus Hilárius, & Reliquiárum latíbulum, locúm-

que in quo eas repóni vellet, osténdit. Jussis lætus obtemperávit Fridolínus: Clodovæum ádiit: factum narrávit, & ab eo impetrátis ad templi reædificatiónem súmptibus necessáriis, Translatiónem solémnem in locum à beáto Hilário designátum promóvit. Perácto Missæ Sacrificio, retéctam ingréditur cryptam, præsénte Fridolíno, Pictaviénsis Antístes Adélphius: & extráctas Relíquias in locum parátum depónit. In illa Translatióne plura sunt patráta mirácula. Hinc ad Hilárii túmulum frequéntior quàm antè populórum concúrsus: hinc religiósè celebráta quotánnis transláti córporis memória.

Sermo sancti Petri Damiáni.

Sermone in Translat. beati Hilarii.

LECTIO V.

GAudeámus & exultémus, dilectíssimi, dum ad recoléndum beáti Hilárii sublímia mérita solémniter convenímus. Ipsa quoque nos insígnis vocábuli dígnitas próvocat, ut mens nostra spiritáli lætítiâ affécta, plausibíliter hilaréscat. Nihilóminùs & hoc dignum est, ut dum beáti viri Translatiónem cólimus, ipsi quoque mentes nostras à terrénis desidériis ad cœléstia transferámus: ut dum glebam córporis ejus, tenuémque pulvísculum tanto præférri apud hómines honóre conspícimus, quantum glóriæ pondus in cœléstibus possídeat, ubi verus & incomparábilis honor est, mens nostra perpéndat.

LECTIO VI.

POrrò autem ex occasióne venerándæ Translatiónis hujus, & cætera beáti viri gesta nobis in memóriam rédeunt: ut quæ longis antè tempóribus sunt perácta, nostris nunc dedúcta conspéctibus, quodámmodo recéntia videántur & nova. Mox enim ut disputáre de venerábilis viri gestis incípimus, prótinùs occúrrit memóriæ, quàm impenetrábilis Ecclésiæ murus hæreticórum telis obstíterit, quàm insuperábilis præliátor pervérsum Arianórum dogma, grátiâ Cathólicæ veritátis, obtríverit. Nec illud vacat, quòd cùm advérsùs hæreticórum perfídiam pugnatúrus, Seleúciam Isaúriæ óppidum péteret, puélla Gentílis divínitùs edócta, tanti Sacerdótis denuntiávit advéntum: atque ídeò cum patre Floréntio, totâque famíliâ divíni Baptísmatis méruit suscípere sacraméntum. Nec illud éxcidit insígne miráculum, quòd egrégius Póntifex púerum sinè grátia regeneratiónis extínctum, non modò matri re-

suscitátum & incólumem réddidit, sed & veræ fidei rudiméntis instrúctum, sanctæ Ecclésiæ fíliis aggregávit. Hæc ígitur & ália multa virtútum ejus insígnia nobis ex occasióne venerándæ hujus Translatiónis occúrrunt, quæ nos ad amórem Dei, & devotiónem præclári hujus Sacerdótis accéndunt.

IN III. NOCTURNO.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

Lectio VII. c. 8. v. 16. ad 21.

IPse Spíritus testimónium reddit spirítui nostro, quòd sumus fílii Dei. Si autem fílii, & hærédes: hærédes quidem Dei, cohærédes autem Christi: si tamen compátimur, ut & conglorificémur. Exístimo enim, quòd non sunt condígnæ passiónes hujus témporis, ad futúram glóriam quæ revelábitur in nobis. Nam expectátio creatúræ, revelatiónem filiórum Dei expéctat. Vanitáti enim creatúra subjécta est non volens, sed propter eum qui subjécit eam in spe: quia & ipsa creatúra liberábitur à servitúte corruptiónis, in libertátem glóriæ filiórum Dei.

Lectio VIII. v. 22. ad 27.

SCimus enim quòd omnis creatúra ingemíscit, & párturit usque adhuc. Non solùm autem illa: sed & nos ipsi primítias Spíritûs habéntes, & ipsi intra nos gémimus, adoptiónem filiórum Dei expectántes, redemptiónem córporis nostri. Spe enim salvi facti sumus. Spes autem quæ vidétur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non vidémus, sperámus: per patiéntiam expectámus. Simíliter autem & Spíritus ádjuvat infirmitátem nostram: nam quid orémus sicut opórtet, nescímus: sed ipse Spíritus póstulat pro nobis gemítibus inenarrabílibus. Qui autem scrutátur corda, scit quid desíderet Spíritus: quia secúndùm Deum póstulat pro sanctis.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio IX. c. 20. v. 27. ad 38.

Gloria corporum post resurrectionem.

ACcessérunt ad Jesum quidam Sadducæórum, qui negant esse resurrectiónem, & interrogavérunt eum. Et réliqua.

Homília sancti Hilárii Epíscopi.

In Matt. Cap. 23. n. 5.

DE ipsa resurrectióne advérsùm infidelitátem eórum ità Dóminus locútus est: Non legístis quod dictum est vobis à Deo dicénte: Ego sum Deus Abrahæ, Deus Isaac, &

Jacob: non est Deus
órum, sed vivéntium.
enim hic ad Móysen,
s istis Patriárchis jam
n quiescéntibus, extí-
Ergo quorum erat
hi Deum habébant.
autem póterant ha-
si non erant: quia in
rei est, ut esse id
e sit, cujus sit álte-
Atque ità Deum ha-
vivéntium est: cùm
æternitátis sit, & non
um quæ mórtua sunt,
id quod ætérnum
it quómodo esse illi
que semper negabún-
uorum se esse profi-
Ætérnitas?

Oratio.

us, qui Sanctórum os-
a custódis nobísque
la revélas; tríbue,
mus, ut sacrórum
Hilárii cínerum cul-
laúgeat nobis resurre-
s fidem, & ætérnæ
átis accéndat amó-
Per Dóminum.

mmem. de SS. Joanne
iulo Martyribus.

L E C T I O.

e S. Greg. Turon.

ánnes & Paulus Ro-
áni Mártyres, renas-
sub Juliáno Apóstata
um cultu, coronáti
Horum Mártyrum nó-
ad altáris Sacrifícium
jam Latína Ecclésia
mémorat: unde per
s Occidéntis Ecclésias,
n venerátio sensim

propagáta est: & quæ nunc sancti Hilárii magni nomen habet, insígnis in civitáte Pictaviénsi Basílica, prímitùs fuit Deo dicáta, sub invocatióne sanctórum Mártyrum Joánnis & Pauli.

Ant. Dedísti, ℣. Ad te, *p.* xx.

Oratio.

QUǽsumus, omnípotens Deus, ut nos gemináta lætítia hodiérnæ Festivitátis excípiat, quæ de beatórum Joánnis & Pauli glorificatióne procédit, quos éadem fides & pássio verè fecit esse germános; Per Dóminum.

Ad Vesperas Comm. de Sequenti.

Ant. Agnóscent, ℣. Viríliter, *p.* xvij. *Oratio*, Mártyris tui, *p.* xxj.

D I E XXVII.

I N F E S T O
SANCTI IRENÆI,
Lugdunensis Episcopi & Ecclesiæ Doctoris, & Sociorum ejus, Martyrum.

Semiduplex.

Omnia de Communi plurium Martyrum, p. xvj. *additis quæ sequuntur.*

Ex libro primo Historiárum sancti Gregórii Turonénsis Epíscopi.

Lib. 1. *Hist. Cap.* 27.

L E C T I O III.

BEatíssimus Irenæus, Pothíni succéssor Mártyris, qui à beáto Polycárpo Lugdunénsem ad ur-

bem diréctus est, admirábili virtúte enítuit: qui in módici témporis spátio, prædicatióne suâ, máximè in íntegro civitátem réddidit Christiánam. Sed veniénte persecutióne, tália ibídem diábolus bella per tyránnum exércuit, & tanta ibi multitúdo Christianórum ob confessiónem Dominíci nóminis est juguláta, ut per platéas flúmina cúrrerent de sánguine Christiáno. Quorum nec númerum, nec nómina collígere potúimus: Dóminus enim eos in libro vitæ conscrípsit. Beátum Irenæum divérsis in sua cárnifex præséntia pœnis afféctum, Christo Dómino per Martýrium dedicávit.

Oratio, Mártyris tui, *p.* xxj.

DIE XXVIII.

IN VIGILIA

SS. APOSTOLORUM

PETRI ET PAULI.

Officium de Feria occurrente, additis quæ sequuntur.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Prima Lectio de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis.

Sermo sancti Bernárdi Abbátis.

Serm. in Vigil. SS. Petri & Pauli. n. 3. & 4.

LECTIO II.

GAúdium nostrum in hac valle lacrymárum, lacrymárum pane condíri debet. Si hæc in Vigíliis uniuscujúsque sancti cogitáre debémus, quid faciémus in Solemnitáte sanctórum & summórum Apostolórum? Petrum & Paulum loquor. Sufficeret uníus Festívitas ad infundéndam exultatiónem univérsæ terræ: sed ambórum juncta est, ad cúmulum gaudiórum; ut quómodo in vita sua dilexérunt se, ità & in morte non sint separáti. Quid illis poténtius, dum fuérunt in terris, quorum álteri tradúntur claves regni cœlórũ, álteri magistérium Géntium? Et qui nobis reliquérunt majóra exémpla, quàm illi, qui in fame & siti, in frígore & nuditáte, & in ómnibus illis quæ Paulus enúmerat, júgiter sunt afflícti, & demùm felíci Martýrio regna cœléstia conscendérunt? Verè nobis rubor confusiónis sunt, quos vix audeámus respícere, ne dicam imitári. Orémus ergo eos, ut ipsi propítium nobis reddant Amícum suum, Júdicem nostrum, qui est Deus benedíctus in sécula.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO III. *c.* 22. *v.* 54. *ad* 62.

Peccatum & pœnitentia Petri.

PRíncipes sacerdótum & Magistrátus Templi, & Senióres comprehendéntes

duxérunt ad domum
is Sacerdótum. Et

lia sancti Leónis
Papæ.
9. De Pass. Cap. 4.
m se ad excipiéndum
iquitátis judícium,
lius præbuísset, beá-
óstolus Petrus, cu-
es eâ devotióne fer-
ut & Dómino cóm-
rátus esset & cóm-
ancíllâ sacerdótis
niánte pertérritus, ex
itáte periculum nega-
incúrrit: ob hoc, sicut
t, hæsitáre permís-
in Ecclésiæ Príncipe
lium pœniténtiæ con-
r, & nemo audéret
a virtúte confídere,
lo mutabilitátis perí-
, nec beátus Petrus
set evádere. Dómi-
utem Jesus qui intra
ficále concílium solo
re tenebátur, trepida-
m discípuli foris pó-
víno vidit intúitu: &
tis ánimum, mox ut
xit, eréxit, & in fletus
túdinis excitávit. Felí-
sancte Apóstole, lá-
æ tuæ, quæ ad diluén-
culpam negatiónis,
tem sacri habuére bap-
tis! Adfuit enim déx-
Dómini Jesu Christi,
labéntem te, priús-
dejiceréris, excípe-
firmitátem standi, in
adéndi perículo rece-
Vidit in te Dóminus, nón fidem victam, non di-lectiónem evérsam, sed constántiam fuísse turbátam. Abundávit fletus, ubi non defécit afféctus: & fons caritátis lavit verba formídinis: nec tardátum est remédium abolitiónis, ubi non fuit judícium voluntátis. Citò ítaque in soliditátem suam rédiit Petrus, tantam recípiens fortitúdinem, ut quod tunc in Christi expáverat passióne, in suo pòst supplício non timéret.

℟. iij. Est homo márcidus, egens recuperatióne, plus defíciens virtúte, & abúndans paupertáte: * Et óculus Dei respéxit illum in bono, & eréxit eum. *Eccli.* 11. 12. 13. ℣. Adhuc Petro loquénte, cantávit gallus: & convérsus Dóminus respéxit Petrum. *Luc.* 22. 60. 61. * Et óculus. Glória. * Et óculus.

AD LAUDES MATUTINAS.

Post Hym. ℣. Propter te, Dómine, mortificámur totâ die; ℟. Æstimáti sumus sicut oves occisiónis. *Ps.* 43. 22.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. 2. Deus nos Apóstolos novíssimos osténdit, tanquam morti destinátos. 1. *Cor.* 4. 9.

Dicuntur Preces, flexis genibus, p. 155.

Oratio.

Deus, qui nobis beatórum Apostolórum Pe-

tri & Pauli Natalítia glo-
riósa præíre concédis: trí-
bue, quæsumus, eórum
nos semper, & benefíciis
præveníri, & oratiónibus
adjuvári; Per Dóminum
nostrum Jesum Christum
Fílium tuum, qui tecum
vivit & regnat in unitáte
Spíritûs sancti Deus, Per
ómnia sécula seculórum.
℟. Amen.

AD HORAS, *Preces, flexis genibus, ut in Psalterio*, p. 158. *& sequent.*

Oratio, Deus, qui, *suprà*.





H. Gravelot inv. C. Baquoy Sculp.

Cùm senueris, extendes manus tuas, et alius te cinget.
Joan. 21. 18.

DIE XXIX.

IN FESTO

SS. APOSTOLORUM

PETRI ET PAULI.

ANNUALE.

IN I. VESPERIS.
Psalmi de Feria.
Antiphona 7. toni d.

QUid sunt duæ olívæ istæ, ad déxteram candelábri & ad sinístram ejus? *Zach.* 4. 11.

Ant. 2. D. Quid sunt duæ spicæ olivárum, quæ sunt juxta duo rostra áurea? *Zach.* 4. 12.

Ant. 1. a. Isti sunt duo filii ólei, qui assístunt Dominatóri univérsæ terræ. *Zach.* 4. 14.

Ant. 8. g. De vértice móntium clamábunt; ponent Dómino glóriam, & laudem ejus in ínsulis nuntiábunt. *Is.* 42. 11. 12.

Ant. 4. E. Si quis volúerit eis nocére, ignis éxiet de ore eórum, & devorábit inimícos eórum. *Apoc.* 11. 5.

CAPITULUM. *Is.* 61. 8. 9.

EGo Dóminus, dabo opus eórum in veritáte, & fœdus perpétuum fériam eis, & scient in Géntibus semen eórum, & germen eórum in médio populórum.

℟. Ego annuntiávi & salvávi: audítum feci, & non fuit in vobis aliénus: * Vos testes mei, dicit Dóminus, & ego Deus. *Is.* 43. 12. ℣. Qui operátus est Petro in Apostolátum Circumcisiónis, operátus est & mihi inter Gentes. *Gal.* 2. 8. * Vos. Glória. *Resumitur* ℟. Ego.

HYMNUS.

QUos fides, virtus, pietásque junxit,
Príncipes cœli géminos canámus:
Par decus vitæ, váriæ nec impar
Glória mortis.

DUM latet summi déitas Magístri,
Véritas Petro sinè nube fulget:
Primus ætérno génitum fatétur
Númine Christum.

QUA patet tellus, pópulos Tonánti

Géntium doctor domat ore
Paulus:
Hinc triumpháto rétulit supérbum
Nomen ab orbe.

MILLE post gentes Dómino subáctas,
Hic cadit ferro, cruce pendet alter;
Spléndidam sortes meruére fuso
Sánguine laurum.

EXPIANS septem cruor iste montes,
Rore fecúndo beat; inde pingui
Efferent agro generósa pulchram
Sémina messem.

ROMA, ditáris moriénte Petro;
Fis potestátis potióris hæres:
Majus & bello tibi Christiána
Pax decus addit.

STABIT ætérnùm tua, Petre, Sedes:
Hanc super Petram struit, hanc fidélis
Fundat immótam Deus, ac perénni
Fœdere firmat.

LAUS Deo Patri, genitóque Verbo,
Laus tibi compar, utriúsque Flamen:
Nósque fac, tantis dúcibus, beátos
Tángere portus.
Amen.

℣. Súscitans Dóminus à terra ínopem; ℟. Ut cóllocet eum cum princípibus. *Ps.* 112. 7. 8.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *F.* Omnia ópera illórum velut sol in conspéctu Dei: & óculi ejus sinè intermissióne inspiciéntes in viis eórum. *Eccli.* 17. 16.

Oratio.

DEus, qui Ecclésiam tuam Apóstoli tui Petri fide & nómine consecrásti; quíque beátum illi Paulum ad prædicándam Géntibus glóriam tuam sociáre dignátus es; concéde ut omnes qui ad eórum Solémnia convenérunt, spirituáli remuneratióne ditèntur; Per Dóminum.

COMPLETORIUM *habetur post secundas Vesperas, eo solo discrimine, quòd hic dicuntur Psalmi de Feria.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Caput córporis Ecclésiæ, Christum, * Veníte, adorémus. *Coloss.* 1. 18.

Psalmus, Veníte, *p.* 2. *ritu solemni.*

HYMNUS.

AMBO divíni Próceres Senátûs,
Príncipes cœli, sócii labórum,
Quos amor junxit, simul una jungat
Pompa triúmphi.

PAR fides, & par utriúsque votum,
Corda divíno penetránte verbo,
Sub jugo Christi nimis obstinátas
Súbdere gentes.

MAGNA

MAGNA vos vidit stupuítque Roma,
Roma tot diris habitáta monstris;
Vidit excísis pénitùs sepúlta
Númina fanis.

TOTUS in Roma superátus orbis:
Par locus tantis utriúsque palmis,
Usque cœléstis pretiósa servat
Sémina verbi.

LAUS Deo Patri, genitóque Verbo;
Laus tibi compar, utriúsque Flamen:
Nósque fac, tantis dúcibus, beátos
Tángere portus.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

In Psal. 18. Cœli enárrant, *p.* 39.

Ant. 7. d. Ambulans Jesus juxta mare Galilǽæ, vidit duos fratres, Simónem qui vocátur Petrus, & Andréam. *Matt.* 4. 18.

In divis. Psal. 18. Lex Dómini, *p.* 39.

Ant. 8. c. Ait illis Jesus: Veníte post me, & fáciam vos fíeri piscatóres hóminum. *Matt.* 4. 19.

In Psal. 46. Omnes gentes, *p.* 137.

Ant. 5. a. Illi contínuò, relíctis rétibus, secúti sunt eum. *Matt.* 4. 20.

℣. Beátus quem elegísti & assumpsísti, Dómine; ℟. Inhabitábit in átriis tuis. *Ps.* 64. 5.

De Ezechiéle Prophéta.

LECTIO I. *c.* 2. *v.* 1. *ad* 7.

AUdívi vocem loquéntis. Et dixit ad me: Fili hóminis, sta super pedes tuos, & loquar tecum. Et ingréssus est in me Spíritus, postquàm locútus est mihi, & státuit me supra pedes meos. Et audívi loquéntem ad me, & dicéntem: Fili hóminis, mitto ego te ad filios Israël, ad gentes apostatríces quæ recessérunt à me: ipsi & patres eórum prævaricáti sunt pactum meum, usque ad diem hanc. Et filii durâ fácie & indomábili corde sunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos: Hæc dicit Dóminus Deus: Si fortè vel ipsi aúdiant, & si fortè quiéscant, quóniam domus exásperans est: & scient quia Prophéta fúerit in médio eórum. Tu ergo, fili hóminis, ne tímeas eos, neque sermónes eórum métuas: quóniam incréduli & subversóres sunt tecum, & cum scorpiónibus hábitas. Verba eórum ne tímeas, & vultus eórum ne formídes: quia domus exásperans est. Loquéris ergo verba mea ad eos, si fortè aúdiant, & quiéscant: quóniam irritatóres sunt.

℟. *j.* Dóminus dixit ei: * Ego ero tecum; & hoc habébis signum quòd míserim te. *Exod.* 3. 12. ℣. Dicit Jesus Petro: Séquere me. *Joan.* 21. 19. * Ego. Glória. * Ego.

Lectio II. *c.* 3. *v.* 4. *ad* 11.

Et dixit ad me: Fili hóminis, vade ad domum Israël, & loquéris verba mea ad eos. Non enim ad pópulum profúndi sermónis & ignótæ linguæ tu mítteris, ad domum Israël: neque ad pópulos multos profúndi sermónis & ignótæ linguæ, quorum non possis audíre sermónes: & si ad illos mitteréris, ipsi audírent te. Domus autem Israël nolunt audíre te, quia nolunt audíre me: omnis quippe domus Israël attrítâ fronte est & duro corde. Ecce dedi fáciem tuam valentiórem faciébus eórum, & frontem tuam duriórem fróntibus eórum. Ut adamántem, & ut sílicem dedi fáciem tuam: ne tímeas eos, neque métuas à fácie eórum: quia domus exáspérans est. Et dixit ad me: Fili hóminis, omnes sermónes meos quos ego loquor ad te, assúme in corde tuo, & aúribus tuis audi, & vade. Ingrédere ad transmigratiónem, ad fílios pópuli tui: & loquéris ad eos, & dices eis: Hæc dicit Dóminus Deus: si fortè aúdiant, & quiéscant.

℟. *ij.* Omnis ánima vivens quæ serpit, quocúmque vénerit torrens, vivet; * Et erunt pisces multi satìs, postquàm vénerint illuc aquæ istæ. *Ezech.* 47. 9. ℣. Dixit Jesus ad Simónem: Duc in altum, & laxáte rétia vestra in captúram. *Luc.* 5. 4. * Et erunt. Glória. * Et erunt.

Lectio III. *v.* 16. *ad* 21.

Factum est verbum Dómini ad me, dicens: Fili hóminis, speculatórem dedi te dómui Israël: & aúdies de ore meo verbum, & annuntiábis eis ex me. Si dicénte me ad ímpium: Morte moriéris, non annuntiáveris ei, neque locútus fúeris ut avertátur à via sua ímpia & vivat, ipse ímpius in iniquitáte sua moriétur: sánguinem autem ejus de manu tua requíram. Si autem tu annuntiáveris ímpio, & ille non fúerit convérsus ab impietáte sua, & à via sua ímpia: ipse quidem in iniquitáte sua moriétur, tu autem ánimam tuam liberásti. Sed & si convérsus justus à justítia sua fúerit, & fécerit iniquitátem, ponam offendículum coram eo, ipse moriétur, quia non annuntiásti ei: in peccáto suo moriétur, & non erunt in memória justítiæ ejus quas fecit: sánguinem verò ejus de manu tua requíram. Si autem tu annuntiáveris justo ut non peccet justus, & ille non peccáverit, vivens vivet, quia annuntiásti ei: & tu ánimam tuam liberásti.

℟. *iij.* Deus patris tui erit adjútor tuus, * Et Omnípotens benedícet tibi be-

nedictiónibus cœli désuper. *Gen.* 49. 25. ℣. Intúitus Simónem Jesus dixit: Tu es Simon filius Jona: tu vocáberis Cephas, quod interpretátur Petrus. *Joan.* 1. 42. * Et. Glória. *Resumitur* ℟. Deus.

IN II. NOCTURNO.

In Psal. 44. Eructávit, *p.* 96.

Ant. 3. *a.* Dicit discípulis Jesus: Vos, quem me esse dícitis? Respóndens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus Fílius Dei vivi. *Matt.* 16. 15. 16.

In divis. Psal. 44. Audi, filia, *p.* 96.

Ant. 8. G. Dixit Jesu Simon: Dómine, tecum parátus sum, & in cárcerem, & in mortem ire. *Luc.* 22. 33.

In Psal. 74. Confitébimur tibi, Deus, *p.* 80.

Ant. 2. *D.* Dicit Simóni Petro Jesus: Simon Joánnis, díligis me plus his? Dicit ei: Etiam, Dómine, tu scis quia amo te. *Joan.* 21. 15.

℣. Dicant semper: Magnificétur Dóminus, ℟. Qui díligunt salutáre tuum. *Ps.* 69. 5.

Sermo sancti Bernárdi Abbátis.

Serm. 1. *in Fest. Apost.* n. 1.

LECTIO IV.

GLoriósa nobis Solémnitas illúxit, quam præclári Mártyres, Mártyrum Duces, Apostolórum Príncipes, morte claríssimâ consecrârunt. Isti sunt Petrus & Paulus, duo magna luminária, quos Deus in córpore Ecclésiæ suæ constítuit quasi géminum lumen oculórum. Hi mihi tráditi sunt in magístros & in mediatóres, quibus secúrè me commíttere possim: quia & notas mihi fecérunt vias vitæ, & mediántibus illis, ad illum Mediatórem ascéndere pótero, qui venit pacificáre per sánguinem suum, & quæ in cœlis, & quæ in terris sunt. Ille enim in utráque natúra puríssimus est, qui peccátum non fecit, nec invéntus est dolus in ore ejus. Quómodo ergo ad illum accédere audébo, qui sum supra modum peccans peccátor, qui peccávi supra númerum arénæ maris; cùm ille púrior, ego impúrior esse non possim? Proptéreà dedit mihi Deus hómines istos, qui & hómines essent & peccatóres, & máximi peccatóres: qui in seípsis & de seípsis díscerent, quáliter áliis miseréri debérent. Magnórum enim críminum rei, magnis crimínibus fácilè donábunt véniam: & in qua mensúra mensum est eis, rementiéntur nobis.

℟. iv. Propósui Sapiéntiam addúcere mihi ad convivéndum, sciens quóniam * Mecum communicábit de bonis, & erit allocútio cogitatiónis & tædii mei.

Sap. 8. 9. ℣. Respóndit Jesu Simon Petrus : Dómine, ad quem íbimus ? verba vitæ ætérnæ habes. *Joan.* 6. 69. * Mecum. Glória. * Mecum.

LECTIO V. n. 1. 2.

PEccávit peccátum grande Petrus Apóstolus, & fortássis quo grándius nullum est : & tam velocíssimè quàm facíllimè véniam consecútus est : & sic, ut nihil de singularitáte sui primátûs amítteret. Sed & Paulus qui in ipsa víscera nascéntis Ecclésiæ tam singuláriter quàm incomparabíliter grassátus est, per ipsíus Fílii Dei vocem ad fidem addúcitur : & pro tantis malis, tantis bonis replétus est, ut vas electiónis fíeret, ad portándum nomen ejus coram Géntibus, & régibus, & fíliis Israël : vas dignum & cœléstibus férculis replétum, de quo & sanus escam, & infírmus accípiat medicínam. Tales decébat humáno géneri pastóres & doctóres constítui, qui & dulces essent & poténtes, & nihilóminùs sapiéntes. Dulces, ut me blandè & misericórditer suscíperent : poténtes, ut fórtiter protégerent : sapiéntes, ut ad viam & per viam dúcerent, quæ ducit ad Civitátem.

℟. *v.* Dómine, qui dixísti mihi : Revértere in terram tuam, & in locum nativitátis tuæ, & benefáciam tibi : * Minor sum cunctis miseratiónibus tuis. *Gen.* 32. 9. 10. ℣. Simon Petrus prócidit ad génua Jesu, dicens : Exi à me, quia homo peccátor sum, Dómine. *Luc.* 5. 8. * Minor. Glória. * Minor.

LECTIO VI. n. 2. 3.

QUid Petro dúlcius, qui tam dúlciter ad se omnes cónvocat peccatóres, sicut & Actus Apostólici, & Epistolárum ejus séries attestátur ? Quid illo poténtius, cui & terra obedívit, cum mórtuos réddidit ; & mare sub pédibus ejus se calcábile præbuit : qui Simónem magum spíritu oris sui in áere áttigit : qui claves regni cœlórum tam singuláriter accépit, ut præcédat senténtia Petri senténtiam cœli ? Quid autem illo sapiéntius, cui non caro & sanguis, sed Pater qui in cœlis est, sapiéntiam illam quæ de cœlis est, multâ largitáte revelávit ? Libentíssimè Paulum sequor, qui præ nímia dulcédine luget eos qui peccavérunt & non egérunt pœniténtiam : qui fórtior est omni Principátu & Potestáte : qui sapiéntiam & medúllam sacrórum sénsuum, non à primo vel secúndo, sed à tértio cœlo lárgiter asportávit. Hi sunt magístri nostri, qui à Magístro ómnium vias vitæ pléniùs didicérunt, & docent nos usque in hodiérnum diem.

℟. *vj*. Vivit Dóminus meus Rex: quóniam * In quocúmque loco fúeris, Dómine mi Rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus. 2. *Reg*. 15. 21. ℣. Petrus ait Jesu: Etsi omnes scandalizáti fúerint in te, ego nunquam scandalizábor. *Matt*. 26. 33. * In. Glória. *Resumitur* ℟. Vivit.

IN III. NOCTURNO.

In Psal. 43. Deus, áuribus nostris, *p*. 70.

Ant. 1. a. Ait ad Simónem Jesus: Noli timére; ex hoc jam hómines eris cápiens. *Luc*. 5. 10.

In divis. Psal. 43. In Deo laudábimur, *p*. 70.

Ant. 2. D. Dixit ei: Pasce oves meas. *Joan*. 21. 17.

In alter divis. Psal. 43. Si oblíti sumus, *p*. 71.

Ant. 8. G. Ego rogávi pro te, ut non defíciat fides tua; & tu aliquándo convérsus, confírma fratres tuos. *Luc*. 22. 32.

℣. Dóminus humília réspicit in cœlo & in terra, ℟. Súscitans à terra ínopem. *Ps*. 112. 6. 7.

De Epístola secúnda beáti Petri Apóstoli.

Lectio VII. *c*. 1. *v*. 1. *ad* 9.

Simon Petrus, servus & Apóstolus Jesu Christi, iis qui coæquálem nobíscum sortíti sunt fidem, in justítia Dei nostri & Salvatóris Jesu Christi, grátia vobis & pax adimpleátur, in cognitióne Dei & Christi Jesu Dómini nostri. Quómodo ómnia nobis divínæ virtútis suæ, quæ ad vitam & pietátem donáta sunt, per cognitiónem ejus qui vocávit nos própriâ glóriâ & virtúte, per quem máxima & pretiósa nobis promíssa donávit: ut per hæc efficiámini divínæ consórtes natúræ, fugiéntes ejus quæ in mundo est, concupiscéntiæ corruptiónem. Vos autem curam omnem subinferéntes, ministráte in fide vestra virtútem, in virtúte autem sciéntiam, in sciéntia autem abstinéntiam, in abstinéntia autem patiéntiam, in patiéntia autem pietátem, in pietáte autem amórem fraternitátis, in amóre autem fraternitátis caritátem. Hæc enim si vobíscum adsint & súperent; non vácuos, nec sinè fructu vos constítuent in Dómini nostri Jesu Christi cognitióne. Cui enim non præstò sunt hæc, cæcus est & manu tentans, obliviónem accípiens purgatiónis véterum suórum delictórum.

℟. *vij*. Erit quasi pater habitántibus Jerúsalem, & dómui Juda: & * Dabo clavem domûs David super húmerum ejus. *Is*. 22. 21. 22. ℣. Supra ómnia quæ póssidet, constítuet illum. *Luc*. 12. 44. * Dabo. Glória. * Dabo.

Lectio VIII. *v.* 10. *ad* 15.

QUaprópter, fratres, magìs satágite, ut per bona ópera certam vestram vocatiónem & electiónem faciátis: hæc enim faciéntes, non peccábitis aliquándo. Sic enim abundánter ministrábitur vobis intróitus in ætérnum regnum Dómini nostri & Salvatóris Jesu Christi. Propter quod incípiam vos semper commonére de his: & quidem sciéntes & confirmátos vos in præsénti veritáte. Justum autem árbitror quándiu sum in hoc tabernáculo, suscitáre vos in commonitióne: certus quòd velox est depositio tabernáculi mei, secúndùm quod & Dóminus noster Jesus Christus significávit mihi. Dabo autem óperam & frequénter habére vos post óbitum meum, ut horum memóriam faciátis.

℟. *viij.* Hæc dicit Dóminus: Judicábis domum meam, * Et custódies átria mea. *Zach.* 3. 7. ℣. Quodcúmque ligáveris super terram, erit ligátum & in cœlis; & quodcúmque sólveris super terram, erit solútum & in cœlis. *Matt.* 16. 19. * Et. Glória. * Et.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Joánnem.

Lectio IX. *c.* 21. *v.* 15. *ad* 19.

Ecclesia Christi Petro commendata.

DIcit Simóni Petro Jesus: Simon Joánnis, díligis me plus his? Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

In Joan. Evang. Tract. 123. n. 4. 5.

CUm esses júnior, cingébas te, & ambulábas ubi volébas: cùm autem senúeris, exténdes manus tuas, & álius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autem dixit, signíficans quâ morte clarificatúrus esset Deum. Hunc invénit éxitum ille negátor & amátor, præsuméndo elátus, negándo prostrátus, flendo purgátus, confiténdo probátus, patiéndo coronátus. Hunc invénit éxitum, ut pro ejus nómine, perféctâ dilectióne morerétur, cum quo se moritúrum, pervérsâ festinatióne promíserat. Fáciat, ejus resurrectióne firmátus, quod immatúrè pollicebátur infírmus. Hoc enim oportébat, ut priùs Christus pro Petri salúte, deínde Petrus pro Christi prædicatióne morerétur. Dóminus quod sciébat intérrogat, nec semel, sed íterùm ac tértiò, utrùm Petrus eum díligat: nec áliud tóties audit à Petro, quàm se díligi: nec áliud tóties comméndat Petro, quàm suas oves pasci. Rédditur negatióni trinæ trina conféssio: ne minùs amóri lingua sérviat quàm timóri, & plus vocis elicuísse

videátur mors ímminens, quàm vita præsens. Sit amóris offícium páscere Domínicum gregem: si fuit timóris indícium, negáre Pastórem. Qui hoc ánimo pascunt oves Christi, ut suas velint esse, non Christi, se convincúntur amáre, non Christum, vel gloriándi, vel dominándi, vel acquiréndi cupiditáte: non obediéndi, & subveniéndi, & Deo placéndi caritáte.

℟. *jx.* Cantábitur Cánticum istud in terra Juda: * Urbs fortitúdinis nostræ Sion, Salvátor ponétur in ea murus & antemurále. *Is.* 26. 1. ℣. Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificábo Ecclésiam meam. *Matt.* 16. 18. * Urbs. Glória. *Resumitur* ℟. Cantábitur.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Nimis honorificáti sunt amíci tui, Deus; ℟. Nimis confortátus est principátus eórum. *Ps.* 138. 17.

Psalmi de Dominica.

Ant. 1. *D.* Dixit Dóminus ad te: Tu pasces pópulum meum Israël, & tu eris dux super Israël. 2. *Reg.* 5. 2.

Ant. 2. D. Tu eras qui educébas & introducébas Israël: tibi enim dixit Dóminus Deus tuus: Tu pasces pópulum meum. 1. *Par.* 11. 2.

Ant. 3. *à.* Cùm senúeris, exténdes manus tuas, & álius te cinget, & ducet quò tu non vis. *Joan.* 21. 18.

Ant. 4. f. Omnes.

CANTICUM ISAIÆ. *c.* 52. *v.* 7. *ad* 10.

Prædicatorum Evangelicæ pacis encomium.

Quàm pulchri super montes pedes annuntiántis & prædicántis pacem: * annuntiántis bonum!

Prædicántis salútem, * dicéntis Sion: Regnábit Deus tuus!

Vox speculatórum tuórum: * levavérunt vocem, simul laudábunt:

Quia óculo ad óculum vidébunt; * cùm convérterit Dóminus Sion.

Gaudéte & laudáte simul, desérta Jerúsalem; * quia consolátus est Dóminus pópulum suum, redémit Jerúsalem.

Parávit Dóminus bráchium sanctum suum, * in óculis ómnium géntium:

Et vidébunt omnes fines terræ * salutáre Dei nostri.

Ant. Omnes nos in conspéctu tuo ádsumus, audíre ómnia quæcúmque tibi præcépta sunt à Dómino. *Act.* 10. 33.

Ant. 8. G. Requiésces, & non erit qui te extérreat; & deprecabúntur fáciem tuam plúrimi. *Job.* 11. 19.

Capitulum. 1. *Cor.* 1. 26. 27.

Vidéte vocatiónem vestram, fratres, quia non multi sapiéntes secúndùm carnem, non multi poténtes, non multi nóbiles; sed quæ stulta sunt mundi, elégit Deus, ut confúndat sapiéntes.

Hymnus.

Supreme Princeps,
Dux gregis,
Qui clausa pandis sídera,
Spectánte Româ clárior
Intras Olýmpum sánguine.

Affixus alto stípiti,
Invértis in terram caput:
Quò te magìs nunc déjicis,
Hoc mente major émicas.

Non ausus eréctæ crucis
Ambíre Petrus glóriam,
Cœlo datúrus spíritum
Pedes adórat Núminis.

Paulus magíster Géntium,
Mactátur ense, víctima;
Minórque ponit vérticem
Christo suprémo vértici.

Cursus perégit ímpigros,
Gaudétque Christo pérfrui;
Labóre partis árduo
Victor corónis cíngitur.

Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Magnificéntiam glóriæ sanctitátis tuæ, Dómine, loquéntur; ℟. Et mirabília tua narrábunt. *Ps.* 144. 5.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D. Fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicístis malígnum. 1. *Joan.* 2. 14.

Oratio.

Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri & Pauli Martýrio consecrásti; da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcéptum, per quos Religiónis sumpsit exórdium; Per Dóminum.

Ad Horas, *Doxologia*

Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 1. *D.* Facta est vox ad Petrum: Surge, Petre, occíde, & mandúca. *Act.* 10. 13.

Capitulum. *Is.* 66. 19. 20.

Annuntiábunt glóriam meam Géntibus, & addúcent omnes fratres vestros de cunctis géntibus donum Dómino.

℟. *breve.* Christe.

CANON.

Ex Concílio Florentíno Œcuménico.

Anno 1439.

Definímus sanctam Apostólicam Sedem, & Románum Pontíficem successórem esse beáti Petri Príncipis Apostolórum, & verum Christi Vicárium, totiúsque Ecclésiæ caput,

& ómnium Christianórum patrem ac doctórem exístere, & ipsi in beáto Petro, pascéndi, regéndi, & gubernándi universálem Ecclésiam, à Dómino Jesu Christo plenam potestátem tráditam esse.

AD TERTIAM.

Ant. 2. D. Apériens Petrus os suum, dixit: In veritáte cómperi, quia non est personárum accéptor Deus. *Act.* 10. 34.

Capitulum. *Rom.* 2. 10. 11.

Glória, & honor, & pax, omni operánti bonum, Judǽo primùm & Græco: non enim est accéptio personárum apud Deum.

℟. *breve.* Annuntiavérunt cœli justítiam ejus, * Allelúia, allelúia. ℟. Annuntiavérunt. ℣. Et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus. * Allelúia. Glória. ℟. Annuntiavérunt. *Ps.* 96. 6.

℣. In omnem terram exívit sonus eórum, ℟. Et in fines orbis terræ verba eórum. *Ps.* 18. 5.

AD SEXTAM.

Ant. 3. *a.* Loquénte Petro, cécidit Spíritus sanctus super omnes qui audiébant verbum. *Act.* 10. 44.

Capitulum. *Act.* 15. 8. 9.

Qui novit corda Deus, testimónium perhíbuit dans illis Spíritum sanctum, sicut & nobis; & nihil discrévit inter nos & illos, fide puríficans corda eórum.

℟. *breve.* Dícite in Géntibus, * Allelúia, allelúia. ℟. Dícite. ℣. Quia Dóminus regnávit. * Allelúia. Glória. ℟. Dícite. *Ps.* 95. 10.

℣. Afférte Dómino, pátriæ Géntium; ℟. Afférte Dómino glóriam & honórem. *Ps.* 95. 7.

AD NONAM.

Ant. 8. G. Glorificavérunt Deum, dicéntes: Ergo & Géntibus pœniténtiam dedit Deus ad vitam. *Act.* 11. 18.

Capitulum. *Act.* 10. 46. 47.

Audiébant illos loquéntes linguis & magnificántes Deum. Tunc respóndit Petrus: Nunquid aquam quis prohibére potest, ut non baptizéntur hi, qui Spíritum sanctum accepérunt sicut & nos?

℟. *breve.* Annuntiavérunt ópera Dei, * Allelúia, allelúia. ℟. Annuntiavérunt. ℣. Et facta ejus intellexérunt. * Allelúia. Glória. ℟. Annuntiavérunt. *Ps.* 63. 10.

℣. Pósuit in eis Deus, ℟. Verba signórum suórum. *Ps.* 104. 27.

AD VESPERAS.

In Psal. 109. Dixit Dóminus, *p.* 27.

Ant. 1. J. In omni ore quasi mel indulcábitur ejus memória. *Eccli.* 49. 2.

In Psal. 112. Laudáte, púeri, *p.* 29.

Ant. 2. D. Ipse est diréctus divínitùs in pœniténtiam gentis, & tulit abominatiónes impietátis. *Eccli.* 49. 3.

In Psal. 115. Crédidi, propter quod, *p.* 109.

Ant. 3. E. Adéptus est glóriam in conversatióne gentis: & ingréssum domûs & átrii amplificávit. *Eccli.* 50. 5.

In Psal. 125. In converténdo Dóminus, *p.* 110.

Ant. 4. E. Státuit illi Deus testaméntum pacis, príncipem sanctórum & gentis suæ. *Eccli.* 45. 30.

In Psal. 127. Beáti omnes, *p.* 110.

Ant. 5. C. Hic est fratrum amátor & pópuli Israël: hic est qui multùm orat pro pópulo, & univérsa sancta Civitáte. 2. *Mach.* 15. 14.

CAPITULUM. 2. *Petr.* 3. 1. 2.

CAríssimi, vestram éxcito in commonitióne sincéram mentem, ut mémores sitis eórum quæ prædíxi verbórum à sanctis Prophétis, & Apostolórum vestrórum, præceptórum Dómini & Salvatóris.

HYMNUS. C.

TANDEM labórum, glorióſi Príncipes,
Fructum tenétis: fana passim córruunt:
Quin ipsa latè Roma victrix géntium,
Se Christiáno jam stupet subdi jugo.

SÆVIT tyránnus; at triúmphant víctimæ:
Alter per ensem victor, alter per crucem,
Cœlo corónam laureáti póssident;
Fusúsque sanguis Christiános séminat.

SUPERBA sordent Cǽsares cadávera,
Queis urbs litábat ímpii cultûs ferax:
Apostolórum gloriátur óssibus,
Fixámque adórat cóllibus suis crucem.

NUNC, ô cruóre purpuráta nóbili,
Novísque felix Roma conditóribus,
Horum trophǽis aucta, quantò vériùs
Regína fulges orbe toto cívitas!

SIT sempitérno sempitérna laus Patri:
Sit sempitérnum Fílio Patris decus:
Qui nectis ambos, æquus ambóbus, tibi,
Divíne, sit laus sempitérna, Spíritus. Amen.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, ℟. Mors sanctórum ejus. *Ps.* 115. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. C. Amábiles & decóri in vita sua, in morte quoque non sunt divísi, áquilis velocióres, leónibus fortióres. 2. *Reg.* 1. 23.

Nulla fit Commemoratio nisi occurrat aut concurrat Dominica.

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Dominica.

Ant. 2. A. Cùm finíerint testimónium suum, béstia quæ ascéndit de abýsso, fáciet advérsùm eos bellum, & vincet illos, & occídet eos. *Apoc.* 11. 7.

Hymnus. Grates, perácto jam die, *p.* 163.

Intra Octav. SS. Euch. O quàm stupéndas índuit, *p.* 196.

CAPITULUM. 2. *Petr.* 3. 15.

DOmini nostri longanimitátem salútem arbitrémini; sicut & caríssimus frater noster Paulus, secúndùm datam sibi sapiéntiam, scripsit vobis.

℟. *breve.* In manus.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. C. Audiérunt vocem magnam de cœlo dicéntem eis: Ascéndite huc: & ascendérunt in cœlum. *Apoc.* 11. 12.

DIE XXX.

IN COMMEMORATIONE SANCTI PAULI, Apostoli.

Duplex majus.

Si transferatur ad Feriam II. in II. Vesperis Dominicæ fiet solùm Commemoratio de SS. Apostolis per Ant. ℣. &c. ut in II. Vesperis diei præcedentis.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Christum, qui vocávit Paulum per grátiam suam, * Veníte, adorémus. *Gal.* 1. 15.

Psalmus, Veníte, *p.* 2. *ritu duplici.*

HYMNUS. G. S.

SAT, Paule, sat terris datum:
Post multa te certámina,
Cursu perácto, débita
Coróna jam cœlo manet.

QUOT tu mari perículis,
Terrâque jactátus malis!
Quot saxa, virgæ, cómpedes,
Quot damna, curæ, fúnera!

NUNC ille confíxum suæ
Qui te cruci dudùm tenet,
Te Christus ad vitam vocat;
Tibíque jam lucrum mori.

SED caritátis víscera
Strictis coárctant néxibus;
Christóque quos tu párturis,
Patrem repóscunt fílii.

VERUM parátus jam tibi
Finis labóris árdui,
Mercésque: bisSénos thronus
Te poscit inter Júdices.

UNI sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Grátia data est mihi à Deo, ut sim minister Christi Jesu in Géntibus. *Rom.* 15. 15. 16.

Ant. 8. c. Créditum est mihi Evangélium Præpútii, sicut & Petro Circumcisiónis. *Gal.* 2. 7.

Ant. 7. *d.* Quándiu quidem ego sum Géntium Apóstolus, ministériū meum honorificábo. *Rom.* 11. 13.

℣. Erípies me, Dómine, de contradictiónibus pópuli: ℟. Constítues me in caput Géntium. *Ps.* 17. 44.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Dixit Dóminus ad me: * Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce constítui te hódie super Gentes. *Jer.* 1. 9. 10. ℣. Ut fiat oblátio Géntium accépta & sanctificáta in Spíritu sancto. *Rom.* 15. 16. * Ecce.

℟. *ij.* Dóminus dedit mihi linguam erudítam, * Ut sciam sustentáre eum qui lassus est verbo. *Is.* 50. 4. ℣. Pósitus sum ego Prædicátor, & Apóstolus, & Magíster Géntium. 2. *Tim.* 1. 11. * Ut sciam.

℟. *iij.* Dóminus érigit mihi aurem, ut aúdiam quasi Magístrum, * Dóminus Deus apéruit mihi aurem. *Is.* 50. 4. 5. ℣. Neque enim ego ab hómine accépi Evangélium, neque dídici, sed per revelatiónem Jesu Christi. *Gal.* 1. 12. * Dóminus. Glória. * Dóminus.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. *g.* Si evangelizávero, non est mihi glória; necéssitas enim mihi incúmbit. 1. *Cor.* 9. 16.

Ant. 1. D. Prædicávi Evangélium hoc, non ubi nominátus est Christus, ne super aliénum fundaméntum ædificárem. *Rom.* 15. 20.

Ant. 5. a. Quæ est ergo merces mea? Ut Evangélium prædicans, sine sumptu ponam Evangélium. 1. *Cor.* 9. 18.

℣. Vide, Dómine, humilitátem meam, ℟. Et labórem meum. *Ps.* 24. 18.

Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi.

In 2. *Epist. ad Tim. Cap.* 2. *Hom.* 4.

Lectio IV.

Paulus Cilix erat, péllium sutor, inops, imperítus extérnæ sapiéntiæ: homo sæpè cum fame luctátus, & cui vestítus necessárius sæpè déerat. Neque hoc solùm: sed in vínculis quoque cum latrónibus & homicídis, Neróne jubénte, cædebátur tanquam maléficus. Quis ígitur illústrior, quis glorióslior? Qui caténam circumferébat, vinctúsque trahebátur ex cárcere, an qui superabátur in púrpura? qui contemnebátur ímperans, an qui jussus nihil curábat jubéntis impérium? qui, solus cùm esset, vicit, an qui innúmero vallátus exércitu victus est? Cujus, inquam, sortem quíspiam cúpiat magis, Nerónis an Pauli? Illíus nempè neque sepúlcrum cuíquam notum: at contrà hic régibus ómnibus splendídior, régia in urbe in qua vicit, cónditus est. Hic per ora óm-

nium ubíque celebrátur, coronatúsque prædicátur; ille contrà, maledíctis lacéssitur innúmeris.

℟. *iv.* A Deo patiéntia mea; * Quia ipse Deus meus, & Salvátor meus. *Ps.* 61. 6. 7. ℣. Pátior, sed non confúndor; scio enim cui crédidi. 2. *Tim.* 1. 12. * Quia.

LECTIO V.

In Epist. ad Rom. Cap. 16. *Hom.* 32.

QUis mihi dabit circumfúndi córpori Pauli, affígi sepúlcro, vidére púlverem córporis illíus quæ adhuc in Christo déerant adimpléntis, stígmata illíus gestántis, prædicatiónem Evangélii ubíque seminántis? Púlverem, inquam, oris illíus per quod magnália & ineffabília Christus locútus est, & admiránda illa orácula orbi prótulit Spíritûs sanctus? Quid enim os illud sanctum non effécit? Dæmones éxpulit; peccáta absólvit; tyránnos compéscuit; Philosophórum linguas obserávit; orbem Deo addúxit; bárbaros philosophári persuásit; ómnia coaptávit quæ in terra; & quæ in cœlis, ad quem vóluit modum, dispósuit.

℟. *v.* Quasi qui vindémiat, replévi tórcular. * Respícite quóniam non mihi soli laborávi, sed ómnibus exquiréntibus discíplínam. *Eccli.* 33. 17. 18. ℣. Omnibus ómnia factus sum, ut omnes fácerem salvos. 1. *Cor.* 9. 22. * Respícite.

LECTIO VI.

NOn solùm autem oris, sed & cordis illíus púlverem vidére vellem. Cor istud ádeò fuit latum, ut in se suscéperit & íntegras urbes, & pópulos, & gentes. Cor cœlis sublímius, orbe látius, rádiis solári-bus splendídius, igne fervéntius, adamánte solídius. Quid opus est síngula recensére? Vellem vidére sepúlcrum quo recóndita sunt arma illa justítiæ, arma lucis, membra in quibus vivébat Christus: quæ templum fuérunt Spíritûs sancti. Hoc corpus Romam munit, & cum isto corpus étiam Petri.

℟. *vj.* Testimónium præbuit in conspéctu Dómini & Christi; * Pecúnias & usque ad calceaménta ab omni carne non accépit. *Eccli.* 46. 22. ℣. Argéntum & aurum, aut vestem nullíus concupívi, sicut ipsi scitis. *Act.* 20. 33. 34. * Pecúnias. Glória. * Pecúnias.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Víncula & tribulatiónes Jerosólymis me manent; sed nihil horum véreor, nec fácio ánimam meam pretiosiórem quàm me. *Act.* 20. 23. 24.

Ant. 7. G. Ego non solùm alligári, sed & mori in Jerúsalem parátus sum,

propter nomen Dómini Jesu. *Act.* 21. 13.

Ant. 6. F. Omnia detriméntum feci, & árbitror ut stércora, ut Christum lucrifáciam. *Philipp.* 3. 8.

℣. Si consístant advérsùm me castra, ℟. Non timébit cor meum. *Ps.* 26. 3.

De Epístola secúnda beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

LECTIO VII. *c.* 11. *v.* 21. *ad finem.*

SEcúndùm ignobilitátem dico, quasi nos infirmi fuérimus in hac parte. In quo quis audet, (in insipiéntia dico,) aúdeo & ego. Hebræi sunt, & ego: Israëlítæ sunt, & ego: Semen Abrahæ sunt, & ego: Minístri Christi sunt, (ut minùs sápiens dico,) plus ego. In labóribus plúrimis, in carcéribus abundántiùs, in plagis supra modum, in mórtibus frequénter. A Judæis quínquies quadragénas, unâ minùs, accépi: ter virgis cæsus sum, semel lapidátus sum, ter naufrágium feci, nocte & die in profúndo maris fui. In itinéribus sæpè, perículis flúminum, perículis latrónum, perículis ex génere, perículis ex Géntibus, perículis in civitáte, perículis in solitúdine, perículis in mari, perículis in falsis frátribus. In labóre & ærúmna, in vigíliis multis, in fame & siti, in jejúniis multis, in frígore & nuditáte: præter illa quæ extrínsecùs sunt, instántia mea quotidiána, sollicitúdo ómnium Ecclesiárum. Quis infirmátur, & ego non infirmor? quis scandalizátur, & ego non uror? Si gloriári opórtet; quæ infirmitátis meæ sunt, gloriábor. Deus & Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui est benedíctus in sécula, scit quòd non méntior. Damásci præpósitus Gentis Arétæ regis custodiébat civitátem Damascenórum, ut me comprehénderet: & per fenéstram in sporta dimíssus sum per murum, & sic effúgi manus ejus.

℟. vij. Petívit ánimæ suæ ut morerétur, & ait: * Súfficit mihi, Dómine.; tolle ánimam meam, neque enim mélior sum quàm patres mei. 3. *Reg.* 19. 4. ℣. Mihi vívere Christus est, & mori lucrum. *Philipp.* 1. 21. * Súfficit.

LECTIO VIII *c.* 12. *v.* 1. *ad* 9.

SI gloriári opórtet, (non éxpedit quidem:) véniam autem ad visiónes & revelatiónes Dómini. Scio hóminem in Christo ante annos quatuórdecim, (sive in córpore néscio, sive extra corpus néscio, Deus scit,) raptum hujúsmodi usque ad tértium cœlum. Et scio hujúsmodi hóminem, (sive in córpore, sive extra corpus, néscio, Deus scit;) quóniam raptus est in Paradísum: & audívit arcána verba quæ non licet hómini

Pro hujúsmodi glo-
: pro me autem nihil
›or,nisì in infirmitáti-
:is. Nam & si volúe-
riári, non ero insí-
veritátem enim di-
›arco autem, ne quis
stimet supra id quod
in me, aut áliquid
:x me. Et ne magni-
evelatiónum extóllat
atus est mihi stímu-
nis meæ, ángelus Sá-
qui me colaphízet.
:r quod ter Dóminum
ut discéderet à me:
it mihi: Súfficit tibi
mea: nam virtus in
itáte perfícitur. Li-
: ígitur gloriábor in
itátibus meis, ut in-
t in me virtus Christi.
)iij. Non mihi con-
párcere ánimæ meæ
›mni témpore tribu-
is. 1. *Mach.* 13. 5. ℣.
› mihi in infirmitáti-
eis, in contuméliis,
essitátibus, in perse-
ıíbus. 2. *Cor.* 12. 10.
›mni.
io sancti Evangélii
indùm Matthæum.
IoIX. *c.* 10. *v.* 16. *ad* 22.
uetudo & prudentia
cipulis præscripta.
[xit Jesus discípulis
uis: Ecce ego mitto
icut oves in médio
um. Et réliqua.
ıília sancti Joánnis
Chrysóstomi.
34. *in Cap.* 10. *Matt.*
dícere vidétur: Nolí-
turbári, si, cùm vos

inter lupos mitto, tanquam oves & colúmbas esse júbeo. Nam etsi possum contrárium quoque præstáre, & non permíttere ut grave áliquid patiámini, nec lupis tanquam oves subjécti sitis, sed efficere ut leónibus terribilióres evadátis; tamen sic éxpedit fieri: hoc & vos quoque illustrióres fáciet, & meam declarábit virtútem. Sic enim pósteà dixit Paulo: Súfficit tibi grátia mea: nam virtus in infirmitáte perfícitur. Ipse ígitur vos mansuetúdine oves effeci. Cùm enim ait: Ego mitto vos sicut oves, illud occúltè ínnuit: Ne ígitur ánimo dejiciámini; certè enim scio, hâc potíssimùm mansuetúdine ubíque invíctos vos esse futúros. Non enim vos estis qui loquímini, sed Spíritus Patris vestri qui lóquitur in vobis. Habébant reges in médio suî duódecim hómines idiótas, quos vínculis, flagéllis, carcéribus, ut silérent comminabántur: sed sicut rádii soláres vincíri néqueunt, sic lingua eórum ligári non póterat. Quod ità fiébat, quia non ipsi erant qui loquebántur, sed virtus Spíritûs sancti. Quâ virtúte Paulus Agríppæ minístros, ipsum quoque Nerónem ómnium hóminum flagitiosíssimum fácilè superávit. Dóminus enim mihi ástitit, ait, & confortávit me, & éruit me de ore leónis.

℟. jx. Quis mihi tríbuat ut cognóscam & invéniam illum, & véniam usque ad sólium ejus? * Ponam coram eo judícium. *Job.* 23. 3. ℣. Repósita est mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus Judex. 2. *Tim.* 4. 8. * Ponam. Glória.* Ponam. Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Confitébor tibi in Natiónibus, Dómine; ℟. Et nómini tuo psalmum dicam. *Ps.* 17. 50.

Ant. 1. g. Non pepercísti ánimæ tuæ, propter angústias & tribulatiónem géneris tui. *Judith.* 13. 25.

Ant. 8. c. In viis tuis splendébit lumen; qui enim humiliátus fúerit, erit in glória. *Job.* 22. 28. 29.

Ant. 6. F. super Omnipoténtem delíciis áffues, & elevábis ad Deum fáciem tuam. *Job.* 22. 26.

In Canticum, Quàm pulchri, *ut herì*, p. 439.

Ant. 4. E. Salváris in Dómino; scutum auxílii tui, & gládius glóriæ tuæ. *Deut.* 33. 29.

Ant. 5. a. Collegísti quasi aurichálcum aurum, & ut plumbum complésti argéntum. *Eccli.* 47. 20.

CAPITULUM. *Act.* 15. 40. 41.

PAulus, elécto Silâ, proféctus est, tráditus grátiæ Dei à frátribus. Perambulábat autem Sýriam & Cilíciam, confírmans Ecclésias, præcípiens custodíre præcépta Apostolórum & Seniórum.

HYMNUS.

PAulo paupéries, spléndida cópia;
Ingens mœror erat lætítiæ seges;
Carcer, naufrágium, crébraque vérbera,
Altæ sémina glóriæ.

Mors desidérium, mors fuit & lucrum:
Terris hunc rétinet pródigus in suos
Fratres solus amor, pro quibus óbviam
Se totum vovet hóstiam.

Tandem Roma virum vidit, inánium
Cultrix Roma deûm: Cǽsaris in domum
Infert ille fidem: sæva nec álligant
Verbum víncula líberũ.

Mundo conspícuum ceu jubar émicat,
Spargens perpétuum, quâ gráditur, diem:
Humánis óculis qui semel óccidit,
Ætérno rútilat die.

Laus sit summa Patri, súmmaque Fílio,
Par sit sancte tibi laus quoque, Spíritus:
Da Paulum, per iter quod docet árduum,
Nobis quâ líceat sequi.
Amen.

℣. Fortitúdinem meam ad te custódiam; ℟. Quia, Deus, suscéptor meus es. *Ps.* 58. 10.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D. * Bénedic, Dómine, fortitúdini ejus, & ópera mánuum illíus súscipe: pércute dorsa inimicórum ejus; & qui odérunt eum, non consúrgant. *Deut.* 33. 11.

Oratio.

DEus, qui multitúdinem Géntium beáti Pauli Apóstoli prædicatióne docuísti; da, quæsumus, ut cujus Natalítia cólimus, ejus apud te patrocínia sentiámus; Per Dóminum.

Commemoratio de S. Petro, Apostolo.

Ant. Factum est mihi, Dómine, verbum tuum in gaúdium & in lætítiam cordis mei. *Jer.* 15. 16.

℣. Excélsus Dóminus, & humília réspicit; ℟. Et alta à longè cognóscit. *Ps.* 137. 6.

Oratio.

BEnedic, quæsumus, Dómine, plebem tuam; & beáti Apóstoli tui Petri précibus, tríbue cónsequi tuæ defensiónis auxílium; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Ad Horas, *Doxologia, ut herì*, p. 440.

AD PRIMAM.

Ant. Non pepercísti.

Capitulum. *Rom.* 9. 2. 3.

TRistítia mihi magna est, & contínuus dolor cordi meo: optábam enim ego ipse anáthema esse à Christo pro frátribus meis, qui sunt cognáti mei secúndùm carnem.

℟. *breve.* Christe.

AD TERTIAM.

Ant. In viis.

Capitulum. 1. *Thess.* 2. 9.

MEmores estis, fratres, labóris nostri & fatigatiónis; nocte ac die operántes ne quem vestrûm gravarémus, prædicávimus in vobis Evangélium Dei.

℟. *breve.* Propter verba labiórum tuórum, Dómine, * Allelúia, allelúia. ℟. Propter. ℣. Ego custodívi vias duras. * Allelúia. Glória. ℟. Propter. *Ps.* 16. 4.

℣. Secúndùm puritátem mánuum meárum, ℟. Retríbuet mihi Dóminus. *Ps.* 17. 21.

AD SEXTAM.

Ant. Super.

Capitulum. *Rom.* 15. 17. 18.

HAbeo glóriam in Christo Jesu ad Deum: non enim aúdeo áliquid loqui eórum quæ per me non éfficit Christus in obediéntiam Géntium, verbo & factis.

℟. *breve.* Audíte, & narrábo, omnes qui timétis Deum, * Allelúia, allelúia. ℟. Audíte. ℣. Quanta fecit ánimæ meæ. * Allelúia. Glória. ℟. Audíte. *Ps.* 65. 16.

℣. Tanquam prodígium factus sum multis; ℟. Et tu, Dómine, adjútor fortis. *Ps.* 70. 7.

AD NONAM.

Ant. Collegísti.

CAPITULUM. I. *Cor.* 15. 10.

Grátiâ Dei sum id quod sum, & grátia ejus in me vácua non fuit; sed abundántiùs illis ómnibus laborávi; non ego autem, sed grátia Dei mecum.

℟. *breve.* Vox Dómini in virtúte, * Allelúia, allelúia. ℟. Vox. ℣. Vox Dómini in magnificéntia. * Allelúia. Glória. ℟. Vox. *Ps.* 28. 4.

℣. Ignítum elóquium tuum, Dómine, veheménter; ℟. Et servus tuus diléxit illud. *Ps.* 118. 140.

AD VESPERAS.

Ant. 1. f. Omnes qui in Mélita ínsula habébant infirmitátes, accedébant & curabántur. *Act.* 28. 9.

Ant. 6. F. Cùm venissémus Romam, permíssum est Paulo manére sibímet, cum custodiénte se mílite. *Act.* 28. 16.

Ant. 4. *E.* Cùm constituíssent illi diem, venérunt ad eum in hospítium plúrimi, quibus exponébat testíficans regnum Dei. *Act.* 28. 23.

Ant. 3. *a.* Exiérunt ab eo Judǽi, multam habéntes inter se quæstiónem. *Act.* 28. 29.

Ant. 5. C. Mansit Paulus biénnio toto in suo condúcto, & suscipiébat omnes qui ingrediebántur ad eum. *Act.* 28. 30.

CAPITULUM. *Act.* 20. 25. 26.

Ecce ego scio, quia ámpliùs non vidébitis fáciem meam, vos omnes per quos transívi prædicans regnum Dei. Quaprópter contéstor vos hodiérnâ die, quia mundus sum à sánguine ómnium.

HYMNUS. G. S.

Sudore sat tuo fides,
Crucísque crevit glória,
Multóque per te fœnore
Impléta Christi Pássio.

Per sacra sese jam tuæ
Impréssa carni stígmata,
Suóque totum Spíritu,
In te Magíster éxprimit.

Sic, Paule, non vivis; loquens
Sed ipse Christus in tuo
Agénsque vivit péctore:
Sat ergo, sat terris datum.

Audita quondam tértio
Arcána cœlo, nunc tibi
Fruénda se pleno palàm
De fonte produnt lúminis.

Hinc lacte verbi nos tui
Cibóque faxis créscere;
Christúmque tritos, quâ doces
Præísque, per calles sequi.

Uni sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Loquébar de testimóniis tuis, Dómine, in conspéctu regum, ℟. Et non confundébar. *Ps.* 118. 46.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. c. Dóminus mihi ástitit, & confortávit me, ut per me prædicátio impleátur, & aúdiant omnes Gentes: & liberátus sum de ore leónis. 2. *Tim.* 4. 17.

Commemoratio de S. Petro, Apostolo.

Ant. Dabo óperam & frequénter habére vos post óbitum meum, ut horum memóriam faciátis. 2. *Petr.* 1. 15.

℣. Pósui adjutórium in poténte: ℟. Et exaltávi eléctum de plebe mea. *Ps.* 88. 20.

Oratio, Bénedic, *p.* 449.

Deinde Commemoratio de S. Eparchio, Abbate.

Ant. Multíplicans, ℣. Potens, *p.* xlv. *Oratio*, Deus, cujus múnere, *p.* xlix.

Completorium, *ut in die præcedenti*, *p.* 443. *cum Psalmis de Feria.*

DIEBUS
INTRA OCTAVAM
SS. APOSTOLORUM
PETRI ET PAULI,
Quæ est secundi Ordinis.

Omnia ut in Die, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi de Feria.

Ad Offic. Nocturnum.

Invitatorium dicitur ritu simplici.

Tres Antiphonæ ℣. *&* ℟℟℟. *ex Noct. Fest. secundùm Feriam.*

Prima Lectio de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis. Duæ posteriores propriæ, ut infrà.

Non dicitur ℣. Glória Patri, *nisì in fine ultimi* ℟. *cujusque Nocturni, quod resumitur tantùm à Reclamatione.*

AD LAUDES
MATUTINAS.

Ant. sola. 1. D. Sicut sócii passiónum estis, sic éritis & consolatiónis. 2. *Cor.* 1. 7.

AD VESPERAS.

Ant. sola. 2. D. Concurrébat multitúdo vicinárum civitátum Jerúsalem, afferéntes ægros & vexátos à spirítibus immúndis, qui curabántur omnes. *Act.* 5. 16.

Dominica *intra Octavam occurrente, totum Officium fit de Dominica, ut in Psalterio & Proprio de Tempore, incipiendo à I. Vesperis quæ sunt integræ de Sabbato ante Dominicam occurrentem. Fit Commemoratio Octavæ in utrisque Vesperis & Laudibus, sed sinè Lectione.*

Si Dies Octava fit Dominica, Officium Octavæ anticipatur, & de eo fit in Sabbato.



FESTA JULII.

DIE I.

DE OCTAVA.

De Epístola prima beáti Petri Apóstoli.

LECTIO II. *c.* 2. *v.* 11. *ad* 17.

CArissimi, óbsecro vos tanquam ádvenas & peregrínos, abstinére vos à carnálibus desidériis quæ mílitant advérsùs ánimam, conversatiónem vestram inter Gentes habéntes bonam: ut in eo quod detréctant de vobis tanquam de malefactóribus, ex bonis opéribus vos considerántes, gloríficent Deum in die visitatiónis. Subjécti ígitur estóte omni humánæ creatúræ propter Deum: sive Regi, quasi præcellénti; sive Dúcibus, tanquam ab eo missis ad vindíctam malefactórum, laudem verò bonórum: quia sic est volúntas Dei, ut benefaciéntes, obmutéscere faciátis imprudéntium hóminum ignorántiam: quasi líberi, & non quasi velámen habéntes malítiæ libertátem, sed sicut servi Dei. Omnes honoráte: fraternitátem dilígite: Deum timéte: Regem honorificáte.

Sermo sancti Hierónymi Presbýteri.

De Script. Eccles. Cap. 1.

LECTIO III.

SImon Petrus, fílius Joánnis, Provínciæ Galilææ, è vico Bethsáida, frater Andréæ Apóstoli, & Princeps Apostolórum, post Episcopátum Antiochénsis Ecclésiæ, & prædicatiónem dispersiónis eórum qui de Circumcisióne credíderant, in Ponto, Galátia, Cappadócia, Asia, & Bithýnia, secúndo Claúdii Imperatóris anno, ad expugnándum Simónem magum, Romam pergit: ibíque annis vigínti quinque Cáthedram Sacerdotálem ténuit, usque ad últimum annum Nerónis, id est, décimum quartum. A quo & affixus cruci, Martýrio coronátus est, cápite ad terram verso, & in sublíme pédibus elevátis: ásserens se indígnum, qui sic crucifigerétur ut Dóminus suus. Scripsit duas Epístolas quæ Cathólicæ nominántur. Sepúltus Romæ in Vaticáno, juxta viam triumphálem, totíus orbis veneratióne celebrátur.

AD LAUDES, *Commemoratio de S. Eparchio, Abbate.*

LECTIO

Ex S. Gregorio Tur. & Mabill.

EPárchius, Petrocóriis nobílibus paréntibus ortus, exímia à téneris annis pietátis erga Deum specímina dedit. Vix annum décimum quintum attígerat, cùm ínsciis ómnibus,

Sedacíacum expétiit Monastérium, ibíque Martínum Abbátem, ut inter discípulos adscríbere dignarétur eníxè rogávit. Sed divulgátâ sanctitátis famâ, Monastérium Sedacíacum occúltè deséruit, & juxta civitátem Engolisménsem Monastérii célebris, quod etiámnum ipsíus nómine insignítur, fundaménta jecit. Ibi per annos ferè quadragínta, jejúniis, oratiónibus, vigíliis, & miráculis cláruit: & ipsis Julii Caléndis anni círciter quingentésimi octogésimi primi, migrávit ad Dóminum. Ab Engolisménsibus ad Pictávos transiérunt sancti Abbátis venerátio & cultus: unde in ejus honórem, Parochiálem Ecclésiam quæ una est inter præcípuas Civitátis, instruxérunt, & Deo dicârunt.

Ant. Dedísti, ℣. Veníte, *Oratio,* Deus cujus múnere, *p.* xlix.

Vesperæ de Sequenti, cum Commemoratione de Octava.

DIE II.

IN VISITATIONE B. MARIÆ VIRGINIS.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Antiphona 2. toni D.

QUæ est ista quæ ascéndit per desértum, sicut vírgula fumi, ex aromátibus myrrhæ & thuris? *Cant.* 3. 6.

Ant. 3. *a.* Quàm pulchri super montes pedes annuntiántis & prædicántis pacem! *Is.* 52. 7.

Ant. 4. A. Progréditur quasi auróra consúrgens, pulchra ut luna, elécta ut sol. *Cant.* 6. 9.

Ant. 7. *d.* Viæ ejus, viæ pulchræ, & omnes sémitæ illíus pacíficæ. *Prov.* 3. 17.

Ant. 1. a. In certámine loquélæ illíus sapiéntia, & præcláritas in communicatióne sermónum ipsíus. *Sap.* 8. 18.

CAPITULUM. *Joël.* 2. 29. 30.

SUper servos meos & ancíllas, in diébus illis, effúndam Spíritum meum, & dabo prodígia in cœlò & in terra.

℟. Vox dilécti mei; * Ecce iste venit, sáliens in móntibus, transíliens colles. *Cant.* 2. 8. ℣. Spíritus & sponsa dicunt: Veni. Et qui audit, dicat: Veni. *Apoc.* 22. 17. * Ecce. Glória. * Ecce.

HYMNUS. S. V.

QUò sanctus ardor te rapit,
O Virgo, flos ô vírginum?
Quo tendis, & cito gradu
Conscéndis alta móntium?

URGET sacer te Spíritus
Toto replétam Númine:
Matris Dei jam dígnitas
Nil caritáti détrahit.

TIBI propínquam sánguine
Matrem puélla prævenis;

Concéssa cui divínitùs
Gratáris alvi múnera.

O QUANTA matrum gaúdia!
Stupénte natúrâ gravem
Anum stupes, quæ Vírginem
Plenam Deo te prædicat.

ABSCONDITUM sub íntimo,
Ceu nube, portábas sinu
Solem, suo qui prótinùs
Lustrábit orbem lúmine.

MUNDO Redémptor, qui venis,
Fili, tibi laus máxima;
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Habitáre facit Dóminus stérilem in domo, ℟. Matrem filiórum lætántem. *Ps.* 112. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *F.* Véniat in médium nostrî Arca fœderis Dómini, ut salvet nos de manu inimicórum nostrórum. 1. *Reg.* 4. 3.

Oratio, Adésto, *infrà*, *ad Laudes*, p. 459.

Commemoratio de Octava SS. Apostolorum.

Ant. Amábiles, ℣. Pretiósa, *p.* 442. *Oratio*, Deus, qui, *p.* 440.

COMPLETORIUM, *p.* cv. *cum Psalmis de Feria.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Concéptum in útero Maríæ, Jesum, * Veníte, adorémus. *Luc.* 1. 31.

Psalmus, Veníte, *p.* 1. *ritu duplici.*

HYMNUS. S. V.

MONTES, supérbum vérticem,
Quà virgo transit, súbdite;
Cui se libénter stérnerent
Vel ipsa cœli sídera.

OCCULTA quæ latet domi,
Audet foràs se pródere.
Semper sibi timens pudor,
Se caritáte prótegit.

IT illa; non nectit moras:
Fugit vidéri; nec minùs
Fugit vidére, ne suo
Quidquam pudóri détrahat.

BEATA quam pressit pede
Tellus! Beáta sémita!
Colles beáti, qui simul
Cum Matre sensístis Deum!

BEATIORES hóspites,
Vos ô quibus cœléstia,
Loquénte matre Vírgine
Audíre verba cóntigit!

MUNDO Redémptor, qui venis,
Fili, tibi laus máxima;
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Quàm pulchri sunt gressus tui in calceaméntis, Fília Príncipis! *Cant.* 7. 1.

Ant. 8. G. Terra tua inhabitáta, quia complácuit Dómino in te; & terra tua inhabitábitur. *Is.* 62. 4.

Ant. 2. D. Quàm pulchra

es & quàm decóra, caríssima in delíciis! *Cant.* 7. 6.
℣. Sanctificávit Tabernáculum suum Altíssimus; ℟. Deus in médio ejus. *Ps.* 45. 5. 6.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Plantáti in domo Dómini, in átriis domûs Dei nostri florébunt: * Adhuc multiplicabúntur in senécta úberi. *Ps.* 91. 14. 15. ℣. Angelus dixit Maríæ: Ecce Elísabeth cognáta tua, & ipsa concépit fílium in senectúte sua. *Luc.* 1. 36. * Adhuc.

℟. *ij.* Ecce super montes pedes evangelizántis & annuntiántis pacem. * Célebra, Juda, festivitátes tuas, & redde vota tua. *Nah.* 1. 15. ℣. Abiit María in montána cum festinatióne, in civitátem Juda, & intrávit in domum Zacharíæ, & salutávit Elísabeth. *Luc.* 1. 39. 40. * Célebra.

℟. *iij.* Super salutáre tuum, Dómine, exultábit veheménter; * Desidérium cordis ejus tribuísti ei. *Ps.* 20. 2. 3. ℣. Ut audívit salutatiónem Maríæ Elísabeth, exultávit infans in útero ejus. *Luc.* 1. 41. * Desidérium. Glória. * Desidérium.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. c. Occupábit salus muros tuos, & portas tuas laudátio. *Is.* 60. 18.

Ant. 3. c. Deus visitávit, & fecit redemptiónem plebis suæ. *Luc.* 1. 68.

Ant. 5. a. Hódie salus dómui huic facta est. *Luc.* 19. 9.

℣. Visitásti terram, Dómine, & inebriásti eam: ℟. Multiplicásti locupletáre eam. *Ps.* 64. 10.

Sermo sancti Bernárdi Abbátis.

Serm. De 12. *Prærog. B. M. V.* n. 12.

LECTIO IV.

AUdíerat María: Quod ex te nascétur Sanctum, vocábitur Fílius Dei: & nihil áliud quàm ancíllam ejus se esse respóndit. Inde ventum est ad Elísabeth, & contínuò Vírginis glória singuláris eídem per Spíritum revelátur. Dénique & mirabátur persónam veniéntis, dicens: Unde hoc mihi, ut véniat Mater Dómini mei ad me! Commendábat & vocem salutántis, adjíciens: Ut facta est vox salutatiónis tuæ in áuribus meis, exultávit in gaúdio infans in útero meo. Et beatificábat fidem credéntis: Beáta, ínquiens, quæ credidísti, quóniam perficiéntur in te quæ dicta sunt tibi à Dómino.

℟. *jv.* Mansit arca Dei in domo Obédedom tribus ménsibus, * Et benedíxit Dóminus dómui ejus, & ómnibus quæ habébat. 1. *Par.* 13. 14. ℣. Repléta est Spíritu sancto Elísabeth. *Luc.* 1. 41. * Et.

Lectio V.

Magna quidem præcónia: sed & devóta humílitas nihil sibi passa retinére, in eum magìs univérsa refúdit, cujus in se benefícia laudabántur. Tu, inquit, magníficas Matrem Dómini: sed magníficat ánima mea Dóminum. In voce mea fílium pérhibes exultásse in gaúdio: sed exultávit spíritus meus in Deo salutári meo: & ipse quoque tanquam amícus Sponsi, gaúdio gaudet ad vocem Sponsi. Beátam esse dicis, quæ credidísset: sed credulitátis & beatitúdinis causa respéctus est supérnæ pietátis, ut ex hoc magìs beátam me dicant omnes generatiónes, quia ancíllam húmilem & exíguam respéxit Deus.

℟. *v*. Ego sperávi in Ætérnum salútem vestram; & * Venit mihi gaúdium à Sancto. *Bar*. 4. 22. ℣. Exclamávit Elísabeth: Unde hoc mihi, ut véniat Mater Dómini mei ad me! *Luc*. 1. 43. * Venit.

Lectio VI. n. 13.

Verúmtamen, nunquid putámus, fratres, Elísabeth sanctam in eo quod per Spíritum útique loquebátur, errásse? Absit. Beáta planè quam respéxit Deus, & beáta quæ crédidit. Hic enim magnus divínæ respectiónis éxtitit fructus. Inèffábili síquidem artifício Spíritûs superveniéntis, tantæ humilitáti magnanímitas tanta in secretário virgínei cordis accéssit, ut hæ quoque nihilóminùs fiant stellæ ex respéctu mútuo clarióres, quòd vidélicet, nec humílitas tanta mínuit magnanimitátem, nec magnanímitas tanta humilitátem.

℟. *vj*. Deus patrum nostrórum det tibi grátiam, & omne consílium tui cordis suâ virtúte corróboret, * Ut gloriétur super te Jerúsalem. *Judith*. 10. 8. ℣. Beáta quæ credidísti, quóniam perficiéntur ea quæ dicta sunt tibi à Dómino. *Luc*. 1. 45. * Ut gloriétur. Glória. * Ut gloriétur.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Ego quasi vitis fructificávi suavitátem odóris; & flores mei fructus honóris & honestátis. *Eccli*. 24. 23.

Ant. 2. D. Ego mater pulchræ dilectiónis, & timóris, & agnitiónis, & sanctæ spei. *Eccli*. 24. 24.

Ant. 1. D. Qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo. *Eccli*. 24. 12.

℣. In Dómino laudábitur ánima mea; ℟. Aúdiant mansuéti, & læténtur. *Ps*. 33. 3.

De Libro Ecclesiástici.

Lectio VII. *c*. 24. *v*. 13. *ad* 16.

Dixit mihi Creátor ómnium: In Jacob inhábita, & in Israël hæreditáre, & in eléctis meis mitte

mitte radíces. Ab inítio, & ante sécula creáta sum, & usque ad futúrum séculum non désinam, & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi. Et sic in Sion firmáta sum, & in civitáte sanctificáta simíliter requiévi, & in Jerúsalem potéstas mea. Et radicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei hæréditas illíus, & in plenitúdine Sanctórum deténtio mea.

℟. *vij.* Quis sicut Dóminus Deus noster, * Qui in altis hábitat, & humília réspicit in cœlo & in terra? *Ps.* 112. 5. 6. ℣. Respéxit humilitátem ancíllæ suæ. *Luc.* 1. 48. * Qui.

LECTIO VIII. *v.* 17. *ad* 21.

QUasi cedrus exaltáta sum in Líbano, & quasi cypréssus in monte Sion. Quasi palma exaltáta sum in Cades, & quasi plantátio rosæ in Jéricho. Quasi olíva speciósa in campis, & quasi plátanus exaltáta sum juxta aquam in platéis. Sicut cinnamómum & bálsamum aromatízans odórem dedi: quasi myrrha elécta dedi suavitátem odóris. Et quasi storax, & gálbanus, & úngula, & gutta, & quasi Líbanus non incísus, vaporávi habitatiónem meam: & quasi bálsamum non mistum odor meus.

℟. *viij.* Veníte, * Audíte, & narrábo, omnes qui timétis Deum, quanta fecit ánimæ meæ. *Ps.* 65. 16. ℣. Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. *Luc.* 1. 49. * Audíte.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO IX. *c.* 1. *v.* 39. *ad* 47.

Salutatio Mariæ & Elisabeth.

EXúrgens María in diébus illis, ábiit in montána cum festinatióne. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

Expos. Evang. sec. Luc. Lib. 2. n. 22. 23.

VEnit propínqua ad próximam, júnior ad seniórem: nec solùm venit, sed étiam prior salutávit: decet enim ut quantò cástior virgo, tantò humílior sit. Nóverit honórem deférre senióribus: sit magístra humilitátis, in qua est proféssio castitátis. Est & causa pietátis, est étiam norma doctrínæ. Contuéndum est enim quia supérior venit ad inferiórem, ut inférior adjuvétur: María ad Elísabeth, Christus ad Joánnem. Dénique étiam pósteà, ut sanctificáret baptísmum Joánnis, Dóminus venit ad baptísmum. Citò quoque advéntûs Maríæ, & præséntiæ Domínicæ benefícia declarántur. Vocem prior Elísabeth audívit: sed Joánnes prior grátiam sensit. Illa natúræ

órdine audívit: iste exultávit ratióne mystérii. Illa Maríæ, iste Dómini sensit advéntum: fémina mulíeris, & pignus pígnoris. Istæ grátiam loquúntur, illi intùs operántur, pietatísque mystérium matérnis adoriúntur proféctibus: duplicíque miráculo prophétant matres, spíritu parvulórum. Exultávit infans, repléta est mater. Non priùs mater repléta, quàm filius: sed cùm filius esset replétus Spíritu sancto, replévit & matrem.

℟. *jx.* Confitémini Dómino, omnes, * Quóniam bonus, quóniam in séculum misericórdia ejus. *Judith.* 13. 21. ℣. Fecit poténtiam in bráchio suo. *Luc.* 1. 51. * Quóniam. Glória. * Quóniam.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Confiteántur tibi pópuli, Deus, confiteántur tibi pópuli omnes; ℟. Terra dedit fructum suum. *Ps. 66. 6. 7.*

Ant. 1. g. Venit lumen tuum, & glória Dómini super te orta est. *Is.* 60. 1.

Ant. 3. c. In ómnia sécula seculórum, luce spléndidâ fulgébis. *Tob.* 13. 12. 13.

Ant. 8. c. Benedícta es tu filia à Dómino Deo excélso, præ ómnibus muliéribus super terram. *Judith.* 13. 23.

Ant. 3. *à.* In omni.

CANTICUM JUDITH. *c.* 13. *v.* 17. *ad* 18.

Carmen triumphale propter victum salutis hostem.

LAudáte Dóminum Deum nostrum, * qui non deséruit sperántes in se:

Et in me ancíllâ suâ, adimplévit misericórdiam suam, * quam promísit dómui Israël:

Et interfécit in manu mea, * hostem pópuli sui.

Ant. In omni gente quæ audíerit nomen tuum, magnificábitur super te Deus Israël. *Judith.* 13. 31.

Ant. 7. d. Non recédat laus tua de ore hóminum, qui mémores fúerint virtútis Dómini in ætérnum. *Judith.* 13. 25.

CAPITULUM. *Eccli.* 4. 14. 15.

QUi tenúerint sapiéntiam, vitam hæreditábunt; & quò introíbit, benedícet Deus. Qui sérviunt ei, obsequéntes erunt Sancto; & eos qui díligunt illam, díligit Deus.

HYMNUS. S. V.

AD prima verba Vírginis,
Intùs movénte Spíritu,
In matris alvo cónditus
Infans Joánnes géstiit.

AGNOVIT infántem Deum:
Quem sensit, ardet pródere;
Vates & infans, quâ potest,
Adésse Christum núntiat.

Hic jam Redemptóris vices,
Præcónis ille sústinet:
Matérna claustra non vetant,
Quin Ambo munus ímpleant.

Felix puer, felix Parens,
Felix Sacérdos, & domus,
Quæ per Paréntem Vírginem
Deo fruúntur hóspite!

Mundo, Redémptor, qui venis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.

℣. Meménto nostrî, Dómine, in beneplácito pópuli tui; ℟. Vísita nos in salutári tuo. *Ps.* 105. 4.

Ad Benedíctus, *Ant.* 6. *F.* Dóminus Deus tuus in médio tuî fortis, ipse salvábit: gaudébit super te in lætítia; silébit in dilectióne sua; exultábit super te in laude. *Soph.* 3. 17.

Oratio.

Adésto Ecclésiæ tuæ, miséricors Deus, & filios adoptiónis júgiter in ejus sinu purífica; qui Maríæ clausus útero, Joánnem in sinu Elísabeth sanctificásti; Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Commemoratio de Octava SS. Apostolorum.

Ant. Fortes, ℣. Magnificéntiam, *Oratio*, Deus, qui, *p.* 440.

Ad Horas, *Doxologia*

Mundo, Redémptor, qui venis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula. Amen.

AD PRIMAM.

Ant. Venit.

Capitulum. 2. *Reg.* 23. 4.

Sicut lux auróræ oriénte sole, manè absque núbibus rútilat.

In ℟. *brevi.* ℣. Qui natus es de María Vírgine. *Matt.* 1. 16.

AD TERTIAM.

Ant. In ómnia.

Capitulum. *Cant.* 6. 8.

Vidérunt eam filiæ, & beatíssimam prædicavérunt.

℟. *breve.* Vultum tuum deprecabúntur, * Allelúia, allelúia. ℟. Vultum. ℣. Omnes dívites plebis, * Allelúia. Glória. ℟. Vultum. *Ps.* 44. 13.

℣. Concupíscet Rex decórem tuum; ℟. Quóniam ipse est Dóminus Deus tuus. *Ps.* 44. 12.

AD SEXTAM.

Ant. Benedícta.

Capitulum. *Apoc.* 12. 5.

Mulier péperit filium másculum, qui rectúrus erat omnes gentes.

℟. *breve.* Homo natus est in ea, * Allelúia, allelúia. ℟. Homo. ℣. Et ipse fundávit eam Altíssimus. * Allelúia. Glória. ℟. Homo. *Ps.* 86. 5.

℣. Elégit eam Dóminus, ℟. In habitatiónem sibi. *Ps.* 131. 13.

AD NONAM.

Ant. Non recédat.

CAPITULUM. *Gal.* 4. 4.

UBi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum, factum ex mulíere, factum sub Lege.

℟. *breve.* Adducéntur Regi vírgines post eam, * Allelúia, allelúia. ℟. Adducéntur. ℣. Próximæ ejus afferéntur tibi. * Allelúia. Glória. ℟. Adducéntur. *Ps.* 44. 15.

℣. Dóminus virtútum nobíscum; ℟. Suscéptor noster Deus Jacob. *Ps.* 45. 12.

AD VESPERAS.

Ant. 1. g. Ait María: Magníficat ánima mea Dóminum. *Luc.* 1. 46.

Ant. 2. D. Exultávit spíritus meus, in Deo salutári meo. *Luc.* 1. 47.

Ant. 3. *a.* Ecce ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes. *Luc.* 1. 48.

Ant. 4. E. Misericórdia ejus à progénie in progénies timéntibus eum. *Luc.* 1. 50.

Ant. 5. a. Esuriéntes implévit bonis, & dívites dimísit inánes. *Luc.* 1. 53.

CAPITULUM. *Sap.* 7. 27. 28.

SApiéntia in se pérmanens ómnia ínnovat, & per natiónes in ánimas sanctas se transfert, amícos Dei & prophétas constítuit: néminem enim díligit Deus, nisì eum qui cum sapiéntia inhábitat.

Hymnus. Ad prima verba Vírginis, *suprà, ad Laudes*, p. 458.

℣. Benedixísti, Dómine, terram tuam; ℟. Avertísti captivitátem Jacob. *Ps.* 84. 2.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. J. Mansit María cum Elísabeth quasi ménsibus tribus, & revérsa est in domum suam. *Luc.* 1. 56.

Commemoratio de Octava SS. Apostolorum.

Ant. Amábiles, ℣. Pretiósa, *p.* 442. *Oratio*, Deus, qui, *p.* 440.

COMPLETORIUM, *p.* cv. *cum Psalmis de Feria.*

DIE III.

DE OCTAVA.

De Epístola prima beáti Petri Apóstoli.

LECTIO II. *c.* 5. *v.* 1. *ad* 7.

SEnióres qui in vobis sunt, óbsecro consénior & testis Christi passiónum: qui & ejus, quæ in futúro reveląnda est, glóriæ communicátor: páscite qui in vobis est gregem Dei, providéntes non coáctè, sed spontáneè secúndùm Deum: neque turpis lucri grátiâ, sed voluntáriè: neque ut dominántes in Cleris, sed forma facti gregis ex ánimo. Et cùm apparúerit Princeps pastórum, percipiétis immarcescíbilem glóriæ corónam. Símiliter, adolescéntes, súbditi estóte senióribus. Omnes autem

ínvicem humilitátem insinuáte: quia Deus supérbis resístit, humílibus autem dat grátiam. Humiliámini ígitur sub poténti manu Dei, ut vos exáltet in témpore visitatiónis: omnem sollicitúdinem vestram projiciéntes in eum, quóniam ipsi cura est de vobis.

Sermo sancti Cleméntis Papæ & Mártyris.

Epist. ad Cor. n. 5.

LECTIO III.

PEtrus ob iníquam æmulatiónem, non unum aut álterum, sed multos sustínuit labóres: atque ità Martyr efféctus, discéssit ad débitum glóriæ locum. Propter æmulatiónem, Paulus patiéntiæ præmium obtínuit: cùm caténas sépties portásset, vapulásset, lapidátus esset. Præco factus in Oriénte ac Occidénte, exímium fidei suæ decus accépit, totum mundum docens justítiam, & ad Occidéntis términum véniens, & sub princípibus Martyrium passus, ità è mundo migrávit, atque in locum sanctum ábiit, patiéntiæ magnum exémplar factus.

VESPERÆ *de Sequenti, cum Commemoratione de Octava SS. Apostolorum.*

DIE IV.

IN ORDINATIONE ET TRANSLATIONE SANCTI MARTINI, Turonensis Episcopi.

Duplex minus.

Omnia de Communi unius S. Pontificis, p. xxiij. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO II.

Ex S. Sulp. Sev. S. Gregor. Tur. & variis Histor. Eccles.

MArtínus, Hilárii Pictaviénsis ante ejúsdem exílium, discípulus, ipsi post réditum ab exílio, árctiùs adhǽsit. Cùm duos mórtuos, inter cǽtera virtútum insígnia suscitásset, è Locociacénsi Monastério territórii Pictaviénsis, cui prǽerat, ad Turonénsem Episcopátum ex improvíso petítus, ne effúgere posset, Rurícii civis indústriâ à Monastério suo avúlsus est, & ad eam urbem dedúctus. Illicò unâ ferè ómnium, tùm Cleri, tùm pópuli voce, renuntiátum est Martíno néminem esse Episcopátu digniórem. Hanc ejus promotiónem & ordinatiónem anno Valéntis & Valentiniáni octávo celebrátam, tanta intra Gállias benedíctio secúta est, ut non majóres fructus ipsá Apostolórum prædicátio per várias orbis partes habúerit: nec, Sulpício teste, cedat Gállia Grǽciæ quæ Paulum ipsum aúdiit, postquàm illi datum est habére Martínum. Sedit in Episcopátu annos vigínti sex, menses quátuor, & dies vigínti septem. Et consummáto cursu in Condaténsi vico; cùm Pictónes frustrà sacrum pignus ut suum expo-

stulássent, Turónis honorífico túmulo sepúltus est, quingéntis infra civitátem pássibus. Bríctius ejus in Episcopátu succéssor, párvulam Ecclésiam super illud sepúlcrum extrúxit. Sed exínde crebrescéntibus ibi miráculis, Perpétuus Turonénsis Epíscopus, majórem & admirábilis fábricæ Basílicam, prióre dirutâ, ædificávit, in qua hâc die quartâ Nonas Július, convocátis vicínis Epíscopis, Abbátibus & Cléricis plúrimis, sacrum corpus collocávit.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO III. *c.* 11. *v.* 33. *ad* 36.

Lucerna super candelabrum.

DIxit Jesus discípulis suis: Nemo lucérnam accéndit, & in abscóndito ponit, neque sub módio. Et réliqua.

Homília sancti Bernárdi Abbátis.

Serm. 2. *De S. Victor.* n. 1.

GAudéte in Dómino, dilectíssimi, qui inter contínua suæ pietátis benefícia, indúlsit hóminem mundo, cujus multi salvaréntur exémplo. In terris visus est, ut esset exémplo: in cœlum levátus est, ut sit patrocínio. Hîc infórmat ad vitam; illic invítat ad glóriam. Factus est mediátor ad regnum, qui fuit incitátor ad opus. Bonus mediátor, qui sibi jam póstulans nihil, totum in nos transférre desíderat, & supplicántis afféctum, & supplicatiónis fructum. Quid enim quærat sibi qui nullíus eget? Dóminus consérvat eum, & vivíficat eum, & beátum facit eum in glória: nihil illi déerit in loco páscuæ collocáto.

Oratio, Da Ecclésiæ, *p.* xxviij.

Commemoratio de Octava SS. Apostolorum, ad Laudes & ad Vesperas.

DIE V.

DE OCTAVA.

De Epístola secúnda beáti Petri Apóstoli.

LECTIO II. *c.* 3. *v.* 1. *ad* 7.

HAnc ecce vobis, caríssimi, secúndam scribo Epístolam, in quibus vestram éxcito in commonitióne sincéram mentem: ut mémores sitis eórum quæ prædíxi verbórum à sanctis Prophétis & Apostolórum vestrórum, præceptórum Dómini & Salvatóris. Hoc primùm sciéntes, quòd vénient in novíssimis diébus in deceptióne illusóres, juxta próprias concupiscéntias ambulántes, dicéntes: Ubi est promíssio, aut advéntus ejus? Ex quo enim patres dormiérunt, ómnia sic persevérant ab inítio creatúræ. Latet enim eos hoc voléntes, quòd cœli erant priùs, & terra de aqua, & per aquam consístens Dei ver-

bo: per quæ ille tunc mundus aquâ inundátus périit: cœli autem qui nunc sunt, & terra, eódem verbo repósiti sunt, igni reservâti in diem judícii, & perditiónis impiórum hóminum.

Ex Históriа Ecclesiástica Eusébii Cæsariénsis Epíscopi.

Lib. 2. Cap. 25.

LECTIO III.

Omnium divíni Núminis hóstium princeps & antesignánus Nero, in ipsos étiam Apóstolos sæviit. Ac Paulus quidem Romæ cápite truncátus; Petrus verò cruci suffixus fuísse, eódem regnánte, tradúntur. Quam quidem narratiónem abúndè confírmant Petri Paulíque nómine insignita monuménta, quæ in urbis Romæ cœmetériis témpore Eusébii Pámphili videbántur, ipso teste. Sed & Cáius quidam vir Cathólicus, qui Zephiríni Románæ urbis Epíscopi tempóribus flóruit, in eo libro quem scripsit advérsùs Próculum patrónum sectæ Cataphrygárum, de loco in quo prædictórum Apostolórum sacra córpora depósita sunt, ità lóquitur: Ego verò, inquit, Apostolórum trophæa possum osténdere: nam sive in Vaticánum, sive ad Ostiénsem viam pérgere libet, occúrrent tibi trophæa eórum qui Ecclésiam illam fundárunt. Porrò ambos uno eodémque témpore Martyrium subiísse, Dionysius Corinthiórum Epíscopus ad Romános scribens testátur his verbis: Ità & vos, inquit, tantâ admonitióne vestrâ, seméntem quæ Petri ac Pauli satióne succréverat, Romános scílicet & Corínthios, simul commiscuístis. Ambo enim illi in urbem nostram Corínthum ingréssi, sparso Evangélicæ doctrínæ sémine, nos instituérunt: & in Itáliam simul profécti, cùm vos simíliter instituíssent, eódem témpore Martyrium pertulérunt.

VESPERÆ *duplices de die Octava.*

Omnia ut in I. Vesperis Festi, servato ritu duplici majori.

Oratio, Deus, qui beátos, *infrà, ad Laudes*, p. 465.

DIE VI.

OCTAVA SS. PETRI ET PAULI.

Duplex majus.

Omnia ut in Die, servato ritu duplici majori, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi de Feria.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Leónis Papæ.

Serm. 1. in Nat. Apost. Petri & Pauli.

LECTIO IV.

Omnium quidem sanctárum solemnitátum,

dilectíssimi, totus mundus est párticeps: & unius fidei píetas éxigit, ut quidquid pro salúte universórum gestum recólitur, communíbus ubíque gaúdiis celebrétur. Verúmtamen hodiérna Festívitas, præter illam reveréntiam quam toto terrárum orbe proméruit, speciáli & próprià nostræ urbis exultatióne veneránda est: ut ubi præcipuórum Apostolórum glorificátus est éxitus, ibi in die Martýrii eórum sit lætítiæ principátus. Isti enim sunt viri, per quos tibi Evangélium Christi, Roma, resplénduit: & quæ eras magístra erróris, facta es discípula veritátis.

LECTIO V.

ISti sunt patres tui veríque pastóres, qui te regnis cœléstibus inseréndam multò méliùs multóque felíciùs condidérunt, quàm illi quorum stúdio prima mœnium tuórum fundaménta locáta sunt: ex quibus is qui tibi nomen dedit, fratérnâ te cæde fœdávit. Isti sunt qui te ad hanc glóriam provexérunt, ut gens sancta, pópulus eléctus, cívitas sacerdotális & régia, per sacram beáti Petri Sedem caput orbis effécta, látiùs præsidéres Religióne divínâ, quàm dominatióne terrénâ. Quamvis enim multis aucta victóriis, jus Impérii tui terrâ maríque protúleris; minus tamen est quod tibi béllicus labor súbdidit, quàm quod pax Christiána subjécit.

LECTIO VI.

DIspósito namque divínitùs óperi máximè congruébat, ut multa regna uno confœderaréntur Império, & citò pérvios habéret pópulos prædicátio generális, quos unius tenéret régimen civitátis. Hæc autem cívitas ignórans suæ provectiónis Autórem, cùm penè ómnibus dominarétur géntibus, ómnium géntium serviébat erróribus: & magnam sibi videbátur assumpsísse religiónem, quia nullam respuébat falsitátem. Unde quantùm erat per diábolum tenáciùs illigáta, tantùm per Christum est mirabíliùs absolúta.

IN III. NOCTURNO.

De Epístola secúnda beáti Petri Apóstoli.

LECTIO VII. c. 3. v. 8. ad 13.

UNum hoc non láteat vos, caríssimi, quia unus dies apud Dóminum sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus. Non tardat Dóminus promissiónem suam, sicut quidam exístimant: sed patiénter agit propter vos, nolens áliquos períre, sed omnes ad pœniténtiam revérti. Advéniet autem dies Dómini ut fur: in quo cœli magno ímpetu tránsient, eleménta verò calóre solventur

véntur, terra autem & quæ in ipsa sunt ópera, exuréntur. Cùm ígitur hæc ómnia dissolvénda sint, quales opórtet vos esse in sanctis conversatiónibus & pietátibus, expectántes & properántes in advéntum diéi Dómini, per quem cœli ardéntes solvéntur, & eleménta ignis ardóre tabéscent? Novos verò cœlos & novam terram secúndùm promíssa ipsíus expectámus, in quibus justítia hábitat.

Lectio VIII. *v. 14. ad finem.*

PRopter quod, caríssimi, hæc expectántes, satágite immaculáti & inviolári ei inveníri in pace. Et Dómini nostri longanimitátem, salútem arbitrémini: sicut & caríssimus frater noster Paulus, secúndùm datam sibi sapiéntiam, scripsit vobis, sicut & in ómnibus Epístolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficília intelléctu, quæ indócti & instábiles depravánt, sicut & cæteras Scriptúras, ad suam ipsórum perditiónem. Vos ígitur, fratres, præsciéntes custodíte: ne insipiéntium erróre tradúcti excidátis à própria firmitáte. Créscite verò in grátia & in cognitióne Dómini nostri & Salvatóris Jesu Christi. Ipsi glória, & nunc, & in diem æternitátis. Amen. Tu autem.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio IX. *c. 19. v. 27. ad finem.*

Præmium omnia relinquentibus promissum.

DIxit Petrus ad Jesum: Ecce nos relíquimus ómnia, & secúti sumus te. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 381.

ELéctus est Petrus ante Dómini Passiónem, Paulus post Ascensiónem. Ordine témporis ímpares, æternitáte felicitátis æquáles: ille ex piscatóre, iste ex persecutóre. In illo infírma mundi elécta sunt, ut confundántur fórtia: in isto abundávit peccátum, ut superabundáret grátia. In utróque magna Dei grátia atque ejus glória cláruit, qui eórum fecit mérita, non invénit. Quid enim áliud demonstráre dignátus est, qui ad regnum primò vocáre vóluit piscatóres, pósteà vocatúrus Imperatóres, nisi ut qui gloriátur, in Dómino gloriétur? Nam útique nobílium, doctórum, poténtûm, non salútem contémpsit, quibus ignóbiles, imperítos, infirmósque præpósuit: sed nisi priùs eligerétur vílitas infirmórum, non sanarétur inflátio superbórum.

Oratio.

DEus, qui beátos Apóstolos Petrum & Pau-

lum, insígnes præ cǽteris veritátis Evangélicæ Præcónes esse fecísti; concéde, quǽsumus, ut per eórum intercessiónem, ad ætérnæ pátriæ perveniámus hæreditátem, per quorum doctrínam fídei tenémus integritátem; Per Dóminum nostrum.

Ad Vesperas, *Commemoratio de S. Martiale.*

Ant. Ipsum, ℣. Beátus, p. xxiv. *Oratio*, Da Ecclésiæ, p. xxviij.

Deinde Commem. de S. Thoma, Cantuariensi Episcopo & Martyre.

Ant. Bonus, ℣. Justus, p. x. *Oratio*, Omnípotens, p. xiv.

Die VII.

In Festo

SANCTI MARTIALIS, Lemovicensis Episcopi, & Aquitaniæ Apostoli.

Duplex majus.

Omnia de Communi unius S. Pontificis, p. xxiij. additis quæ sequuntur.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Ex S. Greg. Turon. S. Audoëno, & Tillemont.

MArtiális, ad dissemi-nándam inter Gentes Verbi Divíni prædicatiónem, ordinátus Epíscopus, ab inítio Presbýteros duos Alpiniánum & Austricliniánum adjutóres hábuit, qui cum ab Oriénte secúti, comitáti sunt in Galliárum regiónes, ad quas missus est à Románis Epíscopis. Hoc in múnere, cùm álios sex Epíscopos collégas habéret, áliis ália loca peténtibus, ipse Aquitániæ Apostolátum, cum Stremónio qui apud Arvérnos consédit, partítus est: & statim usque ad Bitúrigum civitátem, quam unus ex eórum discípulis aggréssus est, efficacíssimo ópere fidem propagávit.

Lectio V.

PEr ália quoque ejúsdem provínciæ óppida jactis Religiónis sanctæ fundaméntis, tandem Lemovícas advénit: qua in urbe, ut primùm prædicáre cœpit, crédidit & proféssa est, præ cǽteris, Christi nomen Valéria Leocádii senatóris fília, quæ virginitátem Deo vovit, & mox prima ómnium in Aquitánia sánguinem Martýrio profúdit. Statim verò sedátâ illíus persecutiónis procéllâ, ità deínceps in illa civitáte, Martiális exémplo virtutibúsque, salútis doctrína conváluit, ut ferè pópulus omnis, abjéctis simulacrórum rítibus, ad cultum Dei sese conférret, nec ipse álibi Sedem Epíscopátûs sui collocándam dúceret.

Lectio VI.

NOn tamen ídeò vicínas, Pictónum, Santonúmque regiónes prœ-

sùs negléxit, in quibus Burdígalam usque, palàm ac líberè annuntiásse tandem regnum Dei in senectúte tráditur. Demùm post annos octo supra vigínti ministério verbi impénsos, felíciter migrávit ad Dóminum. Cónditum est corpus ejus in crypta quam miráculis plúrimis suo témpore inclaruísse refert Gregórius Turonénsis: ubi étiam duo Presbýteri qui ei ad mortem usque adhæserant conjúnctis túmulis sepúlti sunt.

IN III. NOCTURNO.

De Epístola secúnda beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Lectio VII. *c.* 10. *v.* 3. *ad* 8.

IN carne ambulántes, non secúndùm carnem militámus. Nam arma milítiæ nostræ, non carnália sunt, sed poténtia Deo ad destructiónem munitiónum, consília destruéntes, & omnem altitúdinem extolléntem se advérsùs sciéntiam Dei, & in captivitátem redigéntes omnem intelléctum in obséquium Christi, & in promptu habéntes ulcísci omnem inobediéntiam, cùm impléta fúerit vestra obediéntia. Quæ secúndùm fáciem sunt, vidéte. Si quis confídit sibi Christi se esse, hoc cógitet íterùm apud se: quia sicut ipse Christi est, ità & nos. Nam, & si ámpliùs áliquid gloriátus fúero de potestáte nostra quam dedit nobis Dóminus in ædificatiónem & non in destructiónem vestram, non erubéscam.

Lectio VIII. *c.* 11. *v.* 2. *ad* 7.

ÆMulor vos Dei æmulatióne. Despóndi enim vos uni viro vírginem castam exhibére Christo. Tímeo autem, ne sicut serpens Hevam sedúxit astútiâ suâ, ità corrumpántur sensus vestri, & éxcidant à simplicitáte quæ est in Christo. Nam si is qui venit, álium Christum prædicat quem non prædicávimus: aut álium Spíritum accípitis quem non accepístis: aut áliud Evangélium quod non recepístis: rectè paterémini. Exístimo enim nihil me minus fecísse à magnis Apóstolis. Nam etsi imperítus sermóne, sed non sciéntiâ, in ómnibus autem manifestáti sumus vobis. Aut numquid peccátum feci, me ipsum humílians ut vos exaltémini? quóniam gratìs Evangélium Dei evangelizávi vobis.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio IX. *c.* 10. *v.* 1. *ad* 6.

Discipulorum missio.

DEsignávit Dóminus & álios septuagínta duos, & misit illos binos ante fáciem suam. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

Hom. 17. in Evang. n. 14. 15.

QUómodo nos vitam corrígere valémus aliénam, qui neglígimus nostram? Curis enim seculáribus inténti, tantò insensibilióres intùs effícimur, quantò ad ea quæ foris sunt studiosióres vidémur. Usu quippe curæ terrénæ, à cœlésti desidério ánimus obduréscit: & dum ipso suo usu durus efficitur per actiónem séculi, ad ea emollíri non valet, quæ pértinent ad caritátem Dei. Sacérdos enim non distat à pópulo, quando nullo mérito vitæ suæ vulgi transcéndit actiónem. Plorémus Jeremíæ lácrymis: Quómodo obscurátum est aurum, mutátus est color óptimus? dispérsi sunt lápides sanctuárii in cápite ómnium plateárum? Aurum quippe obscurátum est, quià sacerdótum vita, quondam per glóriam virtútum clara, nunc per actiónes ínfimas osténditur réproba. Color óptimus est mutátus; quia ille sanctitátis hábitus per terréna & abjécta ópera ad ignomíniam despectiónis venit.

Oratio, Da Ecclésiæ, *p. xxviij.*

Ad Laudes, *Commem. de S. Thoma, Cantuariensi Episcopo & Martyre.*

Lectio

Ex Joan. Saristberiensi, Episcop. Carnot.

THomas, Londíni Gilbérto & Mathílde paréntibus ortus, ex Angliæ Cancellário Cantuariénsis Epíscopus creátus est. Magnátum in se vehemens ódium concitávit, quòd opes Ecclésiæ quas inváserant, restitui fecísset. Henríco secúndo qui Epíscopos, ad servándas regni consuetúdines júribus Ecclésiæ contrárias, sacraménto præstíto, volébat adígere, fórtiter réstitit. Quamóbrem sede dejéctus, in exílium pulsus est: & in Fránciam proféctus, Pontiníaci primùm, tum Sénonis, demúmque Parísiis aliquándiu apud sanctum Victórem mansit. Agéntibus Alexándro tértio Pontífice, & Ludovíco séptimo Francórum Rege, in grátiam Henríci restitútus est, & Cantuáriam revérsus. Sed cùm illic novis quotídie calúmniis impeterétur, conquéstus est Henrícus Rex, per unum sacerdótem stare quóminùs pace fruerétur. Aúlici quátuor gratum se Regi factúros rati, Thomam in Ecclésia vespertínis Horis óperam dantem aggrediúntur. Qui, Cléricis templi áditus præclúdere conántibus, accúrrens: Non est, inquit, Dei Ecclésia custodiénda more castrórum: pro ipsa libén-

ter mortem subíbo. Tum flexis génibus, caput ímpiis mánibus præcidéndum óbtulit, anno ætátis quinquagésimo secúndo, Christi verò millésimo centésimo septuagésimo. Henrícus tam atróci facínore percúlsus, tríduo ab omni penè cibo abstínuit, & per quadragínta dies pœniténtiam egit. Thomam póstea miráculis insígnem Alexánder tértius Sanctis adscrípsit.

Ant. Hoc, ℣. Dóminus, *p.* xiij. & xiv. *Oratio*, Omnípotens, *p.* xiv.

DIE X.

IN FESTO
SS. SEPTEM FRATRUM, ET S. FELICITATIS, eorum Matris, Martyrum.

Simplex.

Omnia de Communi plurium Martyrum, p. xvj. *additis quæ sequuntur.*

Sermo sancti Gregórii Papæ.

Hom. 3. hab. in Basil. S. Felicitatis, die Nat. ejus.

LECTIO III.

BEáta Felícitas, cujus hódie Natalítia celebrámus, septem fílios sic post se tímuit vivos in carne relínquere, sicut carnáles paréntes solent metúere ne mórtuos præmíttant. In persecutiónis enim labóre deprehénsa, filiórum corda in amóre supérnæ pátriæ prædicándo roborávit: & parturívit spíritu, quos carne pepérerat; ut prædicatióne páreret Deo, quos carne pepérerat mundo. Nunquid ergo hanc Féminam Mártyrem díxerim? sed plusquàm Mártyrem, quæ septem pignóribus ad regnum præmíssis, tóties ante se mórtua, ad pœnas prima venit, sed pervénit octáva. Optávit nullum post se relínquere, ne si quem habéret supérstitem, non posset habére consórtem.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus; Per Dóminum.

DIE XI.

IN FESTO
SANCTI BENEDICTI, Cassinensis Abbatis.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Abbatis, p. xliv. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

Ex S. Gregorio magno & aliis Aut. Ecclesiast.

BEnedíctus, Núrsiæ in Sabínis claro génere ortus, relíctis quibus Romæ instituebátur liberálibus disciplínis, ut totum se Christo daret, in altíssima spelúnca eo loco qui Súblacus dícitur, per triénnium delítuit. Sed jam erumpénte ex illis látebris ejus sanctitátis famâ, quidam mónachi se illi instituéndos

tradidérunt : qui pósteà, cùm regulárem ejus disciplínam ferre non possent, venénum ipsi miscére in potu constítuunt. Ille póculum oblátum crucis signo confrégit, ac relícto monastério, in solitúdinem se recépit. Pósteà migrávit Cassínum, anno quingentésimo vigésimo nono, ubi simulácrum Apóllinis commínuit, & aram evértit. Ibidem sancti Joánnis Baptístæ, & sancti Martíni Sacélla construxit: íncolas autem Christiánis præcéptis ímbuit. Scripsit monachórum régulam, quam sanctus Gregórius discretióne præcípuam, sermóne luculéntam appéllat. Aliquot antè ménsibus quàm è vita migráret, præmónuit discípulos quo die esset moritúrus : ac sepúlcrum in quo suum corpus condi vellet, sex antè diébus quàm eò inferrétur, jussit aperíri : sextóque die deférri vóluit in oratórium, ubi Domínici Córporis & Sánguinis perceptióne munítus, sublátis in cœlum mánibus orans, inter manus discipulórum, ánimam efflávit, vigésimo primo die Mártii, anno salútis quingentésimo quadragésimo tértio. Sancti viri ossa, unà cum Relíquiis sanctæ Scholásticæ soróris ejus, è Cassinénsi monastério à sancto Aigúlfo Mártyre in Gállias advécta, atque in cœnóbium Floriacénse, nunc sancti Benedícti ad Ligerim, circa annum sexcentésimum quinquagésimum tértium transláta sunt, undécimâ die Júlii.

Oratio.

DEus, qui beátum Abbátem Benedíctum sǽculi turbis subdúctum ac vítiis, tuæ firmiter legi adhærére fecísti; quǽsumus, ut ejus imitatióne, in tua disciplína perseverántes, supérnæ vocatiónis bravíum ássequi mereámur; Per Dóminum.

DIE XIII.

IN FESTO SANCTI SILÆ, Gentium Apostoli.

Simplex.

Omnia de Communi Apostolorum, p. j. additis quæ sequuntur.

LECTIO III.

Ex Act. Apost. Epist. Petr. & Paul. & Usuardo.

SIlas, qui & Silvánus, ab Apóstolis eléctus est, qui cum Juda epístolam perférret Antiochíam, & reférret de gestis à Sýnodo Jerosolymitána. Quam epístolam cùm legíssent fratres, gavísi sunt super consolatióne. Judas autem & Silas, & ipsi cùm essent Prophétæ, consoláti sunt eos, & confirmavérunt. Inde Silas cum Paulo Apóstolo proféctus, perambulávit Sýriam & Cilíciam. Philíppis comprehénsi, virgis cæsi, multísque plagis

afflícti, missi sunt in cárcerem, stríctis ligno pédibus. Quibus orántibus Deum, apérta sunt óstia cárceris, & captivórum ómnium víncula solúta. Quo ingénti miráculo factum est, ut custos cárceris cum omni domo sua baptizarétur. Cùm autem perambulássent Amphípolim, Apollóniam, Beroéam, ubíque prædicántes Evangélium Dei; Paulus Athénas proféctus est, Silâ & Timótheo remanéntibus, quos Paulus celériter ad se veníre præcépit. Cúmque ad eum de Macedónia Coríntbum venissent, instábat verbo Paulus, ipsis adjuvántibus. Silas dénique, consummáto Evangélicæ prædicatiónis múnere, in passióne sua Christum glorificans, requiévit.

Oratio.

Beátus Silas, quǽsumus, Dómine, tuum pro nobis implóret auxílium; ut à nostris reátibus absolúti, à cunctis étiam perículis eruámur; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum, &c.

DIE XIV.

IN FESTO SS. SAVINI ET CYPRIANI,

In territorio Pictaviensi Martyrum.

Semiduplex.

Omnia de Communi plurium Martyrum, p. xvj. additis quæ sequuntur.

LECTIO III.

Ex Bolland. & Chron. Malleac.

Savínus & Cypriánus fratres, ex ea Gálliæ Lugdunénsis parte quæ nunc Bréssia dícitur, ad Germánum Autissiodorénsem Epíscopum proféсti, inter sancti Prǽsulis discípulos numeráti sunt. Mamertínum idolórum cúltui addictíssimum, & in ipsis statiónibus nefándis cæcitáte unius óculi & ariditáte manûs percússum, cùm ad eádem simulácra, deórum iram placatúrus accéderet, Savínus Christo lucrifécit, idolórum expósitâ vanitáte, & ejúsdem Germáni in corpóribus curándis poténtiâ. Autissiodóro proféсti Savínus & Cypriánus, várias peragrârunt províncias, prædicándæ sanctíssimæ Trinitátis fídei causâ. Cùm eò perveníssent ubi Vartímpa in Crosam ínfluit, à Bárbaris in Gálliam effúsis & fídei sanctíssimæ Trinitátis inféнsis apprehénsi sunt & acerbíssimè cruciáti. Abscíssum tandem est utríque caput: Savíno quidem, in ínsula Vartímpæ, sita contra prǽdium Psellis dictum: Cypriáno verò Antiniaci; unde paulò pòst ad tres Cypréssos, nunc Montem sancti Savíni, tumulátus est. Célebrem exínde semper in Ecclésia Pictaviénsi fuísse sanctórum Mártyrum memóriam satis osténdunt,

tùm sancto Savíno Pictávii dicáta, plúribus ab hinc séculis Parochiális Ecclésia, tùm duo apud nos erécta in illórum honórem celebérrima Monastéria. Alterum quidem, anno octingentésimo, jussu Cároli magni, sub ejúsdem sancti Savíni nómine, ad Vartímpam, haud procul ab ejúsdem Martýrii loco, ædificátum: álterum autem, aliquántò pòst, juxta Pictavórum mœnia, sancti Cypriáni nómine insignítum.

Oratio, Exaúdi, *p.* xx.

VESPERÆ *à Capitulo de Sequenti, cum Commemoratione de SS. Savino & Cypriano.*

DIE XV.

IN FESTO

S. BONAVENTURÆ,

Albanensis Episcopi & Doctoris.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Doctoris, p. xxx. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

Ex ejus vita apud Surium.

BOnaventúra, Balneorégii in Etrúria natus, anno ætátis vigésimo secúndo in Ordinem Fratrum Minórum adscríbi vóluit: ubi sub Alexándro Alénsi, tantos progréssus fecit, ut séptimo pòst anno, libros sententiárum Parísiis públicè interpretátus sit, & laúream doctorálem adéptus. Miníster generális séptimus post sanctum Francíscum eléctus, singulárem in Ordinis administratióne prudéntiam ac sollicitúdinem adhíbuit. Hunc Gregórius décimus, honóres licet fugiéntem, in Cardinálium Collégium, & in Episcopórum Ordinem cooptávit, novo eum propter exímias virtútes exémplo præficiens Ecclésiæ Albanénsi, quæ nonnísì antiquióribus Cardinálibus commítti ántea solébat. Hâc ille amplíssimâ dignitáte auctus, in propugnánda Cathólica fide & geréndis rebus diffícillimis, egrégiam in Concílio Lugdunénsi generáli, quod secúndum dícitur, præstitit óperam. Pravas ibi opiniónes acérrimè confutávit: ejúsque prudéntiâ, doctrínâ, & oratiónibus subláto schísmatis dissídio, Míchaël Palæólogus Græcórum Imperátor, Orientaléśque natiónes ad Apostólicæ Sedis communiónem rediérunt. Migrávit è vita in eódem Concílio, quinquagínta tres annos natus, anno Christi millésimo ducentésimo septuagésimo quarto, décimâ quartâ Júlii, & post óbitum cláruit miráculis.

Oratio, Deus, qui, *p.* xxxv.

AD VESPERAS, *Commem. de S. Generoso, Abbate.*

Ant. Multíplicans, ℣. Potens, *p.* xlv. *Oratio*, Deus, cujus múnere, *p.* xlix.

Die XVI.

In Festo

SANCTI GENEROSI, Ansionensis Abbatis.

Simplex.

Omnia de Communi unius S. Abbatis, p. xliv. *additis quæ sequuntur.*

Lectio III.

Ex veter. Pictav. Eccles. Monum. S. Fortunat. & Bolland.

Generósus Románâ prosápiâ satus, religiósum hábitum in Ansionénsi Cœnóbio, quod nunc sancti Jovíni de Marnis appellátur, loci celebritáte, & uni Deo procul à sǽculi tumúltu vivéndi cupiditáte attráctus, accépit. Ibi sic in disciplínæ reguláris obsérvántia & monasticárum virtútum praxi profécit, ut Cœnóbio, post Abbátis óbitum, unánimi monachórum voce præpóni merúerit. Eos, temperáto mirâ discretióne & prudéntiâ zelo, diréxit, & intra límites austeritátis per régulam præscríptæ contínuit. Quare cùm sanctum Patérnum ante tres annos è suo monastério in Constantínam diœcésim digréssum asperióre sese confícere vivéndi génere rescivísset, ipsum ádiit, & ad paulò mitiórem vitæ normam adhortándo revocávit. Diébus meritísque plenus migrávit ad Dóminum, sexto labénte sǽculo. Sub ejus nómine Ecclésia, Priorátûs & Paróchiæ título insigníta, in diœcési Pictaviénsi dicáta, est.

Oratio, Deus cujus múnere, *p.* xlix.

Die XIX.

In Festo

SANCTI VINCENTII A PAULO, Presbyteri, Congregationis Missionis Institutoris.

Duplex minus.

Omnia de Communi unius S. Presbyteri, p. xxxvij. *additis quæ sequuntur.*

Lectio II.

Ex ejus vita à diversis Autor. scripta.

Vincéntius à Paulo, Pódii non procul ab Aquis Tarbéllis in Aquitánia natus, à púero exímiâ in paúperes caritáte enítuit. A custódia patérni gregis ad lítteras evocátus, humánas Aquis, divínas, cùm Tolósæ, tùm Cæsaraugústæ dídicit. Sacerdótio initiátus, & Theológiæ laúreâ insignítus, cùm Massíliâ Tolósam redíret, in Turcas íncidit: qui ipsum sagíttâ vulnerátum in Africam captívum adduxérunt. Ibi herum suum qui à Christiánâ fide defécerat, rursùs Christo lucrifécit. Cum eo revérsus in Gállias, Clippíaci primùm, mox Castellriónis parǽcias sanctíssimè rexit. Moniálibus Visitatiónis à sancto Francísco Salésio præpósitus, quàm rectum esset ejúsdem sanctíssimi Prǽsulis judí-

cium, qui sacerdótem Vincéntio digniórem nullum se nosse fatebátur, comprobávit. Ad paúperes, præsértim rústicos & agréstes evangelizándos, Congregatiónem Presbyterórum seculárium Missiónis instítuit: & plures misit ex illis non solùm in Itáliam, Polóniam, Scótiam, sed étiam ad Bárbaros & Indos. Domos Ecclesiásticas Cléricis ad virtútes, sciéntias, functionésque sacras, ante Ordinum susceptiónem, informándis, tùm álibi passim, tùm in ista quoque Diœcési, in qua aliquantíspèr diversátus est, assignávit. Sacerdótes adunávit, qui statis diébus de divínis rebus inter se conférrent. Et ut étiam córporum indigéntiam subleváret; matronárum Cœtus, & Societátem puellárum instítuit. Infántes expósitos, vírgines periclitántes, mulíeres lapsas, peregrínos infírmos, artífices inválidos, subsídiis & hospítiis etiámnum superstítibus excépit ac piè fovit. Valetudinária pro infírmis remígibus, apud quos primárius sacrórum Minister à Rege renuntiátus fúerat, Parísiis & Massíliæ, ipsíus impúlsu, régiâ liberalitáte constrúcta sunt. Lotharíngiam, Campániam, Picárdiam, peste, fame, bellóque vastátas lárgiter reſécit. Ipsum Ludóvicus décimus tértius móriens adjutórem sibi consolatorémque esse vóluit: & Anna Austríaca, post Regis óbitum, in sánctius consciéntiæ consílium adscívit. Hæc inter & ália gravíssima negótia sénio laboribúsque conféctus, óbiit Parísiis, quinto Caléndas Octóbris, anno millésimo sexcentésimo sexagésimo, ætátis suæ octogésimo quinto. Jussu Cleméntis duodécimi Festum ejus die décimâ nonâ mensis Július celebrátur.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio III. c. 9. v. 35. *ad finem.*

Messis multa, operarii pauci.

Circuíbat Jesus omnes civitátes & castélla, docens in Synagógis eórum, & prædicans Evangélium regni. Et réliqua.

Homília sancti Gregórii Papæ.

Hom. 17. *in Evang.* n. 3.

Missis prædicatóribus, quid Dóminus dicat, audiámus. Messis quidem multa, operárii autem pauci. Ad messem multam operárii pauci sunt, quod sinè gravi mœróre loqui non póssumus: quia etsi sunt qui bona aúdiant, desunt qui dicant. Ecce mundus sacerdótibus plenus est, sed tamen in messe Dei rarus valde invenítur operátor: quia officium quidem sacerdotále suscépimus, sed

opus officii non implémus. Sed pensáte, fratres caríssimi, pensáte quod dícitur: Rogáte Dóminum messis, ut mittat operários in messem suam. Vos pro nobis petíte, ut digna in vobis operári valeámus, ne ab exhortatióne lingua tórpeat, ne postquàm prædicatiónis locum suscépimus, apud justum Júdicem nostra nos tacitúrnitas addícat. Sæpè enim pro sua nequítia prædicántium lingua restríngitur: sæpè verò ex subjectórum culpa ágitur, ut eis qui præsunt, prædicatiónis sermo subtrahátur.

Oratio.

DEus, qui ad evangelizándum paupéribus, & Ecclesiástici Ordinis decórem promovéndum, Fílii tui Spíritum in apostólica beáti Vincéntii caritáte & humilitáte suscitásti; ejus nobis intercessióne concéde, ut eâdem tibi semper caritáte & humilitáte placeámus; Per eúmdem Dóminum .... ejúsdem Spíritûs sancti.

DIE XXII.
IN FESTO
SANCTÆ MARIÆ
MAGDALENES
Duplex minus.

IN I. VESPERIS.

Antiphona 1. *toni* D.

JEsus iter faciébat per civitátes & castélla, prædicans & evangelízans regnum Dei. *Luc.* 8. 1.

Ant. 2. D. Mulíeres, inter quas erat María Magdaléne, cùm esset Jesus in Galilæa, sequebántur eum. *Marc.* 15. 40. 41.

Ant. 3. *a.* Erant curátæ à spirítibus malígnis, & infirmitátibus. *Luc.* 8. 2.

Ant. 8. G. Jesus ejiciébat spíritus verbo, & omnes malè habéntes curávit. *Matt.* 8. 16.

Ant. 4. a. De María Magdaléne Jesus ejécerat septem dæmónia. *Marc.* 16. 9.

CAPITULUM. *Act.* 10. 38.

UNxit Jesum Deus Spíritu sancto & virtúte, qui pertránsiit benefaciéndo, & sanándo omnes oppréssos à diábolo, quóniam Deus erat cum illo.

HYMNUS. S. V.

PRocul, malígni, cédite, spíritus;
Nunc imperánti cédite Númini;
Fessámque duris Magdalénen,
Párcite nunc agitáre pœnis.

CHRISTI jubéntis Númine térriti,
Fugére septem: mox sibi réddita
Te, Christe, consectátur unum,
Et mémori tibi mente servit.

QUIN & cruénta de trabe péndulo
Christo litábat mille dolóribus:
Quàm vellet insóntis Magístri

Sola graves toleráre pœnas !
Miscere fletus sánguinis æmulos
Non cessat, astans víctima Víctimæ :
Christus siléndo nil rependit :
Quàm méliùs probat hinc amántem !
Laus summa Patri, súmmaque Fílio :
Sit summa puro laus quoque Flámini,
Afflánte quo, semper caléscunt
Æthéreis pia corda flammis. Amen.

℣. Exaltétur Deus salútis meæ, ℟. Liberátor meus de inimícis meis iracúndis. *Ps.* 17. 47. 48.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Quod est hoc verbum, quia in potestáte & virtúte ímperat immúndis spirítibus, & éxeunt ? *Luc.* 4. 36.

Oratio, Deus, cujus, *infrà, ad Laudes*, p. 479.

Completorium *habetur post secundas Vesperas.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Deum, qui maniféstat se diligéntibus eum, * Veníte, adorémus. *Joan.* 14. 21.

Psalmus, Veníte, *p.* 2. *ritu duplici.*

HYMNUS. G. S.

PLagis Magístri saúcia,
Dum mœsta largos fúnderet
María fletus, ácrior
Revíxit in pœnis amor.
Non turba, non vetat crucis
Mortísque diræ scándalum,
Inter furéntes, quǽrere
Ligno perémptum, mílites.
Quis tantus ignáram labor
Exércet ? Extínctam doles
In morte Vitam : quid gemis,
Mors ipsa cùm victrix cadit ?
O si beátos tángere,
O si tenére fas pedes !
Sed hîc perénnis non datur
Gustáre vitæ gaúdia.
Impleta nunc Apóstolam
Promíssa te primam choro
Apostolórum grándia
Jubent reférre núntia.
Æterne tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória. Amen.

Ant. 8. c. Erant mulíeres multæ à longè, quæ secútæ erant Jesum à Galilǽa ministrántes ei, inter quas erat María Magdaléne. *Matt.* 27. 55. 56.

Ant. 2. D. Stabant juxta crucem Jesu Mater ejus, & soror Matris ejus María Cléophæ, & María Magdaléne. *Joan.* 19. 25.

Ant. 1. a. Advólvit Joseph saxum magnum ad óstium monuménti, & ábiit. Erat autem ibi María Magdaléne. *Matt.* 27. 60. 61.

uia fuísti adjútor
ómine; ℟. Adhæsit
ıea post te. Ps. 62. 9.
I. de Script. occurr.
s unam junctis.

Lámpades ejus,
es ignis atque flam-
; * Aquæ multæ non
nt extínguere cari-
Cant. 8. 6. 7. ℣. Ma-
gdaléne, & María
& Salóme emérunt
a, ut veniéntes ún-
Jesum. Marc. 16.
luæ.

sancti Gregórii
Papæ.
s. in Evang. n. 1. 2.

ECTIO II.

ándum est hujus
líeris mentem quan-
ımóris accénderat,
nonuménto Dómi-
ım discípulis rece-
ıs, non recedébat.
ebat quem non in-
: flebat inquirén-
amóris sui igne suc-
ejus quem ablá-
didit, ardébat de-
Unde cóntigit ut
a tunc vidéret, quæ
it ut quǽreret: quia
n virtus boni ópe-
severántia est, &
eritátis dícitur: Qui
erseveráverit usque
m, hic salvus erit.
móris intentiónem
icat inquisitiónis.
it ergo priùs, & mí-
ıvénit: perseverávit
eret; unde & cónti-
ıveníret. Actúmque
esidéria diláta crés-
cerent, & crescéntia cápe-
rent quod inveníssent.

℟. ij. Quæsívi quem díli-
git ánima mea: * Quæsívi
illum, & non invéni. Cant.
3. 1. ℣. Tulérunt Dómi-
num de monuménto, &
nescímus ubi posuérunt
eum. Joan. 20. 2. * Quæsívi.

Léctio sancti Evangélii
secúndùm Joánnem.

LECTIO III. c. 20. v. 11.
ad 18.

Maria quærit Dominum.

MAria stabat ad monu-
méntum foris plorans.
Et réliqua.

Homília sancti Augustíni
Epíscopi.
In Joan. Evang. Tract. 121.
n. 1.

SUblátum esse Dómi-
num de monuménto,
discípulis ejus Petro &
Joánni nuntiáverat María
Magdaléne: quò illi ve-
niéntes, invenérunt sola
linteámina quibus corpus
fúerat involútum. Abiérunt
ergo ad semetípsos discípu-
li, id est, ubi habitábant,
& unde ad monuméntum
cucúrrerant: María autem
stabat ad monuméntum fo-
rìs plorans. Viris enim
redeúntibus, infirmiórem
sexum in eódem loco fór-
tior figébat afféctus: &
óculi qui Dóminum quæ-
síerant & non invénerant,
lácrymis jam vacábant,
ampliùs doléntes quòd fúe-
rat de monuménto ablátus,
quàm quòd fúerat in ligno
occísus: quóniam Magistri

tanti cujus eis vita subtrácta fúerat, nec memória remanébat. Tenébat ítaque ad monuméntum jam dolor iste mulíerem.

℟. *iij.* In simplicitáte cordis quǽrite Dóminum: * Quóniam invenítur ab his qui non tentant illum, appáret autem eis qui fidem habent in illum. *Sap.* 1. 1. 2. ℣. Surgens Jesus manè primâ sábbati, appáruit primò Maríæ Magdaléne. *Marc.* 16. 9. * Quóniam. Glória. * Quóniam.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo: ℟. Sitívit in te ánima mea. *Ps.* 62. 2.

Ant. 7. d. Anima mea desiderávit te in nocte, Dómine, sed & spíritu meo in præcórdiis meis, de manè vigilábo ad te. *Is.* 26. 9.

Ant. 1. a. Vocem meam audísti, ne avértas aurem tuam à singúltu meo & clamóribus. *Thren.* 3. 56.

Ant. 7. G. Liberásti me, secúndùm multitúdinem misericórdiæ nóminis tui, à rugiéntibus. *Eccli.* 51. 4.

Ant. 8. G. Circumdedérunt.

CANTICUM. *Cant. c.* 3. *v.* 1. *ad* 4.

Anxietas animæ fidelis Deum suum inquirentis.

QUæsívi quem díligit ánima mea, * quæsívi illum; & non invéni. Surgam & circuíbo civitátem, * per vicos & platéas quæram quem díligit ánima mea.

Quæsívi illum, * & non invéni.

Invenérunt me vígiles qui custódiunt civitátem: * Num quem díligit ánima mea vidístis?

Paúlulùm cùm pertransíssem eos, invéni quem díligit ánima mea: * ténui eum, nec dimíttam.

Ant. Circumdedérunt me úndique, & non erat qui adjuváret. *Eccli.* 51. 10.

Ant. 4. a. Benedíco te, Dómine Deus Israël, quia tu castigásti me & tu salvásti me. *Tob.* 11. 17.

CAPITULUM. *Is.* 49. 24. 25.

NUnquid tollétur à forti præda, aut quod captum fúerit à robústo, salvum esse póterit? Quia hæc dicit Dóminus: Equidem & captívitas à forti tollétur.

HYMNUS. S. V.

MARIA sacro saúcia vúlnere,
Jam non doléndum quid Dóminum doles?
Semper renáscens hic amóris
Unde tibi violéntus ardor?
QUEM quæris ipso fúneris in sinu,
Victo triúmphat fúnere, clárior.
Vivit: retécto jam sepúlcro,

Ecce jacent revolúta saxa.

Myrrham quid affers vánaque bálsama?
Hæc luce functis débita múnera:
Mox ille donándos Olympo
Non eget his redivívus artus.

Ingens amántem te dolòr índicat,
Amans vicíssim se Deus óbtulit:
Agnósce vocem tu Magístri
Nómine te próprio vocántis.

Tu prima testis, prímaque núntia,
Velox in urbem prótinùs ádvola,
Christíque nutántes Minístros,
Plena Deo propióre firma.

Laus summa Patri, súmmaque Fílio;
Sit summa puro laus quoque Flámini,
Afflánte quo, semper caléscunt
Æthéreis pia corda flammis. Amen.

℣. Anima mea exultábit in Dómino, ℟. Et delectábitur super salutári suo. *Ps.* 34. 9.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. a. Cùm das nobis disciplínam, Dómine, inimícos nostros multiplíciter flagéllas, ut bonitátem tuam cogitémus. *Sap.* 12. 22.

Oratio.

Deus, cujus Unigénitus post Resurrectiónem suam primò Maríæ Magdalénæ appáruit; præsta, quæsumus, ut ejus intercessióne, eúmdem in déxtera tua sedéntem vidére mereámur, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit.

AD PRIMAM.

Ant. Anima.

Capitulum. *Prov.* 11. 27.

Benè consúrgit dilúculo qui quærit bona: qui autem investigátor malórum est, opprimétur ab eis.

℟. *breve.* Christe.

AD TERTIAM.

Ant. Vocem.

Capitulum. *Sap.* 6. 13.

Sapiéntia fácilè vidétur ab his qui díligunt eam, & invenítur ab his qui quærunt illam.

℟. *breve.* Exquisívi Dóminum, * Et exaudívit me. ℟. Exquisívi. ℣. Et ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me. * Et. Glória. ℟. Exquisívi. *Ps.* 33. 5.

℣. Benedíctus Deus, ℟. Qui non amóvit oratiónem meam. *Ps.* 65. 20.

AD SEXTAM.

Ant. Liberásti.

Capitulum. *Dan.* 6. 26. 27.

Potéstas ejus usque in ætérnum; ipse Liberátor atque Salvátor, fáciens signa & mirabília.

℟. *breve.* Confitébor tibi, Dómine, * In toto corde meo. ℟. Confitébor. ℣. Narrábo ómnia mirabília tua. * In. Glória. ℟. Confitébor. *Ps.* 9. 2.

℣. Narrábo nomen tuum frátribus meis : ℟. In médio ecclésiæ laudábo te. *Ps.* 21. 23.

AD NONAM.

Ant. Benedíco te.

Capitulum. *Tob.* 12. 7.

SAcraméntum regis abscóndere bonum est : ópera autem Dei reveláre & confitéri honoríficum est.

℟. *breve.* Veritátem tuam, Dómine, * Et salutáre tuum dixi. ℟. Veritátem. ℣. Non abscóndi misericórdiam tuam. * Et. Glória. ℟. Veritátem. *Ps.* 39. 11.

℣. In lábiis meis, ℟. Pronuntiávi ómnia judícia oris tui. *Ps.* 118. 13.

AD VESPERAS.

Ant. 7. d. Véspere sábbati quæ lucéscit in prima sábbati, venit María Magdaléne, & áltera María vidére sepúlcrum. *Matt.* 28. 1.

Ant. 1. a. Angelus dixit muliéribus: Nolíte timére; scio enim quòd Jesum qui crucifíxus est, quǽritis; non est hîc, surréxit. *Matt.* 28. 5. 6.

Ant. 7. G. Exiérunt citò de monuménto cum timóre & gaúdio magno, curréntes nuntiáre discípulis. *Matt.* 28, 8.

Ant. 8. G. Jesus occúrrit illis, dicens : Avéte. Illæ autem accesséerunt, & tenuérunt pedes ejus, & adoravérunt eum. *Matt.* 28. 9.

Ant. 4. a. Venit María Magdaléne annúntians discípulis : Quia vidi Dóminum. *Joan.* 20. 18.

Capitulum. *Eccli.* 1. 14. 15.

DIléctio Dei honorábilis sapiéntia : quibus autem apparúerit in visu, díligunt eam in visióne & in agnitióne magnálium suórum.

Hymnus. María sacro, *suprà, ad Laudes*, p. 478.

℣. Cor meum & caro mea exultavérunt, ℟. In Deum vivum. *Ps.* 83. 3.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Oculus non vidit, nec auris audívit, nec in cor hóminis ascéndit quæ præparávit Deus iis qui díligunt illum. 1. *Cor.* 2. 9.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 1. D. Bonus est Dóminus sperántibus in eum, ánimæ quæréntí illum. *Thren.* 3. 25.

Hymnus. Grates, peráсto jam die, *p.* 163.

Capitulum. *Sap.* 6. 17.

SApiéntia dignos seípsa círcuit quærens, & in viis osténdit se illis hiláriter.

℟. *breve.* In manus.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. C. Anima mea liquefácta est, ut diléctus meus locútus est. *Cant.* 5. 6.

Die XXV.

In Festo

SANCTI JACOBI, Apostoli.

Duplex majus.

Omnia de Communi Apostolorum, p. j. *additis quæ sequuntur.*

IN I. VESPERIS.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. g. Vocávit ad se Jesus Jacóbum Zebedǽi, & Joánnem fratrem Jacóbi, & impósuit eis nómina, Boanérges, quod est, Fílii tonítrui. *Marc.* 3. 17.

Oratio, Dómine Deus, *infrà, ad Laudes*, p. 483.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Script. occur.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Ex Evang. Act. Apost. & Script. Eccles.

Jacóbus Zebedǽi fílius, Joánnis Apóstoli germánus frater, natióne Galilǽus, inter primos Apóstolos vocátus cum fratre, relícto patre cum mercenáriis & rétibus, secútus est Dóminum; qui impósuit utríque nomen Boanérges, quod est, Fílii tonítrui. Is unus fuit ex tribus Apóstolis quos Salvátor máximè diléxit, testésque vóluit esse suæ Transfiguratiónis, ac interésse miráculo cùm Jáiri fíliam à mórtuis excitávit, & adésse cùm secéssit in montem Olivéti, Patrem oratúrus, ántequàm à Judǽis comprehenderétur.

Lectio V.

Ambitiósæ illíus petitiónis occasióne, quâ fratres ambo Dóminum ore matris rogábant, ut alter ad déxteram ejus, alter ad sinístram in glória sedéret, suam Christus eorúmque passiónem prædíxit his verbis: Cálicem quem ego bibo, bibétis: & baptísmo quo ego baptízor, baptizabímini. Et quidem post mortem Dómini, ante dispersiónem Apostolórum per univérsum orbem, Claúdio imperánte, Heródes ad regnum sublátus, ut à Judǽis grátiam iníret, Jacóbum qui Christum líberè Deum confitebátur, cápitis condemnávit. Corpus ejus Compostéllam translátum fuísse tradunt Ado & Usuárdus. Cæterùm memória ipsíus Natális hodiérno die, qui Translatiónis dies est, ab Ecclésia celebrátur: cùm ipse circa festum Paschæ, primus Apostolórum, Jerosólymis profúso sánguine, testimónium Jesu Christo déderit.

Sermo sancti Cleméntis Alexandríni.

Apud Euseb. Hist. Eccl. Lib. 2. Cap. 9.

Lectio VI.

Is qui Jacóbum judício obtúlerat, cùm illum vidísset Christi fidem líberè confiténtem, commótus viri constántiâ, se quoque Christiánum esse affirmá-

vit. Ambo ígitur simul ad supplícium ducti sunt. Cúmque inter eúndum rogásset Jacóbum comes ut sibi véniam daret, paulísper morátus Jacóbus: Pax tibi, inquit: statímque illum osculátus est. Ità simul ambo cápite truncáti, interiére.

IN III. NOCTURNO.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

LECTIO VII. c. 10. v. 15. ad finem.

QUàm speciósi pedes evangelizántium pacem, evangelizántium bona! Sed non omnes obédiunt Evangélio. Isaías enim dicit: Dómine, quis crédidit audítui nostro? Ergo fides ex audítu, audítus autem per verbum Christi. Sed dico: Nunquid non audiérunt? Et quidem in omnem terram exívit sonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum. Sed dico: Nunquid Israël non cognóvit? Primus Móyses dicit: Ego ad æmulatiónem vos addúcam in non gentem, in gentem insipiéntem, in iram vos mittam. Isaías autem audet, & dicit: Invéntus sum à non quæréntibus me: palàm appárui iis qui me non interrogábant. Ad Israël autem dicit: Totâ die expándi manus meas ad pópulum non credéntem, & contradicéntem.

LECTIO VIII. c. 15. v. 1. ad 7.

DEbémus autem nos firmióres, imbecillitátes infirmórum sustinére, & non nobis placére. Unusquísque vestrûm próximo suo pláceat in bonum, ad ædificatiónem. Etenim Christus non sibi plácuit, sed sicut scriptum est: Impropéria improperántium tibi cecidérunt super me. Quæcúmque enim scripta sunt, ad nostram doctrínam scripta sunt: ut per patiéntiam, & consolatiónem Scripturárum, spem habeámus. Deus autem patiéntiæ & solátii, det vobis idípsum sápere in altérutrum, secúndùm Jesum Christum: ut unánimes, uno ore honorificétis Deum & Patrem Dómini nostri Jesu Christi. Proptèr quod suscípite ínvicem, sicut & Christus suscépit vos, in honórem Dei.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

LECTIO IX. c. 20. v. 20. ad 23.

Jacobus calicem Christi bibiturus.

ACcéssit ad Jesum mater filiórum Zebedæi, cum filiis suis, adórans, & petens áliquid ab eo. Et réliqua.

Homília sancti Joánnis Chrysóstomi.

Hom. 65. in Matt. n° 2.

DIc ut sédeat unus à dextris tuis, & unus à

is: ipsúmque urgent
erbo, Dic. Quid ígi-
le? Ut osténdat illos
spirituále quídpiam
:, neque si scirent
hoc esset, unquam
: ausúros fuísse, ait:
tis quid petátis: quàm
ium nempè sit, quàm
bile, quàm súperet ip-
supérnas Potestátes.
dè subjúngit: Poté-
íbere cálicem quem
ibitúrus sum, & bap-
quo ego baptízor,
zári? Viden quómo-
atim ab hac opinió-
los abdúcat, à con-
s ipsos álloquens? Vos
:m de honóre déque
iis mecum loquímini,
t: ego verò de certa-
bus & de sudóribus
r. Non est enim hoc
iórum tempus, ne-
nunc glória illa mea
:ébit: sed præsens vi-
: cædium, belli, ac
ulórum.

Benedíctus, *Ant.* 3. *a.*
ait fíliis Zebedæi:
:em quidem quem ego
, bibétis; & baptís-
uo ego baptízor, bap-
ímini. *Marc.* 10. 39.

Oratio.

Omine Deus, qui beá-
to Jacóbo Apóstolo
:m tuum bíbere, &
ísmo quo ipse baptizá-
, baptizári tribuísti;
quǽsumus, ut cum
mortificatiónem tuam
er in córpore nostro
mferéntes, tuæ quoque cum ipso glóriæ consórtes éffici mereámur; Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. *E.* Misit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia; occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. *Act.* 12. 1. 2.

Commemoratio de SS. Joachim & Anna.

Ant. Notum fáciet Dóminus qui ad se pertíneant, & sanctos applicábit sibi. *Num.* 16. 5.

℣. Jurávi in sancto meo, si David méntiar; ℟. Semen ejus in ætérnum manébit. *Ps.* 88. 36. 37.

Oratio, Deus, qui, *infrà, ad Laudes*, p. 486.

DIE XXVI.

IN FESTO SS. JOACHIM ET ANNÆ,

Parentum Beatæ Mariæ Virginis.

Duplex minus.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Christum, Fílium David, * Veníte, adorémus. *Matt.* 1. 1.

Psalmus, Veníte, *p.* 2. *ritu duplici.*

HYMNUS.

REGALE Davídis genus,
Et cónjugum par nóbile,
Mundo datúri Vírginem
Matrem futúram Núminis.

QUI sacra nectit víncula,
Vos jungit ínnocens amor;

Piósque sensus ápprobans,
Divínus aspírat favor.

Virtute solâ dívites,
Non vos opum fallax decus,
Sed corde fervens cáritas,
Et casta comméndat fides.

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

Ant. 1. a. Erant justi ambo ante Deum, incedéntes in ómnibus mandátis & justificatiónibus Dómini, sinè queréla. *Luc.* 1. 6.

Ant. 3. g. Exaudítæ sunt preces ambórum in conspéctu glóriæ summi Dei. *Tob.* 3. 24.

Ant. 5. a. Dóminus amávit eos, elegítque semen eórum post eos. *Deut.* 10. 15.

℣. Oculi Dómini super justos; ℟. Et aures ejus in preces eórum. *Ps.* 33. 16.

Lectio I. de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis.

℟. *j.* Misericórdia Dómini ab ætérno & usque in ætérnum super timéntes eum: * Et justítia illíus in fílios filiórum. *Ps.* 102. 17. ℣. Misericórdia ejus à progénie in progénies timéntibus eum. *Luc.* 1. 50. * Et justítia.

Sermo sancti Joánnis Damascéni.

Orat. 1. *de Nat. B. M. V.* n. 2.

Lectio II.

Quóniam futúrum erat ut Dei Génitrix Virgo ex Anna nascerétur, natúra grátiæ germen antevértere non ausa est: sed mansit fructûs expers, donec grátia fructum éderet. Nasci síquidem primogénitam oportébat, ex qua nascitúrus esset omnis creatúræ Primogénitus, in quo ómnia constant. O par beátum, Jóachim & Anna! vobis omnis creatúra obstrícta est. Per vos enim donum ómnium donórum præstantíssimum Creatóri óbtulit, nempè castam Matrem, quæ sola Creatóre digna erat.

℟. *ij.* Cùm essent justi, * Erudiérunt fíliam suam, secúndùm Legem Móysi. *Dan.* 13. 3. ℣. In disciplína & correptióne Dómini. *Eph.* 6. 4. * Erudiérunt.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio III. *c.* 3. *v.* 23. *ad finem.*

Christi Genealogia.

Jesus erat incípiens quasi annórum trigínta, ut putabátur, filius Joseph. Et réliqua.

Homília sancti Irenæi Epíscopi & Mártyris.

Lib. 3. *contr. Hæres. Cap.* 22. n. 3. 4.

Lucas Genealógiam, quæ est à generatióne

nostri usque ad
septuagínta duas
ónes habére ostén-
m conjúngens iní-
gníficans quóniam
qui omnes gentes
b Adam dispérsas,
rsas linguas, & ge-
iem hóminum cum
im in semetípso re-
us est. Unde & à
ypus futúri dictus
Adam. Prophéta di-
pátribus nati sunt
i. Primogénitus
rtuórum natus Dó-
k in sinum suum re-
ríſtinos patres, re-
it eos in vitam Dei,
ium vivéntium fa-
ióniam Adam iní-
riéntium factus est.
hoc & Lucas iní-
ieratiónis à Dómi-
ans, in Adam ré-
gníficans quóniam
hunc, sed hic illos
gélium vitæ rege-
Sic autem & Hevæ
ntiæ nodus solutió-
épit, per obedién-
aríæ : quod enim
virgo Heva per in-
ítem, hoc Virgo
lvit per fidem.
. Eritis mihi in pó-
& * Ego ero vobis
i, ut súscitem jura-
quod jurávi pátri-
ris. *Jer.* 11. 4. 5.
hæ dictæ sunt pro-
s, & sémini ejus.
16. * Ego. Glória.

eum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Beneplácitum est Dómino super timéntes eum; ℟. Et in eis qui sperant super misericórdia ejus. *Ps.* 146. 11.

Ant. 1. f. Beátos vos dicent omnes gentes : éritis enim vos terra desiderábilis. *Mal.* 3. 12.

Ant. 7. d. Benefáciat vobis Deus, & meminerit testaménti sui quod locútus est ad Abraham, & Isaac, & Jacob. 2. *Mach.* 1. 2.

Ant. 2. D. Vos estis filii Prophetárum, & testaménti quod dispósuit Deus ad patres nostros. *Act.* 3. 25.

Ant. 1. a. Semen.

CANTICUM ISAIÆ.
c. 44. *v.* 1. *ad* 3.
Promissiones Israëli factæ.

Audi, Jacob serve meus, * & Israël, quem elégi.

Hæc dicit Dóminus fáciens & formans te, * ab útero auxiliátor tuus :

Noli timére, serve meus Jacob, * & rectíssime, quem elégi.

Effúndam enim aquas super sitiéntem, * & fluénta super áridam.

Effúndam Spíritum meum super semen tuum, * & benedictiónem meam super stirpem tuam.

Ant. Semen Abrahæ estis, secúndùm promissiónem hærédes. *Gal.* 3. 29.

Ant. 8. G. Vos Dómi-

nus multíplicet, & abundáre fáciat caritátem vestram in invicem, & in omnes. 1. Thess. 3. 12.

Capitulum. Rom. 9. 8.

NOn qui filii carnis, hi filii Dei, sed qui filii sunt promissiónis, æstimántur in sémine.

Hymnus.

PRomissa mundo gaúdia
Jam sperat humánum genus:
Adsunt beáti cónjuges,
Orbíque Christum prǽparant.

Hunc Anna votis ádvocans,
Summi Paréntem Núminis,
Thori fidélis prǽmium,
Favénte cœlo, cóncipit.

Fecunda radix púllulans
Florem tenéllum próferet,
Qui lætus optáto dabit
Fructum salútis gérmine.

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Memor fuit Deus verbi sancti sui, ℟. Quod hábuit ad Abraham púerum suum. Ps. 104. 42.

Ad Benedíctus, Ant. 6. F. Cum quanta diligéntia, Dómine, judicásti filios tuos, quorum paréntibus juraménta & conventiónes dedísti bonárum promissiónum! Sap. 12. 21.

Oratio.

DEus, qui præ ómnibus sanctis tuis, beátos Jóachim & Annam sanctíssimæ Genitrícis Fílii tui paréntes esse voluísti; concéde, ut quorum Solémnia cum gaúdio celebrámus, eórum apud te suffrágiis adjuvémur; Per eúmdem Dóminum.

Ad Horas, Doxologia

Qui natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

AD PRIMAM.

Ant. Beátos.

Capitulum. Eccli. 44. 7.

IN generatiónibus gentis suæ, glóriam adépti sunt, & in diébus suis habéntur in laúdibus.

In ℟. brevi. ℣. Qui natus es de María Vírgine, Matt. 1. 16.

AD TERTIAM.

Ant. Benefáciat.

Capitulum. Gal. 3. 8.

PRóvidens Scriptúra quia ex fide justíficat Gentes Deus, prænuntiávit Abrahæ: Quia benedicéntur in te omnes Gentes.

℟. breve. Beáta gens, * Cujus est Dóminus Deus ejus. ℟. Beáta. ℣. Pópulus quem elégit in hæreditátem sibi. * Cujus. Glória. ℟. Beáta. Ps. 32. 12.

℣. Firmaméntum est Dóminus timéntibus eum; ℟. Et testaméntum ipsíus ut manifestétur illis. Ps. 24. 14.

AD SEXTAM.

Ant. Vos estis.

Capitulum. *Eccli.* 10. 23.

SEmen hóminum honorábitur hoc quod timet Deum : semen autem hoc exhonorábitur, quod prætérit mandáta Dómini.

℟. *breve.* Hæc est generátio * Quæréntium Dóminum. ℟. Hæc. ℣. Quæréntium fáciem Dei Jacob. * Quæréntium. Glória. ℟. Hæc. *Ps.* 23. 6.

℣. Dómine, in justítia tua exaltabúntur ; ℟. Quóniam glória virtútis eórum tu es. *Ps.* 88. 17. 18.

AD NONAM.

Ant. Vos Dóminus.

Capitulum. *Rom.* 9. 4. 5.

SUnt Israëlítæ, quorum adóptio est filiórum, & glória, & testaméntum, & legislátio, & obséquium, & promíssa, quorum patres, & ex quibus est Christus secúndùm carnem.

℟. *breve.* Plantáti * In domo Dómini. ℟. Plantáti. ℣. In átriis domûs Dei nostri florébunt. * In. Glória. ℟. Plantáti. *Ps.* 91. 14.

℣. Ecce sic benedicétur homo, ℟. Qui timet Dóminum. *Ps.* 127. 4.

AD VESPERAS.

Ant. 1. f. Jurejurándo dedit Deus Abrahæ glóriam in gente sua, créscere illum quasi terræ cúmulum, & ut stellas exaltáre semen ejus. *Eccli.* 44. 22. 23.

Ant. 7. d. In Isaac eódem modo fecit, propter Abraham patrem ejus. *Eccli.* 44. 24.

Ant. 2. D. Testaméntum confirmávit super caput Jacob : agnóvit eum in benedictiónibus suis. *Eccli.* 44. 25. 26.

Ant. 1. a. Státuit testaméntum David Regi fílio Jesse de tribu Juda, hæréditas ipsi & sémini ejus. *Eccli.* 45. 31.

Ant. 8. G. Hujus Deus ex sémine, secúndùm promissiónem, edúxit Israël Salvatórem Jesum. *Act.* 13. 23.

Capitulum. *Rom.* 1. 2. 3.

DEus promíserat per Prophétas suos in Scriptúris sanctis de Fílio suo, qui factus est ei ex sémine David secúndùm carnem.

Hymnus. Promíssa mundo, *suprà, ad Laudes*, p. 486.

℣. Memor fuit Deus in séculum testaménti sui, ℟. Verbi quod mandávit in mille generatiónes. *Ps.* 104. 8.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Suscépit Dóminus Israël púerum suum, recordátus misericórdiæ suæ ; sicut locútus est ad patres nostros. *Luc.* 1. 54. 55.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 1. g. Benedíctus vir qui confídit in Dómino. *Jer.* 17. 7.

Hymnus. Grates, perácto jam die, p. 163.

Capitulum. *Jer.* 33. 15.

IN diébus illis & in témpore illo, germináre fáciam David germen justítiæ.

℟. *breve.* In manus.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 8. G. Nomen eórum vivit in generatiónem & generatiónem. *Eccli.* 44. 14.

Die XXIX.

In Festo
SANCTI LUPI,
Trecensis Episcopi.

Simplex.

Omnia de Communi unius S. Pontificis, p. xxiij. *additis quæ sequuntur.*

Lectio III.

Ex Sur. Sidon. Apoll. & aliis.

LUpus, Tulli Leucórum natus, uxórem duxit Pœmeníolam sancti Hilárii Arelaténsis sorórem. Qui cùm séptimo conjúgii anno, réliquum vitæ in continéntia dégere decrevíssent, Lupus ad beátum Honorátum Lirinénsem abbátem se cóntulit: unde post annum, cùm Matiscónem veníßet, improvíso ad Trecénsem Episcopátum raptus est. Biénnio pòst eléctus est à Sýnodo Gallicána, qui cum sancto Germáno Autissiodorénsi, in Británniam majórem ad expugnándam Pelagiánam hǽresim proficiscerétur. Unde Trecas revérsus, Hunnis in Gálliam effúsis, suis précibus urbem ab iis servávit incólumem, ipsúmque Attilam in suî veneratiónem convértit. Annis círciter vigínti, tábulâ pro lecto usus est; cilício, pro interióre túnica; in oratióne altérnis nóctibus pérvigil; in jejúniis assíduus, solo pane hordeáceo Sábbato victitans, discípulos celebérrimos hábuit, ipse ob exímias virtútes Episcopórum Gallicanórum dictus fácilè princeps. Cùm autem annis quinquagínta duóbus, Sacerdótio functus fuísset, clarus miráculis ábiit ad Dóminum.

Oratio, Da Ecclésiæ, p. xxviij.

Die XXX.

In Festo
S. IGNATII LOYOLÆ,
Presbyteri, Societatis Jesu Institutoris.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Presbyteri, p. xxxvij. *additis quæ sequuntur.*

Lectio III.

Ex ejus vita à pluribus scripta.

IGnátius, Loyolæ in diœcési Pompelonénsi nobílibus paréntibus natus est. Adoléscens à milítia seculári ex lectióne piórum librórum ad Deum convérsus, factâ in monte Serráto ómnium delictórum exomologési, apud Minorísſam inter egénos quibus vilíssima étiam obséquia exhibébat, vitam ásperam egit. Hinc Romam, dein Jerosólymam se cóntulit;

perlustratísque sacris locis, in Hispániam revérsus, tricésimum jam agens annum, Grammáticis, Philosóphicis, atque Theológicis óperam dedit. Parísios ádiens, stúdia illa repétiit, eleemósynis ínterim víctitans, non intermíssis caritátis & pœniténtiæ opéribus. Ibi sócios sibi adjúnxit Parisiénsis Académiæ grádibus insígnes, qui in inferióri Ecclésia Montis Mártyrum, sese omnes in próximi auxílium devovérunt. Et hæc fuére Societátis Jesu incunábula; quam pósteà, áddito ad tria Religiónis vota de Missiónibus quarto, Ignátius instítuit; & à Paulo tértio confirmátam, in Præpósitum generálem eléctus, summâ cum prudéntia rexit. Præcípua illi cura erat, ut rudes & púeri doctrínam Christiánam perdíscerent, carcéribus inclúsi levaréntur, Sacramentórum usus & frequéntior esset & sánctior. Non eum ab opéribus caritátis difficultátes, non contuméliæ aut irrisiónes deterrébant. Ad Deum ómnia referébat, his verbis: Ad majórem Dei glóriam, velut symbolo uti sólitus. Romæ obdormívit in Dómino, anno salútis millésimo quingentésimo quinquagésimo sexto.

Oratio.

Deus, qui ad majórem tui nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsídio militántem Ecclésiam roborásti; concéde ut ejus auxílio & imitatióne certántes in terris, coronári cum ipso mereámur in cœlis; Qui vivis & regnas.

Vesperæ *à Capitulo de Sequenti, cum Commemoratione de S. Ignatio Loyolæ.*

Die XXXI.

In Festo SANCTI GERMANI, Autissiodorensis Episcopi.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Pontificis, p. xxiij. additis quæ sequuntur.

Lectio III.

Ex S. Germ. vita, aut. Const. & Hist. Eccles.

Germánus, nóbili génere Autissiodóri natus, post auditória Gallicánæ, Romæ juris perítiam adéptus, causas egit; ibíque uxórem duxit. Provínciæ suæ Visitátor constitútus, in Gálliam rédiit, ubi ab Amatóre Autissiodorénsi Epíscopo reprehénsus est, quòd ferárum quas venándo céperat, trunca cápita ex ritu Gentílium de árbore quæ in médio civitátis erat, suspénderet. Sed ubi Germánum sibi succeſsórem futúrum divínitùs cómperit Amátor, Augustodúnum se cóntulit, ut Germáni in Clerum asciscéndi potestátem à Júlio Præfécto impetráret. Quod ut obtínuit, Germánum, te-

scísso capillítio, clericáli veste índuit. Creátus Epíscopus, súbitò mutátur in virum álterum Germánus: exínde namque cœpit séculi pompam aspernári, uxórem habére pro soróre, vitam ásperam dúcere, cilício carnem domáre, sua paupéribus erogáre, oratiónem vix unquam intermíttere. Cùm autem Pelagiána hǽresis in Británnia majóre grassarétur, ad eam extirpándam, Gálliæ Epíscopi, rogántibus Británnis, misérunt Germánum cum Lupo Trecénsi; qui ínsulam purgárunt ab erróre. In Gálliam redux Arelátem se cóntulit ad Auxiliárem Gálliæ Præféctum, pro plebe sua vexáta tribútis, intercessúrus. Rogátus à Británnis, ut quod cœperat opus absólveret, adjúncto sibi cómite Sevéro Trevirénsi, in ínsulam iterùm proféctus, renascéntem hǽresim pénitùs extínxit. Deínde Ravénnam proféctus, ut à Valentiniáno Imperatóre véniam Aremóricis rebéllibus péteret, & ab ipso ejúsque matre Placídia magno cum honóre excéptus, ibi, paucis pòst diébus, ex hac vita decéssit, anno quadringentésimo quadragésimo octávo. Corpus ejus honorífico comitátu Autissiodórum, utì præcéperat, delátum est.

Oratio, Dírige, *p.* xxviij.

VESPERÆ *de Sequenti, cum Comm. de S. Germano.*

FESTA AUGUSTI.

DIE I.

IN FESTO LIBERATIONIS SANCTI PETRI Apostoli, è carcere.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Antiphona 1. *toni D.*

BEllábunt advérsùm te, & non prævalébunt; quia ego tecum sum, ait Dóminus; ut líberem te. *Jer.* 1. 19.

Ant. 8. G. Liberábo te in die illa, ait Dóminus; & non tradéris in manus virórum quos tu formídas. *Jer.* 39. 17.

Ant. 4. A. Ne tímeas à fácie eórum, quia tecum ego sum, ut éruam te, dicit Dóminus. *Jer.* 1. 8.

Ant. 1. g. Ego ante te ibo: & glorióssos terræ humiliábo: portas ǽreas cónteram, & vectes férreos confríngam. *Is.* 45. 2.

Ant. 7. d. Eruens liberábo te, & gládio non cades: sed erit tibi ánima tua in salútem. *Jer.* 39. 18.

CAPITULUM. *Soph.* 3. 5.

DOminus justus in médio civitátis non fáciet iniquitátem: manè manè judícium suum dabit in lucem, & non abscondétur;

nescívit autem iníquus confusiónem.

℟. Subjíciam ante fáciem ejus Gentes; & dorsa Regum vertam: * Et apériam coram eo jánuas, & portæ non claudéntur. *Is.* 45. 1. ℣. Qui confitébitur me coram homínibus, confitébor & ego eum coram Patre meo. *Matt.* 10. 32. * Et. Glória. * Et.

HYMNUS. S. V.

PETRUM, tyránne, quid caténis óbruis?
Jubésque condi cárceris nigro specu?
Quid trux satélles ante limen éxcubat?
Carcer, satélles, vincla non Petrum tenent.

FULGENS ab alto venit Ales æthere;
Recédit horror, & fugat noctem dies:
Jubénte Christo, rupta vincla cóncidunt,
Pandúntur ultrò clausa ferro límina.

CŒLESTIS ille ductor osténdit viam:
It Petrus, atque sómnium, quod sit, putat:
Verùm, recéptâ mente, victrícem Dei
Suæ salútis certus agnóscit manum.

LUX nostra, Christe, nostra libértas, vides
Quibus caténis óbruant nos crímina,
Et quanta nostris íncubet nox méntibus,
Cæcis diem fer, rumpe vinctis víncula.

PATRI suprémo sit supréma glória;
Tibíque laudes totus orbis cóncinat,
Ætérne Fili, splendor ætérni Patris;
Compar sit almo laus decúsque Flámini.
Amen.

℣. In die tribulatiónis éruam te; ℟. Et honorificábis me. *Ps.* 49. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. Hæc dicit Rex: Míttite virum istum in cárcerem, & sustentáte eum pane tribulatiónis, & aquâ angústiæ. 3. *Reg.* 22. 27.

Oratio, Deus, qui, *infrà, ad Laudes*, p. 497.

Commemoratio de S. Germano.

Ant. Nomen, ℣. Sacerdótes, *p.* xxx. *Oratio*, Dírige, *p.* xxviij.

COMPLETORIUM *habetur post II. Vesperas.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Dóminum, qui justum in vínculis non derelíquit, * Veníte, adorémus. *Sap.* 10. 13. 14.

Psalmus, Veníte, *p.* 2. *ritu duplici.*

Hymnus. Petrum, tyránne, *suprà, in I. Vesperis.*

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. D. Audívi loquéntem ad me, & dicéntem: Fili hóminis, mitto ego te ad fílios Israël, ad gentes apostatríces quæ recessérunt à me. *Ezech.* 2. 1. 3.

Ant. 7. *d.* Scient quia Prophéta fúerit in médio eórum ; tu ergo, fili hóminis, ne tímeas eos. *Ezech.* 2. 5. 6.

Ant. 8. *g.* Spíritus levávit me, & assúmpsit me, & ábii. *Ezech.* 3. 14.

℣. Annuntiábo veritátem tuam in ore meo ; ℟. Quóniam dixísti, Dómine. *Ps.* 88. 2. 3.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Factum est verbum Dómini ad me, dicens : Fili hóminis, * Speculatórem dedi te dómui Israël. *Ezech.* 3. 16. 17. ℣. Dicit Jesus Petro : Pasce agnos meos. *Joan.* 21. 15. * Speculatórem.

℟. *ij.* Dixit ad me : Fili hóminis, * Vade ad domum Israël, & loquéris verba mea ad eos. *Ezech.* 3. 4. ℣. Stans Petrus cum Undecim, levávit vocem suam, & locútus est. *Act.* 2. 14. * Vade.

℟. *iij.* Noli esse exásperans, sicut domus exasperátrix est : * Aperi os tuum, & cómede quæcúmque ego do tibi. *Ezech.* 2. 8. ℣. Facta est vox ad Petrum : Surge, Petre, occíde & mandúca. *Act.* 10. 13. * Aperi. Glória. * Aperi.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3. *a.* Dixérunt príncipes Regi : Rogámus ut occidátur homo iste. *Jer.* 38. 4.

Ant. 2. D. Cæsum eum misérunt in cárcerem. *Jer.* 37. 14.

Ant. 8. G. Suspéxit ad cœlum : erat enim cor ejus fidúciam habens in Dómino. *Dan.* 13. 35.

℣. Oculi Dómini super justos, ℟. Et aures ejus in preces eórum. *Ps.* 33. 16.

De Actibus Apostolórum.

LECTIO IV. *c.* 12. *v.* 1. *ad* 9.

Misit Heródes rex manus, ut afflígeret quosdam de Ecclésia. Occídit autem Jacóbum fratrem Joánnis gládio. Videns autem quia placéret Judæis, appósuit ut apprehénderet & Petrum. Erant autem dies Azymórum. Quem cùm apprehendísset, misit in cárcerem, tradens quátuor quaterniónibus mílitum custodiéndum, volens post Pascha prodúcere eum pópulo. Et Petrus quidem servabátur in cárcere : orátio autem fiébat sinè intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro eo. Cùm autem productúrus eum esset Heródes, in ipsa nocte erat Petrus dórmiens inter duos mílites, vinctus caténis duábus : & custódes ante óstium custodiébant cárcerem. Et ecce Angelus Dómini ástitit ; & lumen refúlsit in habitáculo : percussóque látere Petri, excitávit eum, dicens : Surge velóciter. Et cecidérunt caténæ de mánibus ejus.

Dixit autem Angelus ad eum : Præcíngere, & cálcea te cáligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi : Circúmda tibi vestiméntum tuum, & séquere me. Et éxiens sequebátur eum, & nesciébat quia verum est quòd fiébat per Angelum : existimábat autem se visum vidére.

℟. *jv.* Magnus, & judex, & potens est in honóre ; & * Non est major illo qui timet Deum. *Eccli.* 10. 27. ℣. Videns Heródes quia placéret Judǽis, appósuit ut apprehénderet & Petrum. *Act.* 12. 3. * Non.

Lectio V. *v.* 10. *ad* 16.

TRanseúntes autem primam & secúndam custódiam, venérunt ad portam férream quæ ducit ad civitátem, quæ ultrò apérta est eis. Et exeúntes processérunt vicum unum : & contínuò discéssit Angelus ab eo. Et Petrus ad se revérsus, dixit : Nunc scio verè, quia misit Dóminus Angelum suum, & erípuit me de manu Heródis, & de omni expectatióne plebis Judæórum. Considéránsque venit ad domum Maríæ matris Joánnis qui cognominátus est Marcus, ubi erant multi congregáti & orántes. Pulsánte autem eo óstium jánuæ, procéssit puélla ad audiéndum, nómine Rhode. Et ut cognóvit vocem Petri, præ gaúdio non apéruit jánuam, sed intrò currens nuntiávit stare Petrum ante jánuam. At illi dixérunt ad eam : Insánis. Illa autem affirmábat sic se habére. Illi autem dicébant : Angelus ejus est. Petrus autem perseverábat pulsans. Cùm autem aperuíssent, vidérunt eum, & obstupuérunt.

℟. *v.* Multa sapiéntia Dei, & fortis in poténtia, videns omnes sinè intermissióne. * Oculi Dómini ad timéntes eum ; & ipse agnóscit omnem óperam hóminis. *Eccli.* 15. 19. 20. ℣. Cùm apprehendísset Petrum Heródes, misit in cárcerem. *Act.* 12. 4. * Oculi.

Lectio VI. *v.* 17. *ad* 19.

ANnuens autem eis manu ut tacérent, narrávit quómodo Dóminus eduxísset eum de cárcere, dixítque : Nuntiáte Jacóbo & frátribus hæc. Et egréssus ábiit in álium locum. Factâ autem die, erat non parva turbátio inter mílites, quidnam factum esset de Petro. Heródes autem cùm requisísset eum & non invenísset, inquisitióne factâ de custódibus, jussit eos duci : descendénsque à Judǽa in Cæsaréam, ibi commorátus est.

℟. *vj.* Timénti Dóminum non occúrrent mala : sed * In tentatióne Deus illum conservábit, & libe-

rábit à malis. *Eccli.* 33. 1.

℣. Petrus quidem servabátur in cárcere. *Act.* 12. 5. * In. Glória. * In.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Sapiéntia justum non derelíquit, sed à peccatóribus liberávit eum. *Sap.* 10. 13.

Ant. 2. D. Descéndit cum illo in fóveam, & in vínculis non derelíquit illum. *Sap.* 10. 13. 14.

Ant. 3. g. Dissolúta sunt víncula brachiórum & mánuum illíus, per manus Poténtis Jacob. *Gen.* 49. 24.

℣. Dómine, quis símilis tibi? ℟. Erípiens ínopem de manu fortiórum ejus. *Ps.* 34. 10.

Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi.

Hom. 8. *in Epist. ad Ephes.*

LECTIO VII.

NIhil est æque præclárum atque víncula propter Christum. Si quis amat Christum, novit quod dícitur: Si quis Dómini amóre úritur, novit vim vinculórum & dignitátem. Vinctum esse propter Christum, fortássè est præclárius quàm sedére à dextris ejus: hoc est magnificéntius, quàm sedére super duódecim sedes. Hoc sancti Chori solùm est intellígere, Apostolórum, inquam. Audi enim beátum Lucam dicéntem, eos rediísse gaudéntes à conspéctu concílii, quóniam digni hábiti sunt pro nómine Christi contuméliam pati. Atque áliis quidem vidétur ridículum, si probrum & contumélia, dignitátis & lætítiæ loco habeántur: iis autem qui sciunt Christi desidérium, quid beátius, quàm contuméliis áffici? Vellem ego quidem nunc esse iis in locis in quibus dicúntur manére illa víncula: vellem vidére caténas quas pertiméscunt quidem & horrent dæmones, reveréntur autem Angeli. Nihil est enim mélius quàm mala pati propter Christum. O beáta víncula! ô beátas manus quas ornávit illa caténa! Ego si fuíssem illis tempóribus, tunc máximè eas essem ampléxus: certássem illas deosculári manus, quæ dignæ sunt hábitæ pro Dómino meo vincíri.

℟. *vij.* Prostravérunt se super terram, mitténtes cínerem super cápita sua, unánimes orántes, * Ut Deus misericórdiam suam osténderet. *Judith.* 7. 4. ℣. Orátio fiébat sinè intermissióne ab Ecclésia ad Deum pro Petro. *Act.* 12. 5. * Ut Deus.

LECTIO VIII.

ERat, inquit Lucas, Petrus vinctus & tráditus milítibus, & dormiébat. Non dormiísset, si in magna fuísset sollicitúdine. Dormiébat inter mílites, & venit ad eum Angelus, & percússo ejùs látere; cum

excitávit. Si quis ergo mihi díceret : Quid malles, an esse Angelus qui Petrum púpugit, an Petrus qui salvus evásit ? Mallem esse Petrus propter quem venit Angelus : illa mihi prodéssent víncula. Quid ergo ? Quómodo, inquit, precátur tanquam liberátus magnis malis ? Ne miréris : precátur enim timens ne moriátur. Timébat autem mori, proptéreà quòd vitam adhuc matériam vellet ac causam feréndi cruciátus. Dénique audi quid dicat beátus Paulus : Dissólvi & cum Christo esse multò mélius : permanére autem in carne necessárium propter vos. Hoc étiam vocávit grátiam, scribens : Vobis, inquit, donátum est à Christo, non solùm ut in eum credátis, sed étiam ut pro eo patiámini. Nec proptéreà tantum bonum est, vinctum esse propter Christum, quòd ea res regnum concíliet; sed quòd ea fiat propter Christum. Quanta est gloriátio scire quòd propter Christum sit vinctus ! quanta volúptas, quantus honor, quantus splendor ! Vellem hæc perpétuò effári.

℟. *viij.* Nunc ergo * Ecce solvi te hódie de caténis quæ sunt in mánibus tuis. *Jer.* 40. 4. ℣. Angelus Dómini ástitit, & lumen refúlsit in habitáculo, percussóque látere Petri, excitávit eum, dicens : Surge velóciter. *Act.* 12. 7. * Ecce.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio IX. *c.* 16. *v.* 13. *ad* 19.

Petri confessionis præmium.

Venit Jesus in partes Cæsaréæ Philíppi ; & interrogábat discípulos suos, dicens : Quem dicunt hómines esse Fílium hóminis ? Et réliqua.

Homília sancti Hierónymi Presbýteri.

In Cap. 16. *Matt.*

Petrus ex persóna ómnium Apostolórum profitétur : Tu es Christus Fílius Dei vivi. Respóndens autem Jesus, dixit ei : Beátus es, Simon Barjóna : testimónio de se Apóstoli reddit vicem. Petrus díxerat : Tu es Christus Fílius Dei vivi : mercédem recépit vera conféssio. Beátus es, Simon Barjóna. Quare ? Quia non revelávit tibi caro & sanguis ; sed revelávit Pater. Quod caro & sanguis reveláre non pótuit, Spíritûs sancti grátiâ revelátum est. Et ego dico tibi. Quid est quod ait ? Et ego dico tibi : Quia tu mihi dixísti : Tu es Christus Fílius Dei vivi : Et ego dico tibi, non sermóne casso, & nullum habénte opus, sed dico tibi, quia meum dixísse, fecísse est. Quia tu es Petrus, & super

hanc Petram ædificábo Ecclésiam meam.

℟. jx. Deus meus misit Angelum suum, & conclúsit ora leónum, & non nocuérunt mihi; * Quia coram eo justítia invénta est in me. *Dan.* 6. 22. ℣. Petrus ad se revérsus, dixit: Nunc scio verè quia misit Dóminus Angelum suum, & erípuit me de manu Heródis. *Act.* 12. 11. * Quia. Glória. * Quia.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Lux orta est justo, ℟. Et rectis corde lætítia. *Ps.* 96. 11.

Ant. 4. D. Exaltásti, Dómine, super terram habitatiónem meam, & pro morte defluénte deprecátus sum. *Eccli.* 51. 13.

Ant. 3. *a.* Cùm angustiarétur in me ánima mea, Dómini recordátus sum, ut véniat ad te orátio mea. *Jon.* 2. 8.

Ant. 5. a. Ipsi dicunt ad me: Ubi est verbum Dómini? véniat. Et ego non sum turbátus te Pastórem sequens. *Jer.* 17. 15. 16.

Ant. 8. c. Recordátus es.

CANTICUM. *Eccli. c.* 51. *v.* 4. *ad* 12.

Gratiarum actio justi à peccatoribus liberati.

Liberásti me, Dómine, secúndùm multitúdinem misericórdiæ nóminis tui, * à rugiéntibus præparátis ad escam.

De mánibus quæréntium ánimam meam, * & de portis tribulatiónum quæ circumdedérunt me.... & à rege iníquo....

Laudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum, * & vita mea appropínquans erat in inférno deórsùm.

Circumdedérunt me úndique: * & non erat qui adjuváret.

Respíciens eram ad adjutórium hóminum, * & non erat.

Memorátus sum misericórdiæ tuæ, Dómine, * & operatiónis tuæ, quæ à século sunt.

Quóniam éruis sustinéntes te, Dómine, * & líberas eos de mánibus géntium.

Ant. Recordátus es meî, Deus, & non dereliquísti diligéntes te. *Dan.* 14. 37.

Ant. 2. D. In voce laudis immolábo tibi; quæcúmque vovi, reddam pro salúte Dómino. *Jon.* 2. 10.

CAPITULUM. 2. *Petr.* 2. 9.

Novit Dóminus pios de tentatióne erípere, iníquos verò in diem judicii reserváre cruciándos.

HYMNUS. S. V.

Qui Christiáno gloriántur nómine,
Ahéna frustrà vincla captívos tenent,
Frustrà satélles servat insómnis fores;
Inter catenas mente stant libérrimâ.

Ornant revinctos in-

vidéndæ cómpedes,
Nec ponderósæ, quas amor leves facit:
Non densa tetri cárceris nox óbsidet,
Ætérna summo quos manet cœlo dies.

Dulces caténæ quæ reum non árguunt,
Sed Christi amántem quæ probant Apóstolum:
Regum corónis, aúreis monílibus,
Vos, sacra, plurìs æstimámus, víncula.

Patri suprémo, sit supréma glória;
Tibíque laudes totus orbis cóncinat,
Ætérne Fili, splendor ætérni Patris;
Compar sit almo laus decúsque Flámini.
Amen.

℣. Dirupísti, Dómine, víncula mea: ℟. Tibi sacrificábo hóstiam laudis. *Ps.* 115. 16. 17.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. f. Vivus & sanus confitéberis, & laudábis Deum, & gloriáberis in miseratiónibus illíus. *Eccli.* 17. 27.

Oratio.

Deus, qui beátum Petrum Apóstolum à vínculis absolútum, illǽsum abíre fecísti; nostrórum, quǽsumus, absólve víncula peccatórum, ut ab eórum néxibus expedíti, líberâ tibi mente serviámus; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Exaltásti.

Capitulum. 1. *Petr.* 4. 14.

Si exprobrámini in nómine Christi, beáti éritis; quóniam quod est honóris, glóriæ, & virtútis Dei, & qui est ejus Spíritus, super vos requiéscit.

℟. *breve.* Christe.

AD TERTIAM.

Ant. Cùm.

Capitulum. *Jac.* 5. 16.

Oráte pro ínvicem, ut salvémini: multùm enim valet deprecátio justi assídua.

℟. *breve.* Clamavérunt justi, * Et Dóminus exaudívit eos. ℟. Clamavérunt. ℣. Et ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos. * Et. Glória. ℟. Clamavérunt. *Ps.* 33. 18.

℣. Exaudívit paúperes Dóminus; ℟. Et vinctos suos non despéxit. *Ps.* 68. 34.

AD SEXTAM.

Ant. Ipsi.

Capitulum. 1. *Petr.* 1. 6. 7.

Exultábitis, módicùm nunc si opórtet contristári in váriis tentatiónibus: ut probátio vestræ fídei multò pretiósior auro quod per ignem probátur, inveniátur in laudem, & glóriam, & honórem.

℟. *breve.* Ecce sic * Benedicétur homo, ℟. Ecce. ℣. Qui timet Dóminum. * Benedicétur. Glória. ℟. Ecce. *Ps.* 127. 4.

℣. Multæ tribulatiónes justórum; ℟. Et de ómnibus his liberábit eos Dóminus. *Ps.* 33. 20.

AD NONAM.

Ant. In voce.

Capitulum. *Jer.* 20. 13.

CAntáte Dómino, laudáte Dóminum; quia liberávit ánimam paúperis de manu malórum.

℟. *breve.* Misit de cœlo Dóminus, * Et liberávit me. ℟. Misit. ℣. Dedit in oppróbrium conculcántes me. * Et. Glória. ℟. Misit. *Ps.* 56. 4.

℣. Salvum me fecit Dóminus: ℟. Quóniam vóluit me. *Ps.* 17. 20.

AD VESPERAS.

Ant. 4. D. Liberávit me Dóminus ab inimíco meo potentíssimo, & ab his qui óderant me. 2. *Reg.* 22. 18.

Ant. 3. *a.* Mihi ástitit, & confortávit me, ut per me prædicátio impleátur. 2. *Tim.* 4. 17.

Ant. 5. C. Quæ circa me sunt, magis ad proféctum venérunt Evangélii, ità ut víncula mea manifésta fierent in Christo. *Philipp.* 1. 12. 13.

Ant. 8. c. Persecutiónes sustínui, & ex ómnibus erípuit me Dóminus. 2. *Tim.* 3. 11.

Ant. 2. D. Liberávit me Dóminus ab omni ópere malo, & salvum fáciet in regnum suum cœléste. 2. *Tim.* 4. 18.

Capitulum. 1. *Petr.* 2. 20.

QUæ est glória, si peccántes & colaphizáti suffértis? sed si benefaciéntes patiénter sustinétis, hæc est grátia apud Deum.

Hymnus. Qui Christiáno, *suprà, ad Laudes, p.* 496.

℣. Mirábilis Deus in sanctis suis, Deus Israël; ℟. Ipse dabit virtútem & fortitúdinem plebi suæ. *Ps.* 67. 36.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Narrávit Petrus quómodo Dóminus eduxísset eum de cárcere; dixítque: Nuntiáte Jacóbo & frátribus hæc. *Act.* 12. 17.

Commemoratio de S. Stephano.

Ant. Bonus, ℣. Justus, *p.* x. *Oratio*, Fac nos, *p.* xiv.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 1. g. Beáti qui lugent, quóniam ipsi consolabúntur. *Matt.* 5. 5.

Hymnus. Grates, peráčto jam die, *p.* 163.

Capitulum. 1. *Petr.* 5. 10.

DEus omnis grátiæ, qui vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Jesu, módicùm passos ipse perfíciet, confirmábit, solidabítque.

℟. *breve.* In manus.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 6. F. Regnum cœlórum vim pátitur, & violénti rápiunt illud. *Matt.* 11. 12.

DIE II.

IN FESTO
CTI STEPHANI,
apæ & Martyris.

Simplex.

mnia de Communi unius yris, p. ix. *additis equuntur.*

ECTIO III.

Cypr. Usuard. & Adon.
éphanus, post Lúcium ccessórem Cornélii, ínam rexit Ecclésiam. abátur ejus tempóri- ovatianórum hǽresis, pœniténtibus lenitátis næ solátia claudébat, pe pacis & communi- nis. His cùm se Mar- s Arelaténsis adjun- , Stéphanus ea de re im à Faustíno Lugdu- , subíndè à sancto Cy- o mónitus est. Ecclé- men discíssæ ad unitá- evérsæ sunt, & réddi- nsperátò pacem Dio- s Alexandrínus ipsi iano per lítteras gra- is est. Alia quoque s exórta est contro- i, utrùm baptizáti ab icis ad Ecclésiam re- tes, dénuò essent bap- di: de qua quid sentí- téphanus, ad Cypriá- scripsit his verbis: Ni- nnovétur, nisi quod tum est. Demùm post nistrátam per áliquot s Ecclésiam, in per- ióne Valeriáni, Martý- súbiit, anno Christi ntésimo quinquagési- éptimo.

Oratio, Fac nos, *p.* xiv.

DIE III.

IN REVELATIONE,
SEU INVENT. CORPORIS
SANCTI STEPHANI,
Protomartyris.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris, p. ix. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

Ex Epist. Lucian. de Invent. S. Steph. & S. Greg. Tur.

SAncti Stéphani Proto- mártyris, Gamaliélis, Nicodémi, & Abibónis córpora, quæ diu latúerant, Luciáno Presbýtero divínitùs admónito, invénta sunt propè Jerosólymam, Theodósio junióre & Honório imperántibus. Cujus rei famâ, magna hóminum multitúdo commóta, eò convénit: pluresque váriis morbis afféčti, sani rediérunt. Sacræ Relíquiæ summâ celebritáte in sanctam Ecclésiam Sion illátæ sunt, ex quibus váriæ partículæ in Africam, Gálliam, aliásque orbis partes delátæ, multis claruérunt miráculis.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui sacrum beatíssimi Protomártyris Stéphani corpus Fidélibus tuis reveláre voluísti; concéde intercessiónis ejus auxílio, nos ab instántibus tribulatiónibus liberári, & ætérnis consolatiónibus adimpléri; Per Dóminum.

Vesperæ *à Capitulo de Sequenti, cum Commemoratione de Inventione Corp. S. Stephani.*

DIE IV.

IN FESTO

SANCTI DOMINICI, Presbyteri, Institutoris Ordinis Prædicatorum.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Presbyteri, p. xxxvij. additis quæ sequuntur.

LECTIO III.

Ex variis ipsius vitæ Scriptoribus.

Dominicus, Calárogæ in Hispánia ex nóbili Gusmannórum sánguine natus est. Mater ejus cùm esset grávida, in somno quædam vidit, quæ non obscúrè significábant, eum quem paritúra erat, splendóre sanctitátis & doctrínæ, multos ad pietátem Christiánam inflammatúrum. Paléntiæ, liberálibus disciplínis, & Theológiæ óperam dedit: quo in stúdio, cùm plúrimùm profecísset, inter Canónicos reguláres Uxaménsis Ecclésiæ cooptátus est. Hujus ingénium & virtus máximè enítuit in expugnándis Mahumetanórum erróribus, sed præcípuè in everténdis Albigénsibus hæréticis qui Tolosátes pervértere conabántur. Fídei propugnándæ stúdio semper incénsus, instítuit Prædicatórum Ordinem, cujus confirmatiónem póstmodùm impetrávit ab Honório tértio. Anno Christi ducentésimo vigésimo primo supra millésimum, ætátis quinquagésimo primo, Bonóniæ febre corréptus, caritátem, humilitátem, & paupertátem frátribus testaménto relínquens, obdormívit in Dómino, sextâ die Augústi.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Domínici illumináre dignátus es méritis & doctrínis; concéde, ut ejus intercessióne, temporálibus non destituátur auxíliis, & spirituálibus semper profíciat increméntis; Per Dóminum.

DIE VI.

IN TRANSFIGURATIONE DOMINI.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Antiphona 1. *toni g.*

Audítam fáciet Dóminus glóriam vocis suæ. *Is.* 30. 30.

Ant. 2. *D.* Vidébunt glóriam Dómini & decórem Dei nostri. *Is.* 35. 2.

Ant. 3. *a.* Laudis ejus plena est terra: splendor ejus ut lux erit. *Hab.* 3. 3. 4.

Ant. 4. a. Quis satiábitur videns glóriam ejus? *Eccli.* 42. 26.

Ant. 5. a. Quis vidébit eum, & enarrábit? & quis magnificábit eum, sicut est ab inítio? *Eccli.* 43. 35.

Capitulum. *Is.* 4. 2.

In die illa erit Germen Dómini in magnificéntia & glória, & fructus terræ sublímis, & exultátio his qui salváti fúerint de Israël.

℟. Vidébunt & in celeritáte salútem vestram à Deo; * Quæ supervéniet vobis, cum honóre magno, & splendóre ætérno. *Bar.* 4. 24. ℣. Si ministrátio damnatiónis glória est, multò magìs abúndat ministérium justítiæ in glória. 2. *Cor.* 3. 9. * Quæ. Glória. * Quæ.

Hymnus. S. V.

Hoc jussa quondam rúmpimus
Festo die, siléntia:
Celáta dudùm jam decet
Vulgáre nos Mystéria.

Montis sub alto vértice,
Tribus vocátis téstibus,
O Christe! visus háctenùs
Terris homo, pates Deus.

Tuæ latens lucis jubar
Sacros in artus éffluit;
Vestis tuo te Númine,
Tibíque totus rédderis.

Cœlo tonánte, prótinùs
Audíta summi vox Patris,
Te, nube ruptâ, Fílium
Quo gloriátur, ásserit.

Hic est Magíster ómnium,
Quem pronus orbis aúdiat;
Siléte, mortáles; Deus
Qui nos docet, fatur Deus.

Qui, nube ruptâ, te palàm
Natum vocávit, laus Patri;
Tibíque Nato; nec minor
Laus utriúsque Flámini.
Amen.

℣. Ædificávit Dóminus Sion; ℟. Et vidébitur in glória sua. *Ps.* 101. 17.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. Pulchritúdinem candóris ejus admirábitur óculus, & super ímbrem ejus expavéscet cor. *Eccli.* 43. 20.

Oratio, Deus, qui, *infrà, ad Laudes*, p. 507.

Completorium *habetur post II. Vesperas.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Splendórem glóriæ Dei, Christum Jesum, * Veníte, adorémus. *Hebr.* 1. 3.

Psalmus, Veníte, *p.* 2. *ritu duplici.*

Hymnus. S. V.

Fons lucis ætérnæ, Deus,
Qui, nube nostri córporis,
Das temperáti Núminis
Blandâ frui præséntiâ

Cessante jam miráculo
Quo te premébas háctenùs,
Mortále quidquid súmpseras,
Splendóre circumfúnditur.

Rei geréndæ cónscius
Fidos sodáles éligis:
Ut qui tuæ testes necis,
Testes tuæ sint glóriæ.

Ad astra curru flámmeo
Qui raptus olim tránsiit,

ſub mole lucis óbrutus,
Vix te tuéndo ſúſtinet.
E fronte qui lucem vibrat,
Cedit tuis fulgóribus:
Vetúſta Lex jam ſe pavet
Legi novæ compónere.
Qui, nube ruptâ, te palàm
Natum vocávit, laus Patri;
Tibíque Nato; nec minor
Laus utriúſque Fláмini.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 4. a. Aſsúmpſit Jeſus Petrum, & Jacóbum, & Joánnem; & aſcéndit in montem, ut oráret. *Luc.* 9. 28.

Ant. 7. c. Ducit illos in montem excélſum ſeórsùm ſolos, & transfigurátus eſt coram ipſis. *Marc.* 9. 1.

Ant. 3. c. Facta eſt, dum oráret, ſpécies vultûs ejus áltera, & veſtitus ejus albus & refúlgens. *Luc.* 9. 29.

℣. Speciósus formâ præ fíliis hóminum; ℟. Diffúſa eſt grátia in lábiis tuis. *Pſ.* 44. 3.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Veníte in conſpéctu ejus; & * Adoráte Dóminum in decóre ſancto. 1. *Par.* 16. 29. ℣. Vóluit Deus notas fácere divítias glóriæ ſacraménti hujus. *Coloſſ.* 1. 27. * Adoráte.

℟. *ij.* Dómine Deus meus, magnificátus es veheménter. * Confeſſiónem & decórem induíſti, amíctus lúmine, ſicut veſtiménto. *Pſ.* 103. 1. 2. ℣. Reſplénduit fácies ejus ſicut ſol, veſtiménta autem ejus facta ſunt alba ſicut nix. *Matt.* 17. 2. * Confeſſiónem.

℟. *iij.* Deus qui glorificátur in concílio ſanctórum; magnus & terríbilis ſuper omnes qui in circúitu ejus ſunt. * Dómine Deus virtútum, quis símilis tibi? *Pſ.* 88. 8. 9. ℣. Vídimus glóriam ejus, glóriam quaſi Unigéniti à Patre. *Joan.* 1. 24. * Dómine. Glória. * Dómine.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Ecce apparuérunt illis Móyſes & Elías cum Jeſu loquéntes. *Matt.* 17. 3.

Ant. 2. D. Dicébant excéſſum ejus quem completúrus erat in Jerúſalem. *Luc.* 9. 31.

Ant. 1. a. Petrus, & qui cum illo erant, graváti erant ſomno: & evigilántes vidérunt majeſtátem ejus. *Luc.* 9. 32.

℣. In concílio juſtórum & congregatióne, ℟. Magna ópera Dómini. *Pſ.* 110. 1. 2.

Sermo ſancti Leónis Papæ. *Serm.* 94. *de Transfig. Dom.* *Cap.* 3. & 4.

Lectio IV.

Aperit Dóminus coram eléctis téſtibus glóriam ſuam, & commúnem

illam cum céteris córporis formam tanto splendóre clarificat; ut & fácies ejus solis fulgóri símilis, & vestítus candóri nívium esset æquális. In qua Transfiguratióne illud quidem principáliter agebátur; ut de córdibus discipulórum crucis scándalum tolleré-tur: nec conturbáret eórum fidem voluntáriæ humílitas passiónis, quibus reveláta esset abscónditæ excelléntia dignitátis. Sed non minóre providéntiâ spes Ecclésiæ sanctæ fundabátur, ut totum corpus Christi agnósceret, quali esset commutatióne donándum: ut ejus sibi honóris consórtium membra promítterent, qui in Cápite præfulsísset. Confirmándis verò Apóstolis, & ad omnem sciéntiam provehéndis, ália quoque in illo miráculo accéssit instrúctio. Móyses enim & Elías, Lex scílicet & Prophétæ, apparuérunt cum Dómino loquéntes, ut veríssimè in illa quinque virórum præséntia complerétur quod dictum est: In duóbus vel tribus téstibus stat omne verbum. Quid hoc stabílius, quid firmius verbo, in cujus prædicatióne Véteris & Novi Testaménti cóncinit tuba, & cum Evangélica doctrína, antiquárum protestatiónum instruménta concúrrunt? Adstipulántur enim sibi ínvicem utriúsque fœderis páginæ; & quem sub velámine mysteriórum præcedéntia signa promíserant, maniféstum atque perspícuum præséntis glóriæ splendor osténdit.

℟. iv. In déxtera ejus ígnea lex: diléxit pópulos: * Omnes sancti in manu illíus sunt. *Deut.* 33. 2. 3. ℣. Ecce duo viri loquebántur cum Jesu; erant autem Móyses & Elías. *Luc.* 9. 30. * Omnes.

Lectio V. *Cap.* 5.

His ergo sacramentórum revelatiónibus Petrus Apóstolus incitátus, mundána spernens & terréna fastídiens, in ætërnórum desidérium quodam mentis rapiebátur excéssu: & gaúdio totíus visiónis implétus, ibi cum Jesu optábat habitáre, ubi manifestátâ ejus glóriâ lætabátur. Unde & ait: Dómine, bonum est nos hîc esse: si vis, faciámus hîc tria tabernácula, Tibi unum, Móysi unum, & Elíæ unum. Sed huic suggestióni Dóminus non respóndit, signíficans non quidem ímprobum, sed inordinátum esse quod cúperet, cùm salvári mundus, nisi Christi morte non posset: & exémplo Dómini in hoc vocarétur credéntium fides, ut licèt non oportéret de beatitúdinis promissiónibus dubitári, intelligerémus tamen inter tentatiónes hujus vitæ priùs

nobis tolerántiam postulándam esse quàm glóriam : quia témpora patiéndi non potest felícitas præveníre regnándi.

℟. v. Quàm diléćta tabernácula tua, Dómine virtútum ! * Concupíscit & déficit ánima mea in átria Dómini. *Ps.* 83. 2. 3. ℣. Ait Petrus ad Jesum : Præcéptor, bonum est nos hîc esse. *Luc.* 9. 33. * Concupíscit.

Lectio VI. *Cap.* 8.

HÆc, dilectíssimi, non ad illórum tantùm utilitátem dićta sunt, qui ea própriis aúribus audiérunt : sed in illis tribus Apóstolis univérsa Ecclésia dídicit, quidquid eórum & aspéćtus vidit & audítus accépit. Confirmétur ergo, secúndùm prædicatiónem sacratíssimi Evangélii, ómnium fides : & nemo de Christi cruce per quam mundus redémptus est, erubéscat. Nec ídeò quisquam, aut pati pro justítia tímeat, aut de promissórum retributióne diffídat : quia per labórem ad réquiem, & per mortem transítur ad vitam : cùm omnem humilitátis nostræ infirmitátem ille suscéperit, in quo, si in confessióne & in dilećtióne ipsíus permaneámus, & quod vicit, víncimus, & quod promísit, accípimus. Quia sive ad faciénda mandáta, sive ad toleránda advérsa, præmíssa Patris vox debet semper aúribus nostris intonáre, dicéntis : Hic est Fílius meus diléćtus in quo mihi benè complácui : ipsum audíte.

℟. vj. Altária tua, Dómine virtútum, Rex meus, & Deus meus : * Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine. *Ps.* 83. 4. 5. ℣. Si vis, faciámus hîc tria tabernácula, Tibi unum, Móysi unum, & Elíæ unum. *Matt.* 17. 4. * Beáti. Glória. * Beáti.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Adhuc Petro loquénte, ecce nubes lúcida obumbrávit eos. *Matt.* 17. 5.

Ant. 7. *d.* Venit vox de nube, dicens : Hic est Fílius meus caríssimus : audíte illum. *Marc.* 9. 6.

Ant. 5. a. Audiéntes discípuli cecidérunt in fáciem suam, & timuérunt valde. *Matt.* 17. 6.

℣. Intónuit de cœlo Dóminus ; ℟. Et Altíssimus dedit vocem suam. *Ps.* 17. 14.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos.

Lectio VII. *c.* 3. *v.* 1. *ad* 6.

UNde, fratres sanćti, vocatiónis cœléstis partícipes, consideráte Apóstolum & Pontíficem conféssiónis nostræ Jesum, qui fidélis est ei qui fecit illum, sicut & Móyses, in omni domo ejus. Amplióris enim glóriæ iste præ

Móyse

Móyse dignus est hábitus, quantò ampliórem honórem habet domûs, qui fabricávit illam. Omnis namque domus fabricátur ab áliquo: qui autem ómnia creávit, Deus est. Et Móyses quidem fidélis erat in tota domo ejus tanquam fámulus, in testimónium eórum quæ dicénda erant: Christus verò tanquam fílius in domo sua: quæ domus sumus nos, si fidúciam & glóriam spei, usque ad finem, firmam retineámus.

℟. vij. Ecce Servus meus, suscípiam eum, Eléctus meus, * Complácuit sibi in illo ánima mea. *Is.* 42. 1. ℣. Ecce vox de nube, dicens: Hic est Fílius meus diléctus. *Matt.* 17. 5. * Complácuit.

De Epístola secúnda beáti Petri Apóstoli.

Lectio VIII. *c.* 1. *v.* 16. *ad finem.*

NOn doctas fábulas secúti, notam fécimus vobis Dómini nostri Jesu Christi virtútem & præséntiam: sed speculatóres facti illíus magnitúdinis. Accípiens enim à Deo Patre honórem & glóriam, voce delápsâ ad eum hujuscémodi à magnífica glória: Hic est Fílius meus diléctus, in quo mihi complácui; ipsum audíte. Et hanc vocem nos audívimus de cœlo allátam, cùm essémus cum ipso in monte sancto. Et habémus firmiórem prophéticum sermónem: cui benefácitis attendéntes, quasi lucérnæ lucénti in caliginóso loco, donec dies elucéscat, & lúcifer oriátur in córdibus vestris: hoc primùm intelligéntes, quòd omnis prophetía Scriptúræ própriâ interpretatióne non fit. Non enim voluntáte humánâ alláta est aliquándo prophetía: sed Spíritu sancto inspiráti, locúti sunt sancti Dei hómines.

℟. viij. Confitebúntur cœli mirabília tua, Dómine; étenim veritátem tuam in ecclésia sanctórum; quóniam * Quis in núbibus æquábitur Dómino? *Ps.* 88. 6. 7. ℣. Cui dixit Deus aliquándo Angelórum: Fílius meus es tu? *Hebr.* 1. 5. * Quis.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

Lectio IX. *c.* 17. *v.* 1. *ad* 9.

Christus transfiguratus.

ASsúmit Jesus Petrum, & Jacóbum, & Joánnem fratrem ejus, & ducit illos in montem excélsum seórsùm, & transfigurátus est ante eos. Et réliqua.

Homília sancti Hierónymi Presbýteri.

In Cap. 17. *Matt.*

UBi splendor faciéi osténditur, & candor descríbitur véstium, non substántia tóllitur, sed glória commutátur. Resplénduit fácies ejus sicut sol. Certè transformátus est

Dóminus in eam glóriam quâ ventúrus est pósteà in regno suo. Et ecce apparuérunt illis Móyses & Elías. Scribis & Pharisæis tentántibus se, & de cœlo signa poscéntibus dare nóluit: sed pravam postulatiónem confutávit respensióne prudénti. Hîc verò, ut Apostolórum aúgeat fidem, dat signum de cœlo, Eliâ inde descendénte quò conscénderat, & Móyse ab ínferis resurgénte: quod & Achaz per Isaíam præcípitur ut petat sibi signum de excélso aut de inférno. Nam quod dictum est: Apparuérunt illis Móyses & Elías cum eo loquéntes, & in álio refértur Evangélio, nuntiásse ei quæ Jerosólymis passúrus esset, Lex osténditur & Prophétæ, qui & Passiónem Dómini & Resurrectiónem crebris vócibus nuntiârunt.

℟. *jx.* Ecce osténdit nobis Dóminus Deus noster majestátem & magnitúdinem suam: * Vocem ejus audívimus. *Deut.* 5. 24. ℣. Deus patrum nostrórum glorificávit Fílium suum Jesum. *Act.* 3. 13. * Vocem. Glória. * Vocem.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt; ℟. Et in nómine tuo exultábunt totâ die. *Ps.* 88. 16. 17.

Ant. 2. D. Magnificátus es, Dómine Deus, quia non est símilis tuî, neque est Deus extra te. 2. *Reg.* 7. 22.

Ant. 4. f. Benedíctum nomen glóriæ tuæ sanctum, & laudábile, & superexaltátum in ómnibus sæculis. *Dan.* 3. 52.

Ant. 3. *a.* Circúmda tibi decórem, & in sublíme erígere, & esto gloriósus. *Job.* 40. 5.

Ant. 5. a. Benedícant.

CANTICUM BARUCH, *c.* 3. *v.* 36. *ad finem.*

Christus cum hominibus conversatus.

HIc est Deus noster; * & non æstimábitur álius advérsùs eum.

Hic adinvénit omnem viam disciplínæ, * & trádidit illam Jacob púero suo, & Israël dilécto suo.

Post hæc in terris visus est, * & cum homínibus conversátus est.

Ant. Benedícant nómini glóriæ tuæ excélso, in omni benedictióne & laude. 2. *Esdr.* 9. 5.

Ant. 8. c. Benedíctus es in throno regni tui, & superlaudábilis & superexaltátus in sécula. *Dan.* 3. 54.

CAPITULUM. 2. *Petr.* 1. 16.

NOn doctas fábulas secúti, notam fécimus vobis Dómini nostri Jesu Christi virtútem & præsén-

tiam, sed speculatóres facti illíus magnitúdinis.

Hymnus S. V.

QUam nos poténter állicis!
Te, Christe, quando détegis,
Te quando celas, próvidus
Nobis peræquè cónsulis.

Hic nos adóptat fílios,
Qui te vocávit Fílium;
Sponsor futúræ glóriæ
Dat certa nobis pígnora.

E nube quid Pater probat?
De monte quid, Fili, doces?
Umbris procul cedéntibus,
Restábat una véritas.

Ut jussa Patris ímpleas,
Mactánda mundo Víctima,
Formam resúmens prístinam,
Mortalitáti rédderis.

Fac, Christe, qui nobis lates,
Obscúra dum regit fides,
Fracto solútos córpore,
Nos, te vidére, te frui.

Qui, nube ruptâ, te palàm
Natum vocávit, laus Patri;
Tibíque Nato; nec minor
Laus utriúsque Flámini.
Amen.

℣. Testimónia tua credibília facta sunt nimis: ℟. Domum tuam decet sanctitúdo, Dómine. *Ps.* 92. 5.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D. Non est Deus, præter te, Dómine; innova signa, & immúta mirabília. *Eccli.* 36. 5. 6.

Oratio.

DEus, qui fídei sacraménta in Unigéniti tui gloriósa Transfiguratióne, patrum testimónio roborásti, & adoptiónem filiórum perféctam, voce delápsâ, in nube lúcida mirabíliter præsignásti; concéde propítius, ut ipsíus Regis glóriæ nos cohærédes effícias, & ejúsdem glóriæ tríbuas esse consórtes; Per eúmdem Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Magnificátus.

Capitulum. *Bar.* 4. 2. 3.

AMbula per viam ad splendórem ejus, contra lumen ejus. Ne tradas álteri glóriam tuam, & dignitátem tuam genti aliénæ.

In ℟. *brevi.* ℣. Qui clarificátus es à Patre. *Joan.* 12. 28.

AD TERTIAM.

Ant. Benedíctum.

Capitulum. *Hebr.* 12. 25.

VIdéte ne recusétis loquéntem: si enim illi non effugérunt, recusántes eum qui super terram loquebátur, multò magìs nos qui de cœlis loquéntem nobis avértimus.

℟. *breve.* Spécie tuâ, * Et pulchritúdine tuâ inténde. ℟. Spécie. ℣. Prósperè procéde, & regna. * Et. Glória. ℟. Spécie. *Ps.* 44. 5.

℣. Sedes tua, Deus, in séculum séculi: ℟. Virga directiónis, virga regni tui. *Ps.* 44. 7.

AD SEXTAM.

Ant. Circúmda.

CAPITULUM. *Hebr.* 3. 3.

Amplióris glóriæ Jesus præ Móyse dignus est hábitus, quantò ampliórem honórem habet domûs, qui fabricávit illam.

℟. *breve.* Constitútus sum Rex à Dómino, * Super Sion montem sanctum ejus. ℟. Constitútus. ℣. Prædicans præcéptum ejus. * Super. Glória. ℟. Constitútus. *Ps.* 2. 6.

℣. Dóminus dixit ad me: ℟. Fílius meus es tu. *Ps.* 2. 7.

AD NONAM.

Ant. Benedíctus es.

CAPITULUM. *Hebr.* 2. 2. 3.

Si qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis prævaricátio & inobediéntia accépit justam mercédis retributiónem, quómodo nos effugiémus, si tantam neglexérimus salútem?

℟. *breve.* Dóminus regnávit, * Decórem indútus est. ℟. Dóminus. ℣. Indútus est Dóminus fortitúdinem, & præcínxit se. * Decórem. Glória. ℟. Dóminus. *Ps.* 92. 1.

℣. Si vocem ejus audiéritis, ℟. Nolíte obduráre corda vestra. *Ps.* 94. 8.

AD VESPERAS.

Ant. 7. G. Grátia manifestáta est nunc, per illuminatiónem Salvatóris nostri Jesu Christi. 2. *Tim.* 1. 10.

Ant. 2. D. Reveláta fácie, glóriam Dómini speculántes, in eámdem imáginem transformámur. 2. *Cor.* 3. 18.

Ant. 1. g. Piè vivámus in hoc século, expectántes beátam spem, & advéntum glóriæ magni Dei, & Salvatóris nostri Jesu Christi. *Tit.* 2. 12. 13.

Ant. 3. g. Reformábit corpus humilitátis nostræ configurátum Córpori claritátis suæ. *Philipp.* 3. 21.

Ant. 5. a. Quos præscívit Deus, & prædestinávit confórmes fieri imáginis Fílii sui, ut sit ipse Primogénitus in multis frátribus. *Rom.* 8. 29.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 1. 12.

Prophétis revelátum est, quia non sibimetípsis, vobis autem ministrábant ea quæ nunc nuntiáta sunt vobis, per eos qui evangelizavérunt vobis, Spíritu sancto misso de cœlo, in quem desíderant Angeli prospícere.

Hymnus. Hoc jussa quondam, *suprà, in I. Vesperis*, p. 501.

℣. Satiábor, Dómine: ℟. Cùm apparúerit glória tua. *Ps.* 16. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Descendéntibus discípulis de monte, præcépit eis Jesus, dicens: Némini dixéritis visiónem, donec Fílius hóminis à mórtuis resúrgat. *Matt.* 17. 9.

Commemoratio de S. Xysto.

Ant. Bonus, ℣. Justus, *p.* x. *Oratio*, Fac nos, *p.* xiv.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 1. g. Si testimónium hóminum accípimus, testimónium Dei majus est. 1. *Joan.* 5. 9.

Hymnus. Grates, perácto jam die, *p.* 163.

CAPITULUM. *Coloss.* 3. 4.

CUm Christus apparúerit Vita vestra, tunc & vos apparébitis cum ipso in glória.

℟. *breve.* In manus.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. C. De plenitúdine ejus nos omnes accépimus. *Joan.* 1. 16.

DIE VII.

IN FESTO SANCTI XYSTI, Papæ & Martyris.

Simplex.

Omnia de Communi unius Martyris, p. ix. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO III.

XYstus secúndus Stéphano succéssit in Sede Romána. Ad eum Dionýsius Alexandrínus scripsit epístolam de baptísmate: qui étiam eum commonefécit de exórta apud Ptolemáidem Pentapóleos urbem Sabellianórum hæresi. Sed & in ália epístola, senténtiam ejus expétiit de ímpio quodam hæreticórum baptísmo, quem se dudùm suscepísse quidam fidélis asserébat. Cùm autem acrióri advérsùs Christiános persecutióne decrétâ, Valeriánus, inter ália, rescrípto ad Senátum dato, edixísset ut Epíscopi, Presbýteri, & Diácones incontinéntì animadverteréntur: Xystus sextâ die Augústi in cœmetério animadvérsus est. Quem cùm sanctus Lauréntius ad Martýrium duci cérneret, in has voces flens erúpit: Quò progrédieris sinè fílio, pater? Quò, Sacérdos sancte, sinè Minístro próperas? Cui Xystus: Non te désero, fili, majóra te manent certámina: post tríduum me sequéris. Glorióśam Xysti mortem sanctus Cypriánus Epíscopis Africæ per Succéssum illórum collégam significári vóluit: quò suos quisque corroboráret, ut gaudérent magìs quàm timérent in hac confessióne, in qua scirent Christi mílites non périmi, sed coronári.

Oratio, Fac nos, *p.* xiv.

DIE X.

IN FESTO SANCTI LAURENTII, Diaconi Romani & Martyris.

Duplex majus.

Omnia de Communi unius Martyris, p. ix. *additis quæ sequuntur.*

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Leónis Papæ.

Serm. 83. in Fest. sancti Laurentii. Cap. 2.

LECTIO IV.

CUm furor Gentílium potestátum in electíssima quæque Christi membra sæviret, ac præcípuè eos qui órdinis erant sacerdotális, impéteret; in Levítam Lauréntium, qui non solùm ministério Sacramentórum, sed étiam dispensatióne Ecclesiásticæ substántiæ præeminébat, ímpius persecútor efférbuit: dúplicem sibi prædam de unius viri comprehensióne promíttens, quem si fecísset sacræ pecúniæ traditórem, fáceret étiam veræ Religiónis exsórtem. Armátur ítaque gémina face homo pecúniæ cúpidus & veritátis inimícus: avarítiâ, ut rápiat aurum; impietáte, ut áuferat Christum. Póstulat sibi ab immaculáto sacrárii Prǽsule opes Ecclesiásticas, quibus avidíssimus inhiábat, inférri. Cui Levíta castíssimus ubi eas repósitas habéret osténdens, numerosíssimos sanctórum paúperum óbtulit greges, in quorum victu atque vestítu inamissíbiles condíderat facultátes, quæ tantò intégriùs erant salvæ, quantò sánctiùs probabántur expénsæ.

LECTIO V. *Cap. 3.*

FRemit ergo prædo frustrátus, & in ódium Religiónis quæ talem divitiárum usum instituísset ardéscens, direptiónem thesaúri potióris aggréditur, apud quem nullam denariórum substántiam reperísset: ut illud depósitum, quo sacrátiùs erat dives, auférret. Renuntiáre Christo Lauréntium jubet, & solidíssimam illam Levítici ánimi fortitúdinem diris parat urgére supplíciis, quorum ubi prima nihil óbtinent, vehementióra succédunt. Láceros artus, & multâ vérberum sectióne conscíssos, subjécto præcipit igne torréri: ut per cratem férream, quæ jam de fervóre contínuo vim in se habéret uréndi, conversórum altérnâ mutatióne membrórum, fieret cruciátus veheméntior, & pœna prodúctior.

LECTIO VI. *Cap. 4.*

NIhil óbtines, nihil profícis, sæva crudélitas: subtráhitur invéntis tuis matéria mortális, & Lauréntio in cœlos abeúnte, tu déficis. Flammis tuis superári caritátis Christi flamma non pótuit: & ségnior fuit ignis qui foris ussit, quàm qui intùs accéndit. Sævísti, persecútor, in Mártyrem: sævísti, & auxísti palmam, dum ággeras pœnam. Nam quid non ad victóriæ glóriam ingénium tuum réperit, quando in honórem transiérunt triúmphi, étiam instruménta supp-

Gaudeámus ígitur,
simi, gaúdio spiri-
de felicíssimo íncly-
ne gloriémur in Dó-
qui est mirábilis in
suis, in quibus no-
præsídium constítuit
plum; atque ità per
um mundum clari-
glóriam suam, ut à
tu usque ad occá-
viticórum lúminum
nte fulgóre, quàm
ísta est Jerosólyma
io, tam illústris fíe-
na Lauréntio.

I. NOCTURNO.

stola secúndà beáti
li Apóstoli ad
Coríinthios.

io VII. *c. 9. v. 6.*

i parcè séminat,
rcè & metet: & qui
minat in benedi-
us, de benedictió-
e metet. Unusquís-
ut destinávit in cor-
, non ex tristítia,
necessitáte: hílarem
atórem díligit Deus.
est autem Deus om-
átiam abundáre fá-
vobis: ut in ómni-
mper omnem suffi-
m habéntes, abun-
omne opus bonum,
riptum est: Dispér-
dit paupéribus: ju-
jus manet in sécu-
culi.

o VIII. *v.* 10. *ad fin.*

i autem adminí-
at semen seminán-
, & panem ad man-
ducándum præstábit; & multiplicábit semen vestrum, & augébit increménta frugum justítiæ vestræ: ut in ómnibus locupletáti, abundétis in omnem simplicitátem quæ operátur per nos gratiárum actiónem Deo. Quóniam ministérium hujus officii, non solùm supplet ea quæ desunt sanctis; sed étiam abúndat per multas gratiárum actiónes in Dómino, per probatiónem ministérii hujus, glorificántes Deum in obediéntia confessiónis vestræ in Evangélium Christi, & simplicitáte communicatiónis in illos & in omnes, & in ipsórum obsecratióne pro vobis, desiderántium vos propter eminéntem grátiam Dei in vobis. Grátias Deo super inenarrábili dono ejus.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Joánnem.

LECTIO IX. *c. 12. v. 24. ad 26.*

Granum frumenti Christianus.

DIxit Jesus discípulis suis: Amen, amen dico vobis: Nisì granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit, ipsum solum manet. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 305. n. 1.

AGnóscit fides vestra granum quod in terram cécidit, & mórtuum multiplicátum est. Agnó-

ſcit, inquam, hoc granum fides veſtra; quia ipſum hábitat in mente veſtra. Hoc enim quod de ſeípſo díxerit Chriſtus, nullus ámbigit Chriſtiánus. Sed planè illo mórtuo grano & multiplicáto, multa grana ſunt ſparſa in terram: ex quibus eſt & beátus Lauréntius, cujus ſeminatiónem hódie celebrámus. De illis autem granis ſparſis toto orbe terrárum, quanta pulluláverit ſeges, vidémus, gaudémus, ſumus: ſi tamen & nos per illíus grátiam ad hórreum pertinémus. Neque enim ad hórreum pértinet quidquid in ſégete eſt. Eadem quippe plúvia útilis & nutritória, & tríticum paſcit & páleam. Abſit ut ſimul utrúmque in hórreo recondátur, quamvis ſimul utrúmque in agro nutriátur, & ſimul utrúmque in área triturétur.

Oratio.

Da nobis, quæſumus, omnípotens Deus, vitiórum noſtrórum flammas extínguere, qui beáto Lauréntio tribuíſti tormentórum ſuórum incéndia ſuperáre; Per Dóminum.

DIE XII.

IN FESTO SANCTI JUNIANI, Mariacenſis Abbatis, in territorio Pictavienſi.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Abbatis, p. xliv. additis quæ ſequuntur.

LECTIO III.

Ex ejus vita à Vulf. Boët. Pictav. Epiſc. ſcripta apud Mabill.

Juniánus Brióſſii in agro Pictaviénſi natus, ómnibus ſpretis ut Chriſtum lucrifáceret, Coloníacum ſeceſſit. Ibi arctíſſimam extrúxit céllulam, in qua vitam in Chriſto abſcónditam duxit. Sanctíſſimi tamen Anachorétæ fama brevì ad beátam Radegúndim pervénit. Hinc arctíſſima neceſſitúdo ipſum inter & piam Regínam, quæ contéxtum própriis mánibus cilícium ipſi dono dedit, & ab eo vicíſſim férream caténam accépit. Cùm multi ad beátum Juniánum undequáque conflúerent, céllulam derelíquit: & Sacerdótio initiátus, veniéntium fratrum ſalúti óperam dedit. Creſcénte verò in dies diſcipulórum número, locum elégit in território Caſtíloci ampliórem, quem à Clotário Rege non tantùm obtínuit, ſed & totum óppidum Maríacum, ubi ædificáto Cœnóbio, permúltos ſub ſancti Benedícti régula mónachos ſanctíſſimè rexit. Sénio conféctus, morti ſe jam próximum intélligens, Kuremúndum, quem è ſacro fonte ſuſcéperat & ab incunábulis educáverat, ſucceſſórem deſignávit, & beátæ Radegúndi mortem ſuam nuntiári juſſit. Idem

beáto Juniáno mandáverat sanctíssima Regína, eódem prorsùs témpore, in últimum delápsa morbum. Et eâdem horâ utérque, anno quingentésimo octogésimo séptimo, è vivis excéssit. Beáti Juniáni corpus nono século in Ecclésiam Nobiliacénsis monastérii ipsi dicátam delátum est.

Oratio, Deus, cujus múnere, *p.* xlix.

Vesperæ *de Sequenti, cum Commemoratione de S. Juniano.*

Die XIII.

In Festo S. RADEGUNDIS, Francorum Reginæ, in urbe Pictaviensi Monialis, & Viduæ.

Duplex majus.

IN I. VESPERIS.

Antiphona 1. *toni* J.

SUrget Rex fortis, & dominábitur potestáte multâ, & fáciet quod placúerit ei. *Dan.* 11. 3.

Ant. 2. D. Dominábitur ditióne, multa enim dominátio ejus. *Dan.* 11. 5.

Ant. 3. *a.* Véniet cum exércitu, & ingrediétur provínciam regis Aquilónis. *Dan.* 11. 7.

Ant. 4. E. Cápiet multitúdinem, & exaltábitur cor ejus, & dejíciet multa míllia. *Dan.* 11. 12.

Ant. 5. a. Tu non effúgies de manu ejus, sed comprehensióne capiéris, & in manu Regis tradéris. *Jer.* 34. 3.

Capitulum. *Ezech.* 16. 4.

EGréssum est nomen tuum in gentes, propter spéciem tuam: quia perfécta eras in decóre meo quem posúeram super te, dicit Dóminus Deus.

℟. Glória Dómini cólliget te: tunc * Invocábis, & Dóminus exaúdiet; clamábis, & dicet: Ecce adsum. *Is.* 58. 8. 9. ℣. Scio tribulatiónem tuam & paupertátem tuam, sed dives es. *Apoc.* 2. 9. * Invocábis. Glória. * Invocábis.

Hymnus.

NOstræ quanta tibi cura salútis,
Regum máxime Rex, óptime patrum!
Nobis in bona tu vel mala mutas:
Nos per nostra facis damna beátos.

Clemens ille rigor te, Radegúndis,
Insígnem súpera fecit in aula
Regínam; tibi si bella fuíssent
Olim sæva minùs, nunc minor esses.

Captivam túmido te dedit hosti
Imbéllis pátrui crímine clades
Omni parta: Deo fausta dedére
Te, Francóque throno, vincla fidélem.

Sors tam pulchra,

ferox non fuit hostis
Debellántis opus : non tulit ira
Franci te pátriæ cæca : stupéndi
Dux divína fuit déxtera facti.
Patri máxima laus, qui dat & aufert
Sceptrum, quando placet ; qui trahit ad se
Mentes mirificè, máxima Nato ;
Per quem corda calent, par sit Amóri. Amen.

℣. Glorificábo nomen tuum in ætérnum, Dómine : ℟. Quia misericórdia tua magna est super me. *Ps.* 85. 12. 13.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. A. Hæc dicit Dóminus : Recordábor ego pacti mei tecum, in diébus adolescéntiæ tuæ ; & suscitábo tibi pactum sempitérnum. *Ezech.* 16. 60.

Oratio, Deus, cujus amóre, *infrà, ad Laudes*, p. 519.

Commemoratio de S. Juniano.

Ant. Circa, ℣. Justus, p. lj. *Oratio*, Deus, cujus múnere, *p.* xlix.

COMPLETORIUM *habetur post II. Vesperas.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Dóminum exaltántem húmiles, * Veníte, adorémus. *Luc.* 1. 52.

Psalmus, Veníte, *p.* 2. *ritu duplici.*

HYMNUS.

Quæ mentis nítidæ ; virgo tenélla,
Pertúrbat plácidam causa quiétem ?
Quò plorans próperas ? unde decóro
Pallens anxíetas íncubat ori ?
Ah ! sancti spécie capta pudóris,
Et jam tota sacris pércita flammis,
Victóris rápidum Regis amórem,
Servatúmque fugis prompta cubíle.
Te nil gesta viri fórtia, pectus
Te nil intrépidum, nil decus altæ
Immortále domûs, nil quoque mollis
Aulæ delíciæ, pómpaqué tangunt.
Unus nempè placet, vivit & unus
Verè virgíneo péctore Christus :
Unus grande decus, cara volúptas
Est, regnúmque tibi Christus opímum.
Nullum vis álium casta marítum.
At quid nolle juvat ? dum fugis, en te
Raptam ritè jugant : nec tamen alto
Cessas esse tenax sponsa Tonánti.
Qui reges, pópulos, regna gubérnat,
Patri máxima laus ; máxima Nato,

Quem Virgo péperit; péctora puris
Qui flammis récreas, laus tibi, Flamen. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Erat de número captivórum quos transtúlerat Rex. *Esth.* 11. 4.

Ant. 2. D. Inter cæteras puéllas ei trádita est, ut servarétur in número feminárum. *Esth.* 2. 8.

Ant. 3. c. Videns virtútem quam fecit Deus Israël, relícto Gentilitátis ritu, crédidit Deo. *Judith.* 14. 6.

℣. Non est símilis tuî in diis, Dómine; ℟. Et non est secúndùm ópera tua. *Ps.* 85. 8.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Regem seculórum exaltáte in opéribus vestris: * Ego autem in terra captivitátis meæ confitébor illi, quóniam osténdit majestátem suam in gentem peccatrícem. *Tob.* 13. 6. 7. ℣. Scimus quia nihil est idólum in mundo, & quòd nullus est Deus, nisì unus. 1. *Cor.* 8. 4. * Ego.

℟. *ij.* Pars mea Dóminus, dixit ánima mea, proptéreà expectábo eum. * Bonus est Dóminus sperántibus in eum, ánimæ quæréntì illum. *Thren.* 3. 24. 25. ℣. Me segregávit ex útero matris meæ, & vocávit per grátiam suam. *Gal.* 1. 15. * Bonus.

℟. *iij.* Venter meus conturbátus est, quæréndo sapiéntiam: * Proptéreà bonam possidébo possessiónem. *Eccli.* 51. 29. ℣. De tantis perículis Deus nos erípuit & éruit. 2. *Cor.* 1. 10. * Proptéreà. Glória. * Proptéreà.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Erat formósa valde, & incredíbili pulchritúdine, ómnium óculis gratiósa & amábilis videbátur. *Esth.* 2. 15.

Ant. 8. G. Adamávit eam Rex, plusquam omnes mulíeres; habuítque grátiam & misericórdiam coram eo. *Esth.* 2. 17.

Ant. 7. G. Pósuit Rex diadéma regni in cápite ejus, fecítque eam regnáre. *Esth.* 2. 17.

℣. Oblivíscere pópulum tuum & domum patris tui; ℟. Et concupíscet Rex decórem tuum. *Ps.* 44. 11. 12.

LECTIO IV.

Ex S. Greg. Tur. S. Fortun. apud Mabill.

Radegúndis, filia Berthárii Thuringórum príncipis, décimum explébat ætátis annum, cùm à Clothário primo, Francórum Suessionénsium Rege in Gállias captíva ducta est. Clothárius óptimis eam magístris, liberálibus erudiéndam disciplínis crédidit. Tum Radegúndis, arréptis ávidè fídei Christiánæ documéntis, & spontè ejuráto hæreditário deórum inánium cultu, non præ-

cépta tantùm, sed & Evangélica decrévit serváre consília. Detráctis ex própria mensa cibis, púeros reficiébat egénos. Domesticórum contémptum ac persecutiónes álacri tolerábat ánimo. Christo, quem sibi sponsum destináverat, in ómnibus studébat placére. At Clothárius exímiis captívæ dótibus, & elegánti decóre captus, eam sibi jamdúdùm uxórem destináverat: quem honórem, nec resisténtiâ, nec fugâ vitáre pótuit.

℟. iv. Tu scis, Dómine, necessitátem meam, *Quòd abóminer signum supérbiæ & glóriæ meæ, quod est super caput meum. *Esth.* 14. 16. ℣. Ego non quæro glóriam meam. *Joan.* 8. 50. * Quòd.

LECTIO V.

RAdegúndis, ex captíva Regis facta conjux, beneficéntiam in paúperes, crebras vigílias, oratiónes assíduas, cilícii & aculeátæ caténæ usum, vini abstinéntiam, jejúnia, summam dénique vitæ asperitátem, cum régia dignitáte conjúnxit. Orphanórum mater erat, viduárum & Ecclésiæ Ministrórum patróna. Nullum fuit miseriárum genus, cui matérnâ non occúrrerit pietáte. Cœléstis hæc vivéndi norma Prócerum in eam irrisiónes & persecutiónes concitávit. Quamóbrem, occíso fratre jussu Clothárii; ipso permitténte, Radegúndis ab aula discédens, sanctum Medárdum adit, à quo monásticam vestem enixè póstulat: quo reluctánte, sacrárium ingréssa, tonsis capíllis, & accépto velo, confidénter ad eúmdem Pontíficem revérsa, ab ipso in Diáconam benedícta est.

℟. v. Scis, Dómine, quòd nunquam lætáta sit ancílla tua, ex quo huc transláta sum, usque in præséntem diem, * Nisì in te, Dómine Deus. *Esth.* 14. 18. ℣. Mihi absit gloriári, nisì in Cruce Dómini nostri Jesu Christi. *Gal.* 6. 14. * Nisì.

LECTIO V.

PIctávium proféctà Radegúndis, ibi Monastérium Vírginum sub régula sancti Cæsárii Arelaténsis cóndidit. Eâ pietáte Sacrifícium Eucharístiæ prosequebátur, ut in illíus usum, própriis mánibus confíceret panes, quos divérsis suppeditábat Ecclésiis. Id illi máximè curæ erat, ut pro Rege indesinénter preces fíerent in Monastério. Missis Cléricis ad Justínum Imperatórem, partem ligni Domínicæ Crucis impetrávit, quam in Monastério solémniter repóni curávit. Accénsis carbónibus, ferróque candénti, córporis membra; víscera autem siti cruciábat inextinguíbili. Ità voto Martyr, juge in se per-

at Martýrium. Obiit
quingentésimo octo-
o séptimo. Corpus
erræ mandávit Gre-
s Turonénsis, occu-
in Diœcési obeúnda,
væo Pictaviénsi, cui
átum est, ut revérsus
m celebráret, ac túmu-
rculum impóneret.
vj. Tu scis, Dómine,
nunquam concupívi
, & * Mundam ser-
nimam meam ab om-
ncupiscéntia. *Tob.* 3.
. Quod decet mulíe-
omitténtes pietátem
pera bona. 1. *Tim.* 2.
Mundam. Glória. *
lam.
II. NOCTURNO.
. 3. *a.* Regína con-
ad Dóminum, pavens
lum quod imminé-
Esth. 14. 1.
. 4. *E.* Cùm depo-
vestes régias, fléti-
t lúctui apta indu-
i suscépit. *Esth.* 14. 2.
. 5. a. Induens se ci-
pósuit cínerem super
suum; & prostérnens
mino, clamábat ad
num. *Judith.* 9. 1.
cce elongávi fúgiens,
mansi in solitúdine.
.. 8.
pístola prima beáti
uli Apóstoli ad
Timótheum.
io VII. *c.* 5. *v.*
d 10.
æ verè vídua est
desoláta, speret in
eum, & instet obse-
crationibus & oratiónibus nocte ac die. Nam quæ in delíciis est, vivens mórtua est. Et hoc præcipe, ut irreprehensíbiles sint. Si quis autem suórum, & máximè domesticórum curam non habet, fidem negávit, & est infidéli detérior. Vídua eligátur non minùs sexagínta annórum, quæ fúerit uníus viri uxor, in opéribus bonis testimónium habens, si fílios educávit, si hospítio recépit, si sanctórum pedes lavit, si tribulatiónem patiéntibus subministrávit, si omne opus bonum subsecúta est.

℟. *vij.* Cum puéllis suis clausa morabátur; * Et habens super lumbos suos cilícium, jejunábat, ómnibus diébus vitæ suæ. *Judith.* 8. 5. 6. ℣. Fugit in solitúdinem, ubi habébat locum parátum à Deo. *Apoc.* 12. 6. * Et habens.

Lectio VIII. *v.* 11. *ad* 16.

Adolescentióres autem víduas devíta. Cùm enim luxuriátæ fúerint in Christo, núbere volunt: habéntes damnatiónem, quia primam fidem írritam fecérunt. Simul autem & otiósæ discunt circuíre domos: non solùm otiósæ; sed & verbósæ, & curiósæ, loquéntes quæ non opórtet. Volo ergo junióres núbere, fílios procreáre, matresfamílias esse, nullam occasiónem dare adversá-

rio, maledícti grátiâ. Jam enim quædam convérsæ sunt retro Sátanam. Si quis fidélis habet víduas, subminístret illis, & non gravétur Ecclésia: ut iis quæ veræ víduæ sunt, sufficiat.

℟. viij. Relínquite civitátes, & habitáte in petra; & * Estóte quasi colúmba nidíficans in summo ore foráminis. Jer. 48. 28. ℣. Nemo mílitans Deo, ímplicat se negótiis seculáribus, ut ei pláceat, cui se probávit. 2. Tim. 2. 4. * Estóte.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

LECTIO IX. c. 13. v. 44. ad 52.

Thesaurus absconditus.

PRopósuit Jesus discípulis suis parábolam hanc: Símile est regnum cœlórum thesaúro abscóndito in agro. Et réliqua.

Homília sancti Basílii Epíscopi.

Reg. fus. Tract. interr. 8. n. 2. 3.

PLanum est regnum cœléste per pretiósam margarítam adumbrári, quod nos ássequi non posse declárant Dómini verba, nisi ómnia simul quæ habémus, & divítias, & glóriam, & genus, & si quid áliud est, cujus stúdio desiderióque pleríque teneántur, pro eo comparándo deserámus. Deínde fieri quoque non posse, ut rectè agátur quod cúpitur stúdiósiùs, si mens in várias curas dedúcta sit, idem Dóminus affirmávit, cùm dixit: Nemo potest duóbus dóminis servíre. Quamóbrem thesaúrus cœléstis à nobis eligéndus est solus, ut in eo cor habeámus. Ubi enim, inquit, est thesaúrus tuus, ibi & cor tuum erit.

℟. jx. Multi fílii desértæ, magìs quàm ejus quæ habet virum, dicit Dóminus. * Diláta locum tentórii tui, & pelles tabernaculórum tuórum exténde. If. 54. 1. 2. ℣. Céntuplum accípiet, & vitam ætérnam possidébit. Matt. 19. 29. * Diláta. Glória. * Diláta.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*. In voluntáte tua deduxísti me, Dómine. ℟. Et cum glória suscepísti me. Pf. 72. 24.

Ant. 1. g. Erúmpet quasi manè lumen tuum, & sánitas tua cítiùs oriétur. If. 58. 8.

Ant. 5. a. Decóra facta es veheménter nimis, & profecísti in regnum. *Ezech*. 16. 13.

Ant. 6. F. Ædificabúntur in te desérta seculórum; fundaménta generatiónis & generatiónis suscitábis. If. 58. 12.

In Canticum, Os suum apéruit, p. lxx.

Ant. 3. E. Olívam úberem, pulchram, fructífe-

eam, speciósam, vocávit Dóminus nomen tuum. *Jer.* 11. 16.

Ant. 7. *d.* Custódiet & Dóminus Deus tuus pactum tibi, & misericórdiam quam jurávit. *Deut.* 7. 12.

CAPITULUM. *Judith.* 15. 10.

Benedixérunt eam omnes, unâ voce dicéntes: Tu glória Jerúsalem, tu lætítia Israël, tu honorificéntia pópuli nostri.

HYMNUS.

Quo te tener cœléstium,
Regína fervens, ímpulit
Amor? bonis quas prístinis
Amœnitátes súbrogas!

Ultro ministrábat tibi
Augústa pridem cúria:
Nunc prona tu, vel ínfimis
Servíre ovas soróribus.

Molli, gemens licèt, thoro
Quondam cubábas: ásperis
Nunc in pilis, & sórdido
Amas cubáre púlvere.

Angusta paupértas tibi
Thesaúrus est ditíssimus;
Honos suprémus déspici;
Ingénsque gaúdium pati.

Crux sola dulcis, sola Crux
Tibi placet: tuo Crucem
Fers corde, fers & córpore
Notis inústam flámmeis.

Tanto, Deus, fac séculi
Spernámus exémplo fugax
Decus, Crucísque régiâ
Te consequámur sémitâ,

Æterne tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

℣. Clamávi ad te, Dómine; ℟. Dixi, Tu es spes mea. *Ps.* 141. 6.

Ad Benedíctus, *Ant.* 4. E. Supérbi ab inítio non placuérunt tibi, Dómine; sed humílium & mansuetórum semper tibi plácuit deprecátio. *Judith.* 9. 16.

Oratio.

Deus, cujus amóre, beáta Radegúndis ex aulæ tumúltu, spretis mundi illécebris, in solitúdinem evolávit; tríbue nobis, ex ejus imitatióne terréna despícere, & amáre cœléstia; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. Erúmpet.

CAPITULUM. *Is.* 54. 10. 11.

Dixit miserátor tuus Dóminus: Paupércula, tempestáte convúlsa, absque ulla consolatióne, ecce ego sternam per órdinem lápides tuos, & fundábo te in sapphíris.

℟. *breve.* Christe.

AD TERTIAM.

Ant. Decóra.

CAPITULUM. *Jer.* 33. 11.

Vox sponsi & vox sponsæ, vox dicéntium: Confitémini Dómino exercítuum, quóniam bonus Dóminus, quóniam in ætérnum misericórdia ejus.

℟. *breve.* Exaltábitur * Sicut unicórnis cornu meum. ℟. Exaltábitur. ℣. Et senéctus mea in misericórdia úberi. * Sicut. Glória. ℟. Exaltábitur. *Ps.* 91. 11.

℣. Plantáti in domo Dómini; ℟. In átriis domûs Dei nostri florébunt. *Ps.* 91. 14.

AD SEXTAM.

Ant. Ædificabúntur.

CAPITULUM. *Prov.* 2. 6. 7.

DOminus dat sapiéntiam, & ex ore ejus prudéntia & sciéntia; custódiet rectórum salútem, & próteget gradiéntes simplíciter.

℟. *breve.* Justum * Adjutórium meum à Dómino. ℟. Justum. ℣. Qui salvos facit rectos corde. * Adjutórium. Glória. ℟. Justum. *Ps.* 7. 10. 11.

℣. In Deo faciémus virtútem: ℟. Et ipse ad níhilum dedúcet inimícos nostros. *Ps.* 107. 14.

AD NONAM.

Ant. Custódiet.

CAPITULUM. *Deut.* 4. 22. 23.

TRansíbitis & possidébitis terram egrégiam. Cave ne quando oblivíscáris pacti Dómini Dei tui, quod pépigit tecum.

℟. *breve.* Retríbuet mihi Dóminus, * Secúndùm justítiam meam. ℟. Retríbuet. ℣. Et secúndùm puritátem mánuum meárum. * Secúndùm. Glória. ℟. Retríbuet. *Ps.* 17. 25.

℣. In te sperávi, Dómine; ℟. Dixi: Deus meus es tu. *Ps.* 30. 15.

AD VESPERAS.

Ant. 1. D. Orábat Dóminum Deum Isräël, ut dirígeret viam ejus. *Judith.* 12. 8.

Ant. 2. a. Erat timens Deum cum omni domo sua, fáciens eleemósynas multas plebi, & déprecans Deum semper. *Act.* 10. 2.

Ant. 3. a. Munda manébat in tabernáculo, usque dum accíperet escam suam in véspere. *Judith.* 12. 9.

Ant. 5. C. Quóniam memor fuit Dómini in toto corde suo, dedit illi Deus grátiam. *Tob.* 1. 13.

Ant. 6. F. Laudent eam in portis ópera ejus. *Prov.* 31. 31.

CAPITULUM. *Prov.* 31. 25.

FOrtitúdo & decor induméntum ejus, & ridébit in die novíssimo.

HYMNUS.

CŒLO recéptam plaúdite, Cœlites,
Quæ vestra vivens gaúdia fécerat:
Sponsæ fidéli destinátam
Intrat ovans Radegúndis aulam.

DUM mens adépto perfrúitur Deo,
Tellus veréndas exúvias habet.
Non tota discédit: supérstes

Ossibus est, cinerísque virtus.

Procul malórum jussa fugit cohors,
Utcúmque votis te pópuli colunt,
Arcére morbos efficácem,
Atque truci dare jura letho.

Te civis ambit, seu cálamo seges
Arénte languet, seu mádido natat:
Et imbris & solis poténtem
Supplícibus venerátur ulnis.

Heu! Quot procéllis cíngimur, ô Deus!
Diri quot hostes insídias parant!
Da corpus invíctum períclis,
Da níveam sinè labe mentem.

Sit summa Patri, súmmaque Fílio;
Sanctóque compar glória Flámini;
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuo pia corda cultu.
Amen.

℣. Justítia ejus manet in séculum séculi: ℟. Cornu ejus exaltábitur in glória. *Ps.* 111. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D.* Mórtuum prophetávit corpus ejus: in vita sua fecit monstra, & in morte mirabília. *Eccli.* 48. 14. 15.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 8. *g.* Sápiens múlier ædíficat domum suam. *Prov.* 14. 1.

Hymnus. Grates, perácto jam die, *p.* 163.

Capitulum. *Is.* 58. 10.

Cum effúderis esuriénti ánimam tuam, & ánimam afflíctam replévéris, oriétur in ténebris lux tua, & ténebræ tuæ erunt sicut merídies.

℟. *breve.* In manus.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 2. D. Múlier gratiósa invéniet glóriam. *Prov.* 11. 16.

DIE XIV.

IN VIGILIA ASSUMPTIONIS

Beatæ Mariæ Virginis.

Officium de Feria occurrente, additis quæ sequuntur.

Duæ priores Lectiones de Scriptura occurrente, duabus posterioribus in unam junctis.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio III. *c.* 11. *v.* 27. & 28.

Quinam verè beati.

Loquénte Jesu ad turbas, extóllens vocem quædam múlier de turba, dixit illi: Beátus venter qui te portávit. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

In Joan. Evang. Tract. 10. n. 3.

Inténdat cáritas vestra. Proptéreà cùm Dóminus in turba admirábilis viderétur, fáciens signa & prodígia, & osténdens quid

latéret in carne, admirátæ quædam ánimæ dixérunt: Felix venter qui te portávit. Et ille: Imò felíces qui aúdiunt verbum Dei, & custódiunt. Hoc est dícere: Et mater mea quam appellástis felícem, inde felix, quia verbum Dei custódit: non quia in illa Verbum caro factum est; sed quia custódit ipsum Verbum Dei, per quod facta est, & quod in illa caro factum est. Hómines non gaúdeant prole temporáli: exúltent, si spíritu jungúntur Deo.

℟. *iij.* Nihil mélius est quàm timor Dei; & * Nihil dúlcius quàm respícere in mandátis Dómini. *Eccli.* 23. 37. ℣. Beáti qui aúdiunt verbum Dei, & custódiunt illud. *Luc.* 11. 28. * Nihil. Glória. * Nihil.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D. Cunctis diébus quibus nunc mílito, expécto donec véniat immutátio mea. *Job.* 14. 14.

Dicuntur Preces flexis genibus, p. 155.

Oratio.

DEus, qui virginálem úterum beátæ Maríæ in quo requiésceres, elígere dignátus es; da nobis Assumptiónis ejus Solémnia præveniéntibus, dignum in córdibus nostris habitáculum tuæ preparáre Majestáti; Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitáte.

Ad Horas, *Preces flexis genibus, ut in Psalterio*, p. 158. *& sequent.* *Oratio*, Deus, qui, *suprà.*





Tu gloria Jeruſalem, tu lætitia Iſrael,
tu honorificentia populi noſtri. *Judith 15. 10.*

DIE XV.

IN FESTO

ASSUMPTIONIS

B. MARIÆ VIRGINIS.

SOLEMNE MAJUS.

IN I. VESPERIS.
Psalmi de Feria.
Antiphona 2. toni D.

ADjúro vos, fíliæ Jerúsalem, si invenéritis diléctum meum, ut nuntiétis ei, quia amóre lángueo. *Cant.* 5. 8.

Ant. 5. a. Totus desiderábilis, talis est diléctus meus, & ipse est amícus meus, fíliæ Jerúsalem. *Cant.* 5. 16.

Ant. 1. D. Attenuáti sunt óculi mei suspiciéntes in excélsum. *Is.* 38. 14.

Ant. 6. F. Vocábis me, Dómine, & ego respondébo tibi: óperi mánuum tuárum pórriges déxteram. *Job.* 14. 15.

Ant. 7. G. Vox dilécti mei pulsántis: Aperi mihi, soror mea, amíca mea, colúmba mea, immaculáta mea. *Cant.* 5. 2.

CAPITULUM. *Cant.* 2. 1. 2. 3.

EGo flos campi & lílium convállium. Sicut lílium inter spinas, sic amíca mea inter fílias. Sicut malus inter ligna sylvárum, sic diléctus meus inter fílios.

℟. Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: * Quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei? *Ps.* 41. 2. 3. ℣. Ad destinátum pérsequor, ad bravíum supérnæ vocatiónis Dei in Christo Jesu. *Philipp.* 3. 14. * Quando. Glória. *Resumitur* ℟. Sitívit.

Hymnus. O vos, æthérei, *infrà, ad II. Vesperas*, p. 532.

℣. In justítia apparébo conspéctui tuo, Dómine; ℟. Satiábor, cùm apparúerit glória tua. *Ps.* 16. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Delectáberis super Dómino, & sustóllam te super altitúdines terræ, & cibábo te hæreditáte Jacob patris tui; os enim Dómini locútum est. *Is.* 58. 14.

Oratio.

COncéde, quǽsumus, omnípotens Deus, ut

Fidéles tui qui de gloriósa Assumptióne beátæ Vírginis Dei Genitrícis Maríæ lætántur, ejus intercessióne in hoc século grátiam, & in futúro glóriam percípere mereántur; Per eúmdem Dóminum.

Completorium, *p.* cv. *cum Psalmis de Feria.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Regem surgéntem in occúrsum Matris, * Veníte, adorémus. 3. *Reg.* 2. 19.

Psalmus, Veníte, *p.* 2. *ritu solemni.*

HYMNUS. S. V.

Quæ cœlo nova nunc ádditur hospes!
Sese tota poli régia pandit:
Ruptis Virgo Parens líbera vinclis,
Caro se próperat réddere Nato.

Quantum delítuit paúpere tecto,
Tantùm spléndida nunc fulget in astris:
Se veláre quibus Mater amábat,
Densas Natus amat rúmpere nubes.

Olim quæ fúerat juncta maríto,
Et de connúbio crédita Mater,
Totum jam cólitur nota per orbem,
Cum Matris títulis, íntegra Virgo.

Ancillæ tríbuit quæ sibi nomen,
Cœlésti dóminans regnat in aula:
Quæ tot passa neces, Prolis amóre,
Jam secúra, suâ Prole triúmphat.

Nostras, tu nova lux, díscute noctes,
Tu, Regína, graves solve caténas:
Cæcos, stella maris, dírige cursus;
Da, quo tu frúeris, cérnere Natum.

Divinæ Sóboli qui dare Matrem
In terris vóluit, glória Patri:
Cujus Virgo Parens, glória Nato:
Quo fecúnda, tibi glória, Flamen. Amen.

IN I. NOCTURNO.

In Psal. 18. Cœli enárrant, *p.* 39.

Ant. 2. D. En diléctus meus lóquitur mihi: Surge, própera, amíca mea, colúmba mea, formósa mea, & veni. *Cant.* 2. 10.

In divis. Psal. 18. Lex Dómini, *p.* 39.

Ant. 5. a. Ecce tu pulchra es, amíca mea; ecce tu pulchra es; óculi tui columbárum. *Cant.* 1. 14.

In Psal. 47. Magnus Dóminus, *p.* 138.

Ant. 8. G. Anima mea liquefácta est, ut diléctus meus locútus est. *Cant.* 5. 6.

℣. Concupíscet Rex decórem tuum; ℟. Quóniam ipse est Dóminus Deus tuus. *Ps.* 44. 12.

De Libro Apocalýpsis beáti Joánnis Apóstoli.

Lectio I. *c.* 11. *v.* 16. *ad* 19.

Viginti quátuor senióres, qui in conspéctu Dei sedent in sédibus suis, cecidérunt in fácies suas, & adoravérunt Deum, dicéntes: Grátias ágimus tibi, Dómine Deus omnípotens, qui es, & qui eras, & qui ventúrus es: quia accepísti virtútem tuam magnam, & regnásti. Et irátæ sunt Gentes, & advénit ira tua, & tempus mortuórum judicári, & réddere mercédem servis tuis Prophétis, & sanctis, & timéntibus nomen tuum pusíllis & magnis, & exterminándi eos qui corrupérunt terram. Et apértum est templum Dei in cœlo: & visa est Arca testaménti ejus in templo ejus.

℟. *j.* Fulcíte me flóribus, stipáte me malis; quia amóre lángueo. * Læva ejus sub cápite meo, & déxtera illíus amplexábitur me. *Cant.* 2. 5. 6. ℣. Coárctor desidérium habens dissólvi, & esse cum Christo. *Philipp.* 1. 23. * Læva. Glória. * Læva.

Lectio II. *c.* 12. *v.* 1. *ad* 6.

Et signum magnum appáruit in cœlo: Múlier amícta sole, & luna sub pédibus ejus, & in cápite ejus coróna stellárum duódecim. Et in útero habens, clamábat partúriens, & cruciabátur ut páriat. Et visum est áliud signum in cœlo: & ecce draco magnus rufus, habens cápita septem, & córnua decem: & in capítibus ejus diadémata septem: & cauda ejus trahébat tértiam partem stellárum cœli, & misit eas in terram. Draco stetit ante mulíerem quæ erat paritúra: ut cùm peperísset, fílium ejus devoráret. Et péperit fílium másculum qui rectúrus erat omnes Gentes in vírga férrea: & raptus est fílius ejus ad Deum, & ad thronum ejus: & múlier fugit in solitúdinem, ubi habébat locum parátum à Deo.

℟. *ij.* Tota pulchra es, amíca mea; & mácula non est in te. * Veni de Líbano, sponsa mea, veni de Líbano, veni, coronáberis. *Cant.* 4. 7. 8. ℣. Scient quia ego diléxi te. *Apoc.* 3. 9. * Veni. Glória. * Veni.

Lectio III. *v.* 15. *ad fin.*

Et misit serpens ex ore suo post mulíerem, aquam tanquam flumen, ut eam fáceret trahi à flúmine. Et adjúvit terra mulíerem, & apéruit terra os suum, & absórbuit flumen, quod misit draco de ore suo. Et irátus est draco in mulíerem: & ábiit fácere prælium cum réliquis de sémine ejus, qui custódiunt mandáta Dei, & habent

testimónium Jesu Christi. Et stetit supra arénam maris.

℟. *iij.* Anteíbit fáciem tuam justítia tua, & glória Dómini cólliget te. * Tunc invocábis, & Dóminus exaúdiet; clamábis, & dicet: Ecce adsum. *Is.* 58. 8. 9. ℣. Novi ópera tua, & fidem, & caritátem tuam. *Apoc.* 2. 19. * Tunc. Glória. *Resumitur* ℟. Anteíbit.

IN II. NOCTURNO.

In Psal. 44. Eructávit cor meum, *p.* 96.

Ant. 7. c. Quæ est ista quæ progréditur quasi auróra consúrgens, pulchra ut luna, elécta ut sol? *Cant.* 6. 9.

In divis. Psal. 44. Audi, fília, & vide, *p.* 96.

Ant. 5. C. Odor unguentórum tuórum super ómnia arómata: favus distíllans lábia tua, sponsa; mel & lac sub lingua tua. *Cant.* 4. 10. 11.

In Psal. 84. Benedixísti, Dómine, *p.* 99.

Ant. 1. a. Vidérunt eam fíliæ, & beatíssimam prædicavérunt. *Cant.* 6. 8.

℣. Dómine, in voluntáte tua, ℟. Præstitísti decóri meo virtútem. *Ps.* 29. 8.

Sermo sancti Bernárdi Abbátis.

In Assumpt. B. M. V. 1. n. 1.

LECTIO IV.

Virgo hódie gloriósa cœlos ascéndens, supernórum gaúdia cívium copiósis sinè dúbio cumulávit augméntis. Hæc est enim cujus salutatiónis vox & ipsos exultáre facit in gaúdio, quos matérna adhuc víscera claudunt. Quòd si párvuli necdùm nati ánima liquefácta est, ut María locúta est; quid putámus quænam illa fúerit cœléstium exultátio, cùm & vocem audíre, & vidére fáciem, & beátâ ejus frui præséntiâ meruérunt? Nobis verò, caríssimi, quæ in ejus Assumptióne solemnitátis occásio, quæ causa lætítiæ, quæ matéria gaudiórum? Maríæ præséntiâ totus illustrátur orbis: ádeò ut & ipsa jam cœléstis pátria clárius rútilet virgíneæ lámpadis irradiátâ fulgóre. Méritò proínde résonat in excélsis gratiárum áctio & vox laudis.

℟. *jv.* Quæ est ista quæ * Ascéndit de desérto delíciis áffluens, innixa super diléctum suum? *Cant.* 8. 5. ℣. María, de qua natus est Jesus, qui vocátur Christus. *Matt.* 1. 16. * Ascéndit. Glória. * Ascéndit.

LECTIO V.

Civitátem inquírimus, ad quam hódie María benedícta pervénit: in qua, si conscrípti cives sumus, dignum profécto est, étiam in exílio, étiam super flúmina Babylónis, ejus nos recordári, ejus communicáre gaúdiis, ejus participáre lætítiam, maximéque

eam, quæ tam copiósò ímpetu lætíficat hódie civitátem Dei, ut sentiámus & ipsi stillicídia stillántia super terram. Præcéssit nos Regína nostra, præcéssit, & tam gloriósè suscépta est, ut fiduciáliter sequántur Dóminam sérvuli clamántes: Trahe nos post te; in odórem unguentórum tuórum currémus.

℟. *v.* Intulérunt sacerdótes Arcam fœderis Dómini in locum suum, id est, ad oráculum templi, * In Sancta sanctórum, subter alas Chérubim. 2. *Par.* 5. 7. ℣. Apértum est templum Dei in cœlo, & visa est Arca testaménti ejus in templo ejus. *Apoc.* 11. 19. * In. Glória. * In.

LECTIO VI. n. 1. 2.

ADvocátam præmísit peregrinátio nostra, quæ tanquam Júdicis Mater, & Mater misericórdiæ, suppliciter & efficáciter salútis nostræ negótia pertractábit. Pretiósum hódie munus terra nostra diréxit in cœlum: ut dando & accipiéndo, felíci amicitiárum fœdere copuléntur humána divínis, terréna cœléstibus, ima summis. Illò enim ascéndit fructus terræ sublímis, unde data óptima, & dona perfécta descéndunt. Ascéndens ergo in altum Virgo beáta, dabit ipsa quoque dona homínibus. Quidni daret? Síquidem nec facúltas ei deésse póterit, nec volúntas. Regína cœlórum est; misericors est; dénique Mater est unigéniti Fílii Dei. Nihil enim sic potest potestátis ejus seu pietátis magnitúdinem commendáre, nisi fortè aut non créditur Dei Fílius honoráre Matrem, aut dubitáre quis potest omnínò in afféctum caritátis transísse Maríæ víscera, in quibus ipsa quæ ex Deo est Cáritas, novem ménsibus corporáliter requiévit.

℟. *vj.* Tenuísti, Dómine, manum déxteram meam, & * In voluntáte tua deduxísti me, & cum glória suscepísti me. *Ps.* 72. 24. ℣. Vidi, & ecce óstium apértum in cœlo; & vox prima quam audívi, tanquam tubæ loquéntis mecum, dicens: Ascénde huc. *Apoc.* 4. 1. * In. Glória. *Resumitur* ℟. Tenuísti.

IN III NOCTURNO.

In Psal. 86. Fundaménta ejus, *p.* 139.

Ant. 3. *a.* Sub umbra illíus quem desideráveram, sedi, & fructus ejus dulcis gútturi meo. *Cant.* 2. 3.

In Psal. 96. Dóminus regnávit, exúltet, *p.* 47.

Ant. 4. A. Diléctus meus mihi, & ego illi, qui páscitur inter lília. *Cant.* 2. 16.

In Psal. 97. Cantáte Dómino.... quia mirabília, *p.* 102.

Ant. 5. a. Invéni quem díligit ánima mea: ténui eum, nec dimíttam. *Cant.* 3. 4.

℣. Posuísti, Dómine, in cápite ejus corónam., ℟. De lápide pretióso. *Ps.* 20. 4.

De Cántico Canticórum.

Lectio VII. *c.* 1. *v.* 1. *ad* 6.

OSculétur me ósculo oris sui: quia melióra sunt úbera tua vino, fragrántia unguéntis óptimis. Oleum effúsum nomen tuum: ídeò adolescéntulæ dilexérunt te. Trahe me: post te currémus in odórem unguentórum tuórum. Introdúxit me Rex in cellária sua: exultábimus & lætábimur in te, mémores úberum tuórum super vinum: recti díligunt te. Nigra sum, sed formósa, fíliæ Jerúsalem, sicut tabernácula Cedar, sicut pelles Salomónis. Nolíte me consideráre quòd fusca sim, quia decolorávit me sol. Fílii matris meæ pugnavérunt contra me, posuérunt me custódem in víneis: víneam meam non custodívi. Indica mihi, quem díligit ánima mea, ubi pascas, ubi cubes in merídie, ne vagári incípiam post greges sodálium tuórum.

℟. *vij.* Sedit Rex super thronum suum, * Positúsque est thronus Matri Regis, quæ sedit ad déxteram ejus. 3. *Reg.* 2. 19. ℣. Raptus est Fílius ejus ad Deum & ad thronum ejus. *Apoc.* 12. 5. * Positúsque. Glória. * Positúsque.

Lectio VIII. *c.* 6. *v.* 8. *ad finem, &* *c.* 7. *v.* 1.

UNa est colúmba mea, perfécta mea, una est matris suæ, elécta genitríci suæ. Vidérunt eam fíliæ, & beatíssimam prædicavérunt: regínæ & concubínæ, & laudavérunt eam. Quæ est ista, quæ progréditur quasi auróra consúrgens, pulchra ut luna, elécta ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordináta? Descéndi in hortum nucum, ut vidérem poma convállium, & inspícerem si floruísset vínea, & germináßent mala púnica. Nescívi: ánima mea conturbávit me propter quadrígas Abínadab. Revértere, revértere, Sulámitis: revértere, revértere, ut intueámur te. Quid vidébis in Sulámite, nisì choros castrórum? Quàm pulchri sunt gressus tui in calceaméntis, fília príncipis!

℟. *viij.* Hábuit grátiam & misericórdiam coram Rege super omnes mulíeres, & * Pósuit diadéma regni in cápite ejus, fecítque eam regnáre. *Esth.* 2. 17. ℣. Quia respéxit Dóminus humilitátem Ancíllæ suæ. *Luc.* 1. 48. * Pósuit. Glória. * Pósuit.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio IX. *c.* 1. *v.* 41. *ad* 49.

Cantica Elisabeth & Mariæ.

REpléta est Spíritu sancto Elísabeth, & exclamávit voce magnâ, & dixit ad Maríam: Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ Presbýteri.

Expos. in Luc. Cap. 3.

TAnto, inquit María, me Dóminus támque inaudíto múnere sublimávit, quòd non ullo linguæ officio explicári, sed ipso vix íntimi péctoris afféctu váleat comprehéndi. Et ídeò totas ánimæ vires in agéndis gratiárum laúdibus óffero, totum in contempláanda magnitúdine ejus cui non est finis, quidquid vivo, séntio, discérno, gratulánter impéndo: quia & ejúsdem Jesu, id est, Salutáris, spíritus meus ætérnâ divinitáte lætátur, cujus mea caro temporáli conceptióne fetátur. Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ; ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes. Cujus humílitas respícitur, rectè beáta ab ómnibus cognominánda gratulátur. Quia fecit mihi magna qui potens est. Solet ánima illa cui Dóminus magna fácere dignátur, dignis eum præcóniis magnificáre, & ad consórtes ejúsdem voti ac propósiti potest cohortándo dícere: Magnificáte Dóminum mecum, & exaltémus nomen ejus ínvicem.

℟. jx. Convertísti, Dómine, planctum meum in gaúdium mihi: * Conscidísti saccum meum, & circumdedísti me lætitiâ, ut cantet tibi glória mea. *Ps.* 29. 12. 13. ℣. Mihi vívere Christus est, & mori lucrum. *Philipp.* 1. 21. * Conscidísti. Glória. *Resumitur* ℟. Convertísti.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Magnificáte Dóminum mecum: ℟. Et exaltémus nomen ejus in idípsum. *Ps.* 33. 4.

Psalmi de Dominica.

Ant. 1. g. Pulchra es, amíca mea, suávis & decóra sicut Jerúsalem. *Cant.* 6. 3.

Ant. 7. c. Implébit Dóminus splendóribus ánimam tuam, & ossa tua liberábit; & eris quasi hortus irríguus. *Is.* 58. 11.

Ant. 3. *a.* Hódie Dóminus nomen tuum ità magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum. *Judith.* 13. 25.

Ant. 8. G. Sta.

Canticum Judith. *c.* 13. *v.* 23. *ad* 25.

Triumphatricis encomium.

BEnedícta es tu fília à Dómino Deo excélso,

* præ ómnibus muliéribus super terram.

Benedíctus Dóminus, * qui creávit cœlum & terram;

Qui te diréxit * in vúlnera cápitis príncipis inimicórum nostrórum;

Quia hódie nomen tuum ità magnificávit, * ut non recédat laus tua de ore hóminum qui mémores fúerint virtútis Dómini in ætérnum.

Ant. Sta in excélso; & circúmspice ad Oriéntem; & vide colléctos fílios tuos. *Bar.* 5. 5.

Ant. 2. *D.* Invoca Dóminum; & lóquere Regi pro nobis; & líbera nos de morte. *Esth.* 15. 3.

CAPITULUM. *Eccli.* 47. 13.

DOminus exaltávit in ætérnum cornu ejus, & dedit illi testaméntum regni, & sedem glóriæ.

HYMNUS. G. S.

PARATA cùm te póscerent,
O Virgo, cœli præmia,
Purum sacrátis ártubus
Amor resólvit spíritum.

SED victa partu mors tuo,
Te labis expértem nequit,
Suis nec audet stríngere
Vitæ Paréntem néxibus.

O QUALIS inter óbvios
Regína scandit Cœlites!
Quàm pulchra celsæ próxima
Sedi Tonántis ássidet!

AMICTA sole Fémina,
Lunámque subjéctam premens,
Bisséna cui cingunt caput
Fulgóre miro sídera,

O TU, cliéntûm cui preces,
Cui vota cordi, Júdicem
Præbére nobis, quod potes,
Patróna, placátum velis.

QUI natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Magna est glória ejus,
℞. In salutári tuo, Dómine. *Ps.* 20. 6.

Ad Benedíctus, *Ant.* 5. C. Dixit ei Rex: Pete, Mater; neque enim fas est, ut avértam fáciem tuam. 3. *Reg.* 2. 20.

Oratio.

VEneránda nobis, Dómine, hujus diéi Festívitas opem cónferat salutárem, in qua sancta Dei Génitrix mortem súbiit temporálem, nec tamen mortis néxibus déprimi pótuit, quæ Fílium tuum Dóminum nostrum Jesum Christum de se génuit incarnátum; Qui tecum vivit.

AD HORAS, *Doxologia*

QUI natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

Psalmi de Dominica.

PRIMAM.
ulchra es.
UM. 2. *Reg.* 23. 4.
lux auróræ, oriéne,mané absque núítilat.
brevi. ℣. Qui nae María Vírgine.
16.

ANON.
cílio Tridentíno.
17. *Sess.* 6. *Can.* 23.
s hóminem semel icátum díxerit posi vita peccáta ómm veniália, vitáre, peciáli Dei privipuemádmodum de írgine tenet Ecnáthema sit.

TERTIAM.
mplébit.
LUM. *Tob.* 13. 23.
díctus Dóminus, exaltávit eam; & um ejus in sécula m super eam.
ve. Lætábor in mia tua, Dómine, a, allelúia. ℟. Læ-. Quóniam respenilitátem meam. * . Glória. ℟. Lætá-
30. 8.
cúndùm multitúolórum meórum in eo, ℟. Consola-uæ lætificavérunt meam. *Ps.* 93. 19.

SEXTAM.
Hódie.
ULUM. *Eccli.* 50.

lsit in templo Dei, si arcus refúlgens inter nébulas glóriæ, & quasi flos rosárum, in diébus vernis.

℟. *breve.* Astitit Regína à dextris tuis, Deus, * Allelúia, allelúia. ℟. Astitit. ℣. In vestítu deauráto, circúmdata varietáte. * Allelúia. Glória. ℟. Astitit. *Ps.* 44. 10.

℣. Audívit, & lætáta est Sion: ℟. Et exultavérunt fíliæ Judæ. *Ps.* 96. 8.

AD NONAM.

Ant. Invoca.

CAPITULUM. *Eccli.* 24. 1. 2.

IN Deo honorábitur, & in médio pópuli sui gloriábitur, & in ecclésiis Altíssimi apériet os suum, & in conspéctu virtútis illíus gloriábitur.

℟. *breve.* Mémores erunt nóminis tui, * Allelúia, allelúia. ℟. Mémores. ℣. In omni generatióne & generatiónem. * Allelúia. Glória. ℟. Mémores. *Ps.* 44. 18.

℣. Pópuli confitebúntur tibi in ætérnum; ℟. Et in séculum séculi. *Ps.* 44. 18.

AD VESPERAS.

In Psal. 109. Dixit Dóminus, *p.* 27.

Ant. 4. E. Magnificáta est ánima mea hódie, præ ómnibus diébus meis. *Judith.* 12. 18.

In Psal. 112. Laudáte, púeri, *p.* 29.

Ant. 5. C. Exultábit ánima mea in Deo meo, quia

índuit me vestiméntis salútis. *Is.* 61. 10.

In Psal. 121. Lætátus sum, *p.* 151.

Ant. 2. D. In Sion firmáta sum; & in civitáte sanctificáta simíliter requiévi. *Eccli.* 24. 15.

In Psal. 126. Nisi Dóminus ædificáverit, *p.* 73.

Ant. 1. D. Ego quasi terebínthus exténdi ramos meos; & rami mei honóris & grátiæ. *Eccli.* 24. 22.

In Psal. 147. Lauda, Jerúsalem, Dóminum, *p.* 102.

Ant. 7. d. Quasi cedrus exaltáta sum in Líbano, & quasi cypréssus in monte Sion. *Eccli.* 24. 17.

CAPITULUM. *Eccli.* 24. 16.

RAdicávi in pópulo honorificáto, & in parte Dei mei hæréditas illíus, & in plenitúdine Sanctórum deténtio mea.

HYMNUS. S. V.

O Vos æthérei, plaúdite, Cives!
Hæc est illa dies clara triúmpho,
Quâ Matrem plácidâ morte solútam
Natus sidéreâ súscipit aulâ.

QUÆ non, Virgo, tibi dona repéndit!
Cœli divítias éxplicat omnes:
Verbum vestíeras carne; vicíssim
Te Verbum próprio lúmine vestit.

QUI velo látuit carnis; apérti
Pleno te sátiat Núminis haustu:
Et quem virgíneo lacte cibásti,
In jugem tibi dat se Deus escam.

O CONCESSA tibi quanta potéstas!
Per te quanta venit grátia terris!
Cunctis Cœlítibus célsior una,
Solo facta minor, Virgo, Tonánte.

QUÆ Regína sedes próxima Christo,
Alto de sólio, vota tuórum
Audi: namque potes fléctere Natum,
Virgo mater, amas nos quoque natos.

DIVINÆ Sóboli qui dare Matrem
In terris vóluit, glória Patri;
Cujus Virgo Parens, glória Nato;
Quo fecúnda, tibi glória, Flamen. Amen.

℣. Vultum tuum deprecabúntur, ℟. Omnes dívites plebis. *Ps.* 44. 13.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. *a.* Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. *Luc.* 1. 49.

Nulla fit Commemoratio, nisi occurrat aut concurrat dies Dominica.

COMPLETORIUM, *p.* CV. *cum Psalmis de Dominica.*

DIEBUS
INTRA OCTAVAM
ASSUMPTIONIS
B. M. VIRGINIS,
Quæ est tertii Ordinis.

Omnia ut in Die, exceptis quæ sequuntur.

Psalmi de Feria.

AD OFFIC. NOCTURN.

Invitatorium dicitur ritu simplici.

Tres Antiphonæ, ℣. & ℟℟℟. ex Nocturno Festi, secundùm Feriam.

Duæ priores Lectiones de Scriptura occurrente, duabus posterioribus in unam junctis. Tertia Lectio propria, ut infrà.

Non dicitur ℣. Glória Patri, *nisì in fine ultimi* ℟. *cujusque Noct. quod resumitur tantùm à Reclamatione.*

AD LAUDES
MATUTINAS.

Ant. sola. 5. C. Magna eris, & nomen tuum nominábitur in univérsa terra. *Judith.* 11. 21.

AD VESPERAS.

Ant. sola. 7. c. Rex dedit Regínæ ómnia quæ vóluit & petívit ab eo. 3. *Reg.* 10. 13.

DOMINICA *intra Octavam occurrente, totum Officium fit de Dominica, ut in Psalterio & Proprio de Tempore, incipiendo à I. Vesperis, quæ sunt integræ de Sabbato ante Dominicam occurrentem. Fit Commemoratio Octavæ in utrisque Vesperis & Laudibus, sed sinè Lectione.*

Si Dies Octava sit Dominica, Officium Octavæ anticipatur, & de eo fit in Sabbato.

DIE XVI.
IN FESTO
SANCTI ROCHI,
Laïci.

Duplex minus.

Omnia de Communi unius S. Laïci, p. lij. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO II.
Ex Bolland. & aliis.

ROchus, circa séculi décimi tértii finem, in civitáte Montispésſuli equéstri génere natus, utróque parénte mórtuo, post facultátes magna ex parte paupéribus erogátas, Románam peregrinatiónem aggréssus est. Peste in Itália tunc grassánte, strénuam per nosocómia in ægrotórum ministériis exhíbuit óperam. Quod cùm tam Romæ quàm áliis in úrbibus præstitísset, novíssimè apud Placéntiam ipse pestiléntiâ corréptus est: ubi in magna rerum inópia, mira patiéntiæ & fídei specímina præbuit. Recuperátâ sanitáte, cùm in pátriam reverterétur, inter bellórum tumúltus pro exploratóre comprehénsus, ipsíque pátruo mínimè ágnitus, in cárcerem, eo jubénte, conjícitur. Ibi per quinquénnium acerbíssima quæque perpéssus, óbiit, eâ sanctitátis opinióne, ut statim pópulo persuásum fúerit, quos-

cúmque peste laborántes, Rochi patrocínio salútem esse consecutúros. Quod eum sæpè aliàs, tùm maximè Concilii Œcuménici Constantiénsis témpore comprobátum dicitur. Nam cùm ea in urbe pestis ánteà crudéliter sæviret, deláta Patrum decréto per vicos & cómpita civitátis in solémni supplicatióne Rochi imágine, statim quiévit. Hinc ubíque locórum ejus imágines expósitæ, & sacélla, témplaque sub ejus nómine Deo dicáta fuérunt.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Matthæum.

LECTIO III. *c.* 24. *v.* 7. *ad* 13.

Signa ultimi adventûs.

DIxit Jesus discípulis suis: Consúrget gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt pestiléntiæ, & fames, & terræ motus per loca. Et réliqua.

Homília sancti Cypriáni Epíscopi & Mártyris.

Lib. de Mortal.

DOminus próvidæ vocis hortátu ínstruens, & docens, & præparans, atque corróborans Ecclésiæ suæ pópulum ad omnem tolerántiam futurórum, bella, & fames, & terræ motus, & pestiléntias per loca síngula exúrgere prænuntiávit, & cécinit. Et ne inopinátus nos, & novus rerum infestántium metus quáteret, magìs ac magìs in novíssimis tempóribus advérsa crebréscere antè præmónuit. Fiunt ecce quæ dicta sunt. Regnum Dei, fratres dilectíssimi, esse cœpit in próximo: jam terrénis cœléstia, & magna parvis, & cadúcis ætérna succédunt. Quis hîc anxietátis & sollicitúdinis locus est? Ejus est enim mortem timére, qui ad Christum nolit ire. Ejus est ad Christum nolle ire, qui se non credat cum Christo incípere regnáre.

Oratio.

SUbvéniat nobis, quǽsumus, Dómine, beáti Rochi potens apud te intercéssio, quæ iræ tuæ flagélla à nobis avértat, & tuæ nos reconcíliet Majestáti; Per Dóminum.

Comm. de Oct. Assumpt.

Ant. Dixit, ℣. Magna, *Oratio*, Veneránda, *p.* 530.

Deinde de S. Troëcia, Virgine Pictaviensi.

LECTIO

Ex vita S. Hilar. Martyrol. Gall. & Tillemont.

TRoécia, paréntibus opibúsque relíctis, Pictávos ad beátum Hilárium à téneris annis venit, ut agéndæ vitæ formam ab eo recíperet. Eam patérnâ caritáte suscépit Galliárum Doctor, salubribúsque mónitis sic incitávit ad amórem Christi, ut illi soli procul à séculi tumúltu periculísque vívere decrévérit. Quamóbrem ipsi beátus Póntifex céllulam, propè Pictávos, eò in loco dedit

habitándam, ubi nunc extat Parochiális Ecclésia sanctæ Troéciæ nómine insigníta. Ibi transáctis in contemplatióne divína miráque solitúdine complúribus annis, obdormívit in Dómino: & in Basílica haud procul sanctis Martýribus Joánni & Paulo dicáta, tumuláta & miráculis illustráta est.

Ant. Tu scis, ℣. Lætábor, *Oratio*, Deus, qui habitáculum, *p.* lxiv.

DIE XVII.

DE OCTAVA.

Sermo sancti Procli Epíscopi.

In S. Deip. Orat. 5. Hab. in Conc. Ephes.

LECTIO III.

Quamvis ómnium Sanctórum memóriæ mirábiles sint, nihil tamen diéi hujus Solémniis æquále ad glóriam. Abel propter sacrifícium celebrátur; Abraham propter fidem præcláris laúdibus cumulátur; Móyses tanquam Legislátor prædicátur; Elías ut Zelótes testimónium habet; David ut pater Mystérii in carne perácti commendátur. Verùm nihil tale est, qualis est Dei Génitrix María. Ipsa enim, quem illi in ænígmate vidérunt, incarnátum in útero portávit. Cunctas res creátas, ô homo! cogitatióne percúrre, & vide an quidquam sit æquále vel majus Maríâ Deíparâ. Terram úndique lustra, cœlos mente scrutáre, invisíbiles omnes virtútes cógita, ac pérspice nùm sit in univérsis creátis áliud ejúsmodi miráculum.

DIE XVIII.

DE OCTAVA.

Sermo sancti Bernárdi Abbátis.

In Assumpt. B. M. V. 4. n. 1.

LECTIO III.

Non est quod me magìs deléctet, sed nec quod térreat magìs, quàm de glória Vírginis Matris habére sermónem. Ecce enim si in ea laudávero virginitátem, mihi multæ vírgines post eam vidéntur offérri. Si humilitátem prædicávero, inveniéntur fortè vel pauci, qui, docénte Fílio ejus, mites facti sunt & húmiles corde. Si magnificáre volúero misericórdiæ ejus multitúdinem, sunt álìqui misericórdiæ viri, étiam & mulíeres. Unum est in quo nec primam símilem visa est, nec habére sequéntem, gaúdia matris habens cum virginitátis honóre.

DIE XIX.

DE OCTAVA.

Sermo sancti Bernárdi Abbátis.

In Assumpt. B. M. V. 4. n. 1.

LECTIO III.

De Vírginis glória nec silére devótio pátitur, nec dignum áliquid stérilis concípere cogitátio, aut inerudíta potest locútio parturíre. Hinc est quòd & ipsi cœléstis cúriæ Príncipes in

consideratióne tantæ novitátis clamant, non sinè admiratióne: Quæ est ista, quæ ascéndit de desérto, delíciis áffluens? Ac si maniféstiùs dicant: Quanta est hæc, aut unde ei ascendénti útique de desérto affluéntia tanta deliciárum? Nec enim pares inveniúntur delíciæ vel in nobis, quos in civitáte Dómini lætíficat flúminis ímpetus, qui à vultu glóriæ voluptátis torrénte potámur. Quæ est ista, quæ de sub sole, ubi nihil est nisì labor, & dolor, & afflíctio spíritûs, ascéndit delíciis spirituálibus áffluens? Quidni delícias díxerim, virginitátis decus cum múnere fecunditátis, humilitátis insígne, distillántem caritátis favum, misericórdiæ víscera, plenitúdinem grátiæ, prærogatívam glóriæ singuláris?

VESPERÆ *de Sequenti, cum Commem. de Octava.*

DIE XX.

IN FESTO

S. BERNARDI,

Claravallensis Abbatis, & Ecclesiæ Doctoris.

Duplex minus.

Omnia de Communi unius S. Doctoris, p. xxx. *additis quæ sequuntur.*

LECTIO II.

Ex ejus vita à pluribus scripta, & ex ejus operibus.

Bernárdus, Fontánis ad castrum Divionénse nobílibus & piis paréntibus natus, anno ætátis vigésimo secúndo, in Cisterciénsi Monastério religiósam vitam ampléxus est. Tantos ibi fecit in pietáte progréssus, ut à Stéphano Abbáte Cisterciénsi, ad construéndum Claravallénse Monastérium, júvenis licèt, missus fúerit. Cujus loci pósteà designátus Abbas, à Guillélmo Catalaunénsi benedictiónem accépit. Ibi pro victu pulménta sæpiùs ex fagi fóliis conféctá, panis ex hórdeo, mílio, & vícia. Ibi labor asséduus, húmiles casæ, solitúdo ingens in magna fratrum multitúdine, silentiíque tanta observántia, ut nihil præter laborántium strépitus & voces laudántium Deum pénitùs audirétur. Pro asseréndа Ecclésiæ Cathólicæ doctrína, labóres propè infinítos sustínuit, variísque vocátus Concíliis intérfuit. Pontificátum assséruit Innocéntio secúndo, quem Petrus Leónis, usurpáto Anacléti secúndi nómine, Româ expúlerat. Ad eúmdem Pontíficem, Henrícum primum Angliæ Regem, Anglicanósque Epíscopos redúxit. Mediolanénses & Aquitános ad unitátem Ecclésiæ revocávit: Ducémque Guillélmum Parthenìaci hac in Diœcési, expósitâ cum obtestatióne ob óculos ejus treméndâ Hóstiâ, ádeò térruit; ut ille, abjécto schísmate, ad sa-

. mentem redíerit.
.tórem Lothárium
:stiturárum sibi vin-
:m à suscéptis con-
móvit. Victóri pseu-
ífici persuásit, ut
ntio obsequerétur.
um inter eúmdem
ntium & Ludoví-
ptimum Fránciæ Re-
iſsídium Bernárdus
quéster dirémit. Juf-
énii tértii, qui & dif-
ipsíus fúerat, & ad
.ibros de Considera-
:ripsit, concionánte
do, sacra in Saracé-
editio suscépta est:
men felícem éxitum
)uit. Hinc multórum
s est dictériis, quæ
íssimè tulit. Quin-
.scopátus oblátos re-
. Multa scripsit, ex
appáret eum doctrí-
ùs divínitùs tráditâ,
abóre comparátâ in-
m fuisse. Sexagínta
.nos natus, mirácu-
ibus éditis, in Mo-
) Claravallénsi ob-
'it in Dómino, anno
millésimo centési-
inquagésimo tértio:
sque est ante altáre
.mæ Vírginis, quam
síssimè colúerat.
› sancti Evangélii
índùm Marcum.
I o III. c. 10. v.
ıd 30.
*um omnia relinquen-
bus promissum.*
:pit Jesu Petrus dí-
re; Ecce nos relí-
quimus ómnia, & secúti sumus te. Et réliqua.

Homília sancti Bernárdi Abbátis.

Serm. 22. inter divers. n. 1. 2.

IN via estis, fratres, quæ ducit ad vitam, in via recta & impollúta quæ ducit ad civitátem sanctam Jerúsalem illam, quæ líbera est, quæ sursùm est, quæ est mater nostra. Arduus quidem ascénsus ejus, útpotè per ipsam montis summitátem incísus: sed via compendiósior labóris magnitúdinem, vel témperat, vel exclúdit. Vos autem tam felíci facilitáte, quàm fácili felicitáte, viam istam non solùm itis, sed cúrritis: quia exoneráti estis & accíncti, nihil pónderis super dorsa portántes. Felíces ígitur vos, qui vos & vestra, sine omni exceptiúncula, reliquístis, per ipsum montis vérticem iter fácitis ei qui ascéndit super Occásum: Dóminus nomen illi. Deféndite vobis hanc prærogatívam, quòd Apóstoli ad visum & ad verbum, vos ad audítum & núntium credidístis. Sic state in Dómino, caríssimi, ut quemádmodum illi in fame & siti, in frígore & nuditáte, in labóribus, & jejúniis, & vigíliis, & cǽteris observántiis justítiæ, viam régiam tenuérunt: sic & vos, etsi non eórum méritis, tamen exercítiis aliquátenùs coæquáti.

dicátis Dómino Deo vestro, cùm venéritis ante thronum glóriæ ipsíus: Lætáti sumus pro diébus quibus nos humiliásti, annis quibus vídimus mala.

Oratio.

DEus, qui beátum Bernárdum Abbátem caritátis fervóre succénsum, in Ecclésia tua lucére simul & ardére fecísti; ejus intercessióne concéde, quǽsumus, paris nos caritátis spíritu fervéntes, coram te semper ut fílios lucis ambuláre; Per Dóminum.

Commemoratio de Octava Assumptionis.

DIE XXI.

DE OCTAVA.

Sermo sancti Bernárdi Abbátis.

In Assumpt. B. M. V. 4. n. 1.

LECTIO III.

AScéndens de desérto Regína mundi, étiam Angelis sanctis, ut canit Ecclésia, speciósa facta est & suávis in delíciis suis. Désinant tamen desérti hujus mirári delícias, quia Dóminus dedit benignitátem, & terra nostra dedit fructum suum. Quid mirántur de terra desérta Maríam ascéndere delíciis affluéntem? Miréntur pótiùs paúperem Christum de cœléstis regni plenitúdine descendéntem. Longè enim amplióri miráculo dignum vidétur, Dei Fílium paulò minùs ab Angelis minorári, quàm Dei Matrem super Angelos exaltári. Illíus síquidem exinanítio facta est replétio nostra: illíus misériæ mundi delíciæ sunt. Dénique cùm dives esset, propter nos pauper factus est, ut nos ejus inópiâ ditarémur. Sed & crucis ignomínia, credéntium facta est glória.

VESPERÆ *Duplices de Die Octava.*

Omnia ut in I. Vesperis Festi, servato ritu duplici minori. Omittitur ℟. *Oratio*, Dignáre, *infrà, ad Laudes*, p. 540.

DIE XXII.

IN OCTAVA ASSUMPTIONIS B. M. VIRGINIS.

Et Commemoratione Voti Ludovici XIII. Francorum Regis.

Duplex minus.

Omnia ut in Die, servato ritu duplici minori, exceptis quæ sequuntur.

Officii Nocturni Antiphonæ, ℣. *&* ℟℟. *sumuntur ex Noct. Diei secundùm Feriam.*

LECTIO II.

Ex Declarat. Lud. XIII. datâ die 10. *Febr. an.* 1638.

HOdie celebrátur memória solémnis illíus Voti, quo Ludovícus décimus tértius, Francórum Rex, se súaque tutélæ beátæ Maríæ Vírginis commendávit, Edícto propósito in hæc verba. Beatíssimam & gloriosíssimam Vírginem, in speciálem regni nostri

Patrónam assuméntes, eídem speciáli modo Nos, nostrum sceptrum, nostram corónam, nostrósque omnes súbditos dicámus & consecrámus. Cujus nostri mancipátûs ne memória apud pósteros éxcidat, mandámus fieri, post Vésperas diéi Festi Assumptiónis, Processiónem ritu & apparátu quàm máximè solémni, in síngulis dominatiónis nostræ Ecclésiis, tam Cathedrálibus, quàm Parochiálibus & Conventuálibus cujuscúmque civitátis & pagi: præcipiéntes ínsuper, quátenùs superióres Cúriæ ac locórum Optimátes dictæ Processióni intérsint. Móneant étiam Epíscopi pópulos omnes nostros, ut peculiári erga beatíssimam Vírginem devotióne afficiántur, ipsiúsque patrocínium die illâ solémni implórent: ut fretum ádeò poténtis Patrónæ subsídio regnum nostrum, ab ómnibus hóstium tutum sit insídiis, diutúrnâ gaúdeat pace, Deúsque óptimus máximus tantâ in eo colátur reveréntiâ, ut Nos, subditíque omnes ad beátum finem cui sumus omnes cónditi, téndere ac perveníre felíciter valeámus.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO III. *c.* I. *v.* 41. *ad* 49. *Cantica Elisabeth & Mariæ.*

Repléta est Spíritu sancto Elísabeth, & exclamávit voce magnâ, & dixit ad Maríam: Benedícta tu inter mulíeres, & benedíctus fructus ventris tui. Et réliqua.

Homília sancti Andréæ Creténsis Epíscopi.

In S. Annuntiationem.

Benedícta tu inter mulíeres. Verè quidem benedícta: nam benedíxit te Deus suum tabernáculum, quando patérnâ glóriâ exímiè plenum Hóminem Christum Jesum eumdémque Deum, ex quibus ac in quibus perféctus constat natúris, incomprehénsâ ratióne útero gestásti. Benedícta tu inter mulíeres, quæ cœléstem thesaúrum in quo sunt omnes thesaúri sapiéntiæ & sciéntiæ abscónditi, in virginitátis tuæ invioláto thálamo nihil angustátum compléxa es. Benedícta tu in muliéribus, quæ sola benedictiónem hæreditáte consecúta es, quam Deus per Abraham Géntibus promíserat. Benedícta tu in muliéribus, quam generatiónes beátam dicunt, quam reges gloríficant, quam príncipes venerántur, cujus vultum dívites plebis deprecántur, ac post quam vírgines, quà sequéntes, quà præeúntes, in templum Regis unà conténdunt. Benedícta tu in muliéribus, quam Isaías Prophéticis óculis videns, Prophetíssam, & Vírginem appellá-

vit. Verè benedícta tu, quam Ezéchiel Oriéntem prænuntiávit, & portam clausam per quam Deus solus tránseat, & quæ iterùm clausa máneat.

Oratio.

Dignáre Dómine, in die quâ Fílii tui Genitrícem super choros Angelórum exaltátam recólimus, óculis misericórdiæ Francórum respícere Impérium, quod tutélæ ejúsdem Genitrícis Rex piíssimus voto perpétuo commendávit; Per eúmdem Dóminum.

Ad Vesperas, *Comm. de S. Filiberto, Abbate.*

Ant. Multíplicans, ℣. Potens, *p.* xlv. *Oratio*, Deus, cujus múnere, *p.* xlix.

Die XXIII.

In Festo

SANCTI FILIBERTI, Quinciacencis Abbatis, in territorio Pictaviensi.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Abbatis, p. xliv. *additis quæ sequuntur.*

Lectio III.

Ex Mabill. & aliis.

Filibértus, ex Aquitánia oriúndus, in Dagobérti Francórum Regis aula fuit educátus. Vigínti annos natus, comam depósuit in Resbacénsi cœnóbio sub Abbáte sancto Agilo, post cujus óbitum, unánimi monachórum consénsu, Abbas eléctus est. Persecutiónem passus à nonnúllis frátribus, vária lustrávit insígnia monastéria. Deínde à Rege Francórum Clodovæo atque Regína Bathílde locum in pago Rhotomagénsi dictum Gemétícum obtínuit, ibíque nóbile extrúxit monastérium. Quidam Rhotomagénses Clérici calúmniis Filibértum insectáti sunt: inde ergo fúgiens pius Abbas, ad Ansoáldum Pictavórum Epíscopum se recépit, eóque opitulánte, Quinciacénse monastérium propè Pictávos fundávit, aut saltèm restaurávit. Cui cùm aliquándiu præfuísset, áliud cœnóbium in Hério ínsula ad Pictónum fines ædificávit: ibíque virtútibus & miráculis clarus ánimam Deo réddidit, circa annum sexcentésimum octogésimum quartum.

Oratio, Deus, cujus múnere, *p.* xlix.

Vesperæ *de Sequenti, cum Commem. de S. Filiberto.*

Die XXIV.

In Festo

S. BARTHOLOMÆI, Apostoli.

Duplex majus.

Omnia de Communi Apostolorum, p. j. *additis quæ sequuntur.*

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Script. occurr.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV.

Ex Euseb. S. Hier. & Usuar.

Bartholomæus, unus ex Duódecim quos elégit

Jesus & Apóstolos nominávit, post ejus Ascensiónem, accépto Spíritu sancto, in Indiam proféctus, Christi fidem, ut scribit Eusébius in História Ecclesiástica, fertur illis géntibus prædicásse, & Evangélium Matthæi Hebráicis conscríptum lítteris reliquísse: quod quidem ad Pantǽni témpora, qui penetrávit usque ad Indos, servátum esse memorátur. Id ipsum tradit & sanctus Hierónymus in Libro de Scriptóribus Ecclesiásticis. Pantǽnus, inquit, in Indiam, rogátus ab illíus gentis legátis, missus est à Demétrio Alexandríæ Epíscopo: ubi réperit Bartholomǽum, unum de duódecim Apóstolis, advéntum Dómini Jesu juxta Matthǽi Evangélium prædicásse, quod Hebráicis lítteris scriptum, revértens Alexandríam, secum détulit. Fide Gentílibus prædicátâ, Bartholomǽus vitam Martýrio consummávit.

Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homil. 33. in Cap. 9. Matt.

Lectio V.

Viden Ministérii magnitúdinem? Viden Apostolórum dignitátem? Nihil sensíbile jubéntur dícere, nec sicut Móyses & Prophétæ prióres, sed nova quædam & inexpectáta. Neque enim tália ipsi prædicábant, sed terram & terréna bona: hi autem regnum cœlórum, & quæ ibi sunt ómnia. Neque inde solùm hi majóres sunt, sed étiam ex obediéntia. Neque enim recúsant, neque cunctántur, sicut véteres illi: sed etiámsi perícula, bella & intolerabília mala aúdiant, cum obsequéntia multa, imperáta suscípiunt, útpotè qui regni sint Præcónes.

Lectio VI.

Et quid mirum, ínquies, si nihil durum & ásperum prædicatúri, súbitò paruérunt? Quid dicis? Nihil durum prædicáre jussi sunt? Non audis cárceres, abductiónes ad mortem, bella civília, universórum ódium? Quæ ómnia ipsis paulò pòst eventúra esse dicébat. Illos namque mittit Præcónes, ut áliis innúmera bona concílient: illos verò intolerabília mala pasșúros esse dicit & prænúntiat.

In III. Nocturno.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Romános.

Lectio VII. *c.* 12. *v.* 1. *ad* 13.

Obsecro vos, fratres, per misericórdiam Dei, ut exhibeátis córpora vestra hóstiam vivéntem, sanctam, Deo placéntem, rationábile obséquium vestrum. Et nolíte conformári huic século, sed reformámini in novitáte sensûs vestri: ut probétis quæ sit

volúntas Dei bona, & beneplacens, & perfécta. Dico enim per grátiam quæ data est mihi, ómnibus qui sunt inter vos: Non plus sápere quàm opórtet sápere, sed sápere ad sobrietátem: & unicuíque sicut Deus divísit mensúram fídei. Sicut enim in uno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra non eúmdem actum habent: ità multi unum corpus sumus in Christo, sínguli autem alter altérius membra. Habéntes autem donatiónes secúndùm grátiam quæ data est nobis differéntes, sive prophetíam secúndùm ratiónem fídei, sive ministérium in ministrándo, sive qui docet in doctrína, qui exhortátur in exhortándo, qui tríbuit in simplicitáte, qui præest in sollicitúdine, qui miserétur in hilaritáte. Diléctio sinè æmulatióne. Odiéntes malum, adhæréntes bono, caritáte fraternitátis ínvicem diligéntes, honóre ínvicem præveniéntes, sollicitúdine non pigri, spíritu fervéntes, Dómino serviéntes, spe gaudéntes, in tribulatióne patiéntes, oratióni instántes, necessitátibus sanctórum communicántes, hospitalitátem sectántes.

Lectio VIII. *v.* 14. *ad fin.*

Benedícite perſequéntibus vos: benedícite, & nolíte maledícere. Gaudére cum gaudéntibus, flere cum fléntibus, idípsum ínvicem sentiéntes, non alta sapiéntes, sed humílibus consentiéntes, nolíte esse prudéntes apud vosmetípsos, nulli malum pro malo reddéntes, providéntes bona non tantùm coram Deo, sed étiam coram ómnibus homínibus. Si fíeri potest, quod ex vobis est, cum ómnibus homínibus pacem habéntes: non vosmetípsos defendéntes, caríssimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim: Mihi vindícta; ego retríbuam, dicit Dóminus. Sed si esuríerit inimícus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Hoc enim fáciens, carbónes ignis cóngeres super caput ipsíus. Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio III. *c.* 6. *v.* 12. *ad* 19.

Apostolorum electio.

In diébus illis, éxiit Jesus in montem oráre; & erat pernóctans in oratióne Dei. Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

Expos. Evang. secundùm Luc. Libr. 5. n. 43. 44.

Et erat, inquit, pernóctans in oratióne Dei. Spécies tibi datur, forma præscríbitur quam débeas æmulári. Quid enim te pro

salúte tua fácere opórtet, quando pro te Christus in oratióne pernóctat? Quid te fácere cónvenit, cùm vis áliquod pietátis offícium adoríri, quando Christus missúrus Apóstolos, orávit priùs, & solus orávit? Nec usquam álibi, si non fallor, orásse cum Apóstolis reperítur: ubíque solus óbsecrat. Dei enim consílium humána vota non cápiunt: nec quisquam interiórum potest esse párticeps Christo. Vis scire quóniam mihi, non sibi oráverit? Vocávit, inquit, discípulos suos, & elégit duódecim ex ipsis, quos ad propagándum auxílium salútis humánæ, per terrárum orbem satóres fídei destináret. Simul advérte cœléste consílium: non sapiéntes áliquos, non dívites, non nóbiles: sed piscatóres & publicános, quos dirígeret, elégit: ne traduxísse prudéntiâ, ne redemísse divítiis, ne poténtiæ nobilitatísque autoritáte traxísse áliquos ad suam grátiam viderétur; ut veritátis rátio, non disputatiónis grátia prævaléret.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui hujus diéi venerándam sanctámque lætítiam in beáti Apóstoli tui Bartholomæi Festivitáte tribuísti; da Ecclésiæ tuæ, quæsumus, & amáre quod crédidit, & prædicáre quod dócuit; Per Dóminum.

Ad Vesperas, *Commemoratio de S. Ludovico.*

Ant. Quæsívit Dóminus sibi virum juxta cor suum; & præcépit ei Dóminus ut esset dux super pópulum suum. 1. *Reg.* 13. 14.

℣. Prævenísti eum, Dómine, ℟. In benedictiónibus dulcédinis. *Ps.* 20. 4.

Oratio, Deus, qui, *infrà, ad Laudes*, p. 550.

Die XXV.

In Festo SANCTI LUDOVICI, Regis Franciæ.

Duplex majus.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Deum, per quem Reges regnant, * Veníte, adorémus. *Prov.* 8. 15.

Psalmus, Veníte, *p.* 2. *ritu duplici.*

Hymnus. H. Vabr.

REx summe Regum, qui poténti Númine,
Quo sunt creáta regna nutu dívidis,
Dum thure fumant templa, voce pérsonant,
Audi profúsas Regis in laudem preces.

Nascens in ipsa Ludovícus púrpura,
Sceptris avítis parvus ádmovet manus;
Piáque ductu matris, ignárus mali,
Servíre Christo discit, ántequàm regat.

JUSTI sevérus cultor, urbes légibus,
Amóre cives cóntinens, hostes metu,
Pietáte cœlum flectit, aras éxcitat;
Deóque templa, tecta nudis érigit.

Mox Christiáni ferus ultor sánguinis
Eménsus æquor, ínque littus bárbarum
Vexílla pandens, urget armis ímpios,
Unóque vitam pro Deo pacíscitur.

Sit Trinitáti sempitérna glória,
Honor, potéstas, atque jubilátio,
In unitáte, quæ gubérnans ómnia,
Per cuncta regnat sæculórum sécula. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 4. f. Sedit super sólium Dómini in Regem pro patre suo, & cunctis plácuit. 1. *Par.* 29. 23.

Ant. 8. c. Dóminus dedit illi glóriam regni, qualem nullus hábuit ante eum Rex. 1. *Par.* 29. 25.

Ant. 2. D. Clamávit omnis pópulus, & ait: Vivat Rex. 1. *Reg.* 10. 24.

℣. Invéni David servum meum; ℟. Oleo sancto meo unxi eum. *Ps.* 88. 21.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Dixísti, Dómine: * Pósui adjutórium in poténte, & exaltávi eléctum de plebe mea. *Ps.* 88. 20. ℣. Deus suscitávit Regem, cui testimónium pérhibens, dixit. *Act.* 13. 22. * Pósui.

℟. *ij.* Cùm adhuc esset puer, * Cœpit quærere Deum patris sui. 2. *Par.* 34. 3. ℣. Invénit grátiam ante Deum. *Act.* 7. 46. * Cœpit.

℟. *iij.* Misericórdia & véritas custódiunt Regem; * Et roborábitur cleméntiâ thronus ejus. *Prov.* 20. 28. ℣. Qui custodíerit usque in finem ópera mea, dabo illi potestátem super gentes, & reget eas. *Apoc.* 2. 26. 27. * Et. Glória. * Et.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Præcépit Judæ, ut quæreret Dóminum Deum patrum suórum, & fáceret legem & univérsa mandáta. 2. *Par.* 14. 4.

Ant. 5. a. Præcípiens Judícibus: Vidéte, ait, quid faciátis: non enim hóminis exercétis judícium, sed Dómini. 2. *Par.* 19. 6.

Ant. 7. d. Fecit pacem super terram; & lætátus est Israël lætítiâ magnâ. 1. *Mach.* 14. 11.

℣. Véritas mea, & misericórdia mea cum ipso; ℟. Et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. *Ps.* 88. 25.

LECTIO IV.

Ex ejus vita ab autoribus variis scripta.

LUdovícus nonus, Francórum Rex, anno ætátis duodécimo, patri Ludovíco succéssit, regnúmque

sub tutéla Blanchæ sapientíssimæ matris administráre cœpit. Hæc fílium à púero sanctis documéntis institúerat, dícere sólita: Mallem, fili, te vitâ & regno privátum, quàm lethális peccáti reum agnóscere. In ipso regni exórdio, viros spectátæ virtútis & prudéntiæ, cùm è Cléricis, tùm è láicis, in consílium adhíbuit: & Albigénses perduélles, patérnis jam armis impetítos, subégit. Rebus cum finítimis princípibus compósitis, totum se divíno cúltui promovéndo dedit. Duéllo & blasphémiis pénitùs extirpándis incúbuit: histriónes & joculatóres regno éxpulit. Benefícia Ecclesiástica nónnisì probátis persónis, neque jam áliud habéntibus, nisì illo abdicáto, conferébat. Adeò justítiæ studiósus fuit, ut quâcúmque transíret, illáta si qua forent à comitátu damna, inquíri jubéret ac resarcíri: & contra Saracénos profectúrus, mónitos per præcónem súbditos volúerit, ut qui læsi fortè essent, ipsum adírent, ómnibus factúrum satìs.

℟. *jv.* Sedébam primus; * Cúmque sedérem quasi Rex, circumstánte exércitu, eram tamen mœréntium consolátor. *Job.* 29. 25. ℣. Sic decet nos implére omnem justítiam. *Matt.* 3. 15. * Cúmque.

Lectio V.

TRicésimo ætátis anno, gravi morbo afféctus, accéptâ Cruce ab Epíscopo Parisiénsi, sacrum bellum vovit: & post áliquot annos, contráctis ingéntibus cópiis, matri commíssâ regni curâ, mare trajécit. Atque ubi primùm Saracénos in líttore astántes conspéxit, è navi in mare, ense distrícto, congressúrus insíliit: fugatísque hóstibus, Damiátam victor intrávit. Sed debilitáto póstmodùm ex lue exércitu, victus ipse captúsque est: neque per totum captivitátis tempus, Horárum Canonicárum, quas ubíque quotídie persolvébat, recitatiónem intermísit. Cùm de pace actum est, ipse conditiónes Saracénis dedit, mirántibus quòd victus victóribus leges impóneret. Pacto fœdere, Rex cum exércitu liber dimíttitur: cúmque in pecúnia numeránda, Saracénis non adverténtibus, errátum esset; íntegrum pecúniæ pondus solvi vóluit, violáti pacti alióquin reis. Annos deínde círciter quátuor, quò Saracénos ad servándas induciárum conditiónes adígeret, in Sýria commorátus, Christiános multos è vínculis erípuit, Gentíles fídei præcéptis ímbuit, & Christianórum urbes áliquot atque castra suis súmptibus instaurávit. Interim

mater ejus migrat è vita: cujus ut mortem accépit, in génua prócidens, obórtis lácrymis, hæc verba prótulit: Grátias tibi ago, Dómine, qui matrem únicè diléctam quam ad tempus commodáveras, recepísti: ità sit ut plácitum est coram te: sit nomen Dómini benedíctum.

℟. *v.* Justítiâ indútus sum, & vestívi me sicut vestiménto & diadémate judício meo. * Oculus fui cæco, & pes claudo, pater eram paúperum. *Job.* 29. 14. 15. 16. ℣. Superexáltat misericórdia judícium. *Jac.* 2. 13. * Oculus.

LECTIO VI.

In Gálliam rédiens, navi propè Cyprum ad Syrtes allísâ, coram sacra Eucharístia, cujus in navi asservándæ facultátem à Legáto Apostólico obtinúerat, supplíciter orans, ab imminénte naufrágii perículo liberátus est. Cúmque navis ad réliquum itíneris minùs tuta à nautis renuntiarétur, Rex pius, rejéctâ prócerum senténtiâ, in áliam transíre nóluit: ne sexcénti ferè hómines qui metu perículi ex eádem navi descendíssent, in ínsula remanérent, inde nunquam aut vix reversúri; malle se dicens, cum líberis & uxóre, Deo auspice, perículum adíre, quàm sibi suísque cum tanto tótque hóminum damno consúlere. Post réditum, piis opéribus impénsiùs stúduit. Plúrima Lutétiæ aliísque in locis ædificávit aut perfécit monastéria, & pauperum hospítia. Frequens visébat ægrótos, quibus non súmptibus modò, sed & mánibus própriis ministrábat. In paúperes munificentíssimè próvidus, virgínibus dotem, provínciis annónæ inópiâ laborántibus aliménta, univérsis egéntibus necessária suppeditábat. Veste vulgári utebátur, cilício & jejúnio sæpè corpus affligébat, statis jejuniórum & Festórum diébus, cónjuge ábstinens. Cùm in Africam trajecísset, bellum dénuò Saracénis illatúrus, jámque captâ Carthágine, castra propè Tunétum in eórum conspéctu posuísset, mortem imminére séntiens, documénta Rege digna Christianíssimo, suâ manu conscrípta Philíppo fílio & succéssori trádidit. Illúdque Davídicum próferens: Introíbo in domum tuam, adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo, Dómine, ánimam Deo réddidit apud Carthágínem, anno ætátis quinquagésimo quinto, Christi verò millésimo ducentésimo septuagésimo.

℟. *vj.* Super salútem & spéciem diléxi sapiéntiam, & propósui pro luce habére illam; * Quóniam inex-

tinguíbile est lumen ejus. *Sap.* 7. 10. ℣. Omnia hæc custodívi à juventúte mea. *Matt.* 19. 20. * Quóniam. Glória. * Quóniam.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Induit se loricam sicut gigas, & succínxit se arma béllica sua in prǽliis, & protegébat castra gládio suo. 1. *Mach.* 3. 3.

Ant. 7. d. Máximus in salútem electórum Dei, expugnáre insurgéntes hostes, ut consequerétur hæreditátem Israël, quam glóriam adéptus est! *Eccli.* 46. 2. 3.

Ant. 5. a. Impetum fecit contra gentem hostílem, & in descénsu pérdidit contrários. *Eccli.* 46. 7.

℣. Hi in cúrribus, & hi in equis; ℟. Nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus. *Ps.* 19. 8.

De Libro Sapiéntiæ.

LECTIO VII. *c.* 7. *v.* 1. *ad* 9.

SUm quidem & ego mortális homo, símilis ómnibus, & ex génere terréni illíus qui prior factus est, & in ventre matris figurátus sum caro. Decem ménsium témpore coagulátus sum in sánguine, ex sémine hóminis & delectaménto somni conveniénte. Et ego natus accépi commúnem áerem, & in símiliter factam décidi terram, & primam vocem símilem ómnibus emísi plorans. In involuméntis nutrítus sum, & curis magnis: nemo enim ex régibus áliud hábuit nativitátis inítium. Unus ergo intróitus est ómnibus ad vitam, & símilis éxitus. Propter hoc optávi, & datus est mihi sensus: & invocávi, & venit in me spíritus sapiéntiæ: & præpósui illam regnis & sédibus, & divítias nihil esse duxi in comparatióne illíus. Nec comparávi illi lápidem pretiósum: quóniam omne aurum in comparatióne illíus aréna est exígua: & tanquam lutum æstimábitur argéntum in conspéctu illíus.

℟. vij. Væ mihi! * Ut quid natus sum vidére contritiónem pópuli mei, & contritiónem civitátis sanctæ, & sedére illic, cùm datur in mánibus inimicórum? 1. *Mach.* 2. 7. ℣. Circuiérunt castra sanctórum, & civitátem diléctam. *Apoc.* 20. 8. * Ut quid.

LECTIO VIII. *v.* 10. *ad* 14.

SUper salútem & spéciem diléxi illam, & propósui pro luce habére illam: quóniam inextinguíbile est lumen illíus. Venérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa, & innumerábilis honéstas per manus illíus, & lætátus sum in ómnibus: quóniam antecedébat me ista sapiéntia, & ignorábam quóniam horum ómnium mater est.

Quam sinè fictióne dídici, & sinè invídia commúnico, & honestátem illíus non abscóndo. Infinítus enim thesaúrus est homínibus: quo qui usi sunt, partícipes facti sunt amicítiæ Dei, propter disciplínæ dona commendáti.

℟. *viij*. Vindicábo gentem meam & sancta, natos quoque nostros & uxóres: * Quia congregátæ sunt univérsæ gentes contérere nos. 1. *Mach.* 13. 6. ℣. Mori in Jerúsalem parátus sum, propter nomen Dómini Jesu. *Act.* 21. 13. * Quia.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

Lectio IX. *c.* 19. *v.* 12. *ad* 26.

Boni servi remuneratio.

Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc: Homo quidam nóbilis ábiit in regiónem longínquam. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Lib. 5. *de Civit. Dei. Cap.* 24.

Christiános quosdam Imperatóres non ideò nos felíces dícimus, quia vel diútiùs imperârunt, vel imperántes fílios morte plácidâ reliquérunt, vel hostes Reipúblicæ domuérunt, vel inimícos cives advérsùs se insurgéntes, & cavére & opprímere potuérunt. Hæc & ália vitæ hujus ærumnósæ, vel múnera, vel solátia, quidam étiam cultóres dæmonum accípere meruérunt, qui non pértinent ad regnum Dei quò pértinent isti: & hoc ipsíus misericórdiâ factum est, ne ab illo ista, qui in eum créderent, velut summa bona desiderárent. Sed felíces eos dícimus, si justè ímperant, si inter linguas sublímiter honorántium, & obséquia nimis humíliter salutántium, non extollúntur, sed se hómines esse meminérunt: si suam potestátem ad Dei cultum máximè dilatándum, majestáti ejus fámulam fáciunt; si Deum timent, díligunt, colunt; si plus amant illud regnum, ubi non timent habére consórtes; si tárdiùs víndicant, fácilè ignóscunt; si eámdem vindíctam pro necessitáte regéndæ tuendǽque Reipúblicæ, non pro saturándis inimicitiárum ódiis éxerunt; si eámdem véniam non ad impunitátem iniquitátis, sed ad spem correctiónis indúlgent; si quod ásperè cogúntur plerúmque decérnere, misericórdiæ lenitáte & beneficiórum largitáte compénsant; si luxúria tantò eis est castigátior, quantò posset esse libérior; si malunt cupiditátibus pravis, quàm quibúslibet géntibus imperáre: & si hæc ómnia fáciunt, non propter ardórem inánis glóriæ, sed pro-

per caritátem felicitátis ætérnæ.

℟. jx. Símilis factus est leóni in opéribus suis; & sicut cátulus leónis rúgiens in venatióne, * Et persecútus est iníquos. 1. *Mach*. 3. 4. 5. ℣. Erat Deus cum eo; & erípuit eum ex ómnibus tribulatiónibus ejus. *Act*. 7. 9. 10. * Et. Glória. * Et. Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*. Dómine, in virtúte tua lætábitur Rex; ℟. & super salutáre tuum exultábit veheménter. *Ps*. 20. 2.

Ant. 1. D. Quia díligit Deus Israël, & vult serváre eum in ætérnum, idcírcò pósuit te super eum Regem. 2. *Par*. 9. 8.

Ant. 3. c. Vicísti famam virtútibus tuis: beáti viri tui, & beáti servi tui! 2. *Par*. 9. 6. 7.

Ant. 6. F. Dóminus constítuit te Regem, ut fáceres judícium & justítiam. 3. *Reg*. 10. 9.

Ant. 5. a. Fáciens.

CANTICUM. *Sap*. *c*. 9. *v*. 10. *ad* 12.

Postulat Princeps Dei sapientiam.

MItte, Dómine, sapiéntiam tuam de cœlis sanctis tuis: * & à sede magnitúdinis tuæ;

Ut mecum sit, & mecum labóret, * ut sciam quid accéptum sit apud te.

Scit enim illa ómnia & intélligit, * & dedúcet me in opéribus meis sóbriè, & custódiet me in sua poténtia.

Et erunt accépta ópera mea, & dispónam pópulum tuum justè, * & ero dignus sédium patris mei.

Ant. Fáciens fáciet Dóminus tibi Dómino meo domum fidélem. 1. *Reg*. 25. 28.

Ant. 2. D. Bénedic, Dómine, dómui servi tui, ut sit in sempitérnum coram te. 2. *Reg*. 7. 29.

CAPITULUM. *Deut*. 17. 20.

NOn elevétur cor Regis in supérbiam super fratres suos, neque declínet in partem déxteram vel sinístram, ut longo témpore regnet ipse & filii ejus.

HYMNUS.

TEMPLA nunc fument, resonéntque cantu:
En triumpháto Lodoícus hoste,
Quærit ætérnas, tibi militándo,
Christe, corónas.

HIC tuos ardet reparáre cultus:
Hic gregem tuto fugitívum ovíli
Reddit: hic armis tua Christiánis
Sacra tuétur.

BELLICÆ vixdùm memor ille laudis,
Cuncta qui subdit, tibi servit uni:

[illegible] tuus, fortis impe-
ravit.
Te nunc, Princeps,
S[illegible] tua [illegible] age,
[illegible]que
Sumat ex ipsis animos ru-
ina:
Jam [illegible] victus, [illegible]
inter ipsos
Arbiter hostes.
Summa laus summo
[illegible] Patri;
Filio compar Flumini Deo-
que;
Nec sine [illegible], utriusque
[illegible]
Nexus amoris.
Amen.

℣. Deus, judicium tuum Regi da; ℟. Et justitiam tuam filio Regis. *Ps.* 71. 2.

Ad Benedictus, *Ant.* 3. a. Nunc ergo, Dómine Deus, verbum quod locutus es super servum tuum & super domum ejus, suscita in sempitérnum, & fac sicut locutus es. 2. *Reg.* 7. 25.

Oratio.

DEus, qui inter falláces temporalis regni delícias beátum Regem Ludovícum fámulum tuum spíritu veritátis & sobrietátis implevísti; fac nos ejus exémplo, cœléstis quam toto corde concupívit civitátis amatóres, cadúca ómnia despícere, & ad sola sempitérna totâ mente festináre; Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

AD PRIMAM.

Ant. Quia.

CAPITULUM. *Prov.* 29. 14.

REx qui júdicat in veritáte páuperes, thronus ejus in ætérnum firmabitur.

℟. *breve.* Christe.

AD TERTIAM.

Ant. Vicísti.

CAPITULUM. 1. *Mach.* 3. 8. 9.

PErambulávit civitátes Juda, & pérdidit impios ex eis, & avértit iram ab Israël, & nominátus est usque ad novíssimum terræ.

℟. *breve.* Deus * Præcinxit me virtúte. ℟. Deus. ℣. Et pósuit immaculátam viam meam. * Præcínxit. Glória. ℟. Deus. *Ps.* 17. 33.

℣. Retribuet mihi Dóminus, ℟. Secúndùm justítiam meam. *Ps.* 17. 21.

AD SEXTAM.

Ant. Dóminus.

CAPITULUM. *Jer.* 22. 16.

JUdicávit causam páuperis & egéni in bonum suum. Nunquid non ídeò quia cognóvit me, dicit Dóminus?

℟. *breve.* Tibi derelíctus est pauper, * Orphano tu eris adjútor. ℟. Tibi. ℣. Cóntere bráchium peccatóris. * Orphano. Glória. ℟. Tibi. *Ps. H.* 10. 14. 15.

℣. Dispérsit, dedit paupéribus, ℟. Justítia ejus manet in séculum séculi. *Ps.* 111. 9.

AD NONAM.

Ant. Bénedic.

CAPITULUM. *Eccli.* 47. 24.

DEus non derelínquet misericórdiam suam, & non corrúmpet, nec delébit ópera sua, neque perdet à stirpe nepótes Elécti sui.

℟. *breve.* Firmétur manus tua, * Et exaltétur déxtera tua. ℟. Firmétur. ℣. Justítia & judícium præparátio sedis tuæ. * Et. Glória. ℟. Firmétur. *Ps.* 88. 14. 15.

℣. Regna propter veritátem, & mansuetúdinem, & justítiam; ℟. Et dedúcet te mirabíliter déxtera tua. *Ps.* 44. 5.

AD VESPERAS.

Ant. 3. *à.* Vidit Rex Angelum Dómini stantem inter cœlum & terram, & evaginátum gládium in manu ejus. 1. *Par.* 21. 16.

Ant. 4. f. Dixit ad Deum: Iste grex quid commméruit? Dómine Deus meus, vertátur, óbsecro, manus tua in me. 1. *Par.* 21. 17.

Ant. 2. D. Ægrotávit usque ad mortem, & orávit Dóminum. 2. *Par.* 32. 24.

Ant. 5. C. Præcépit fílio suo, dicens: Ego ingrédior viam univérsæ terræ: confortáre, & esto vir, & obsérva custódias Dómini Dei tui. 3. *Reg.* 2. 1. 2. 3.

Ant. 8. G. Benedíxit eos, & appósitus est ad patres suos, & defúnctus est. 1. *Mach.* 2. 69. 70.

CAPITULUM. 4. *Reg.* 23. 25.

SImilis illi non fuit ante eum Rex, qui reverterétur ad Dóminum in omni corde suo, & in tota ánima sua, & in univérsa virtúte sua.

HYMNUS.

CŒlesti, Lódoix, lúmine fúlgidus,
Tellúrem pátriam próvidus áspice;
Ex altóque poli prótege vértice
Nostræ Lília Fránciæ.

Raptas barbáricis exúvias plagis,
Diléctos cíneres turba frequens colit;
Hâc te gaudet ovans parte supérstitem
Ingens præsídium sibi.

Placatus précibus Omnípotens tuis,
Fecúndo sóbolem gérmine régiam
In longos vóluit stirpe satos tuâ
Dudùm créscere súrculos.

Illos contínuò flúmine grátiæ,
Rex ætérne poli, munísicus riga,
Fructus ferre pios ut váleant simul
Nobis & sibi fértiles.

Immortale tibi, summe Pater, decus
Qui reges, pópulos, régnaque témperas;

Immortális honor sit quoque Fílio;
Laus compar tibi, Spíritus. Amen.

℣. Potens in terra erit semen ejus : ℟. Generátio rectórum benedicétur. *Ps.* 111. 2.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Semen ipsíus obtínuit hæreditátem; ut vidérent omnes fílii Israël, quia bonum est óbsequi sancto Deo. *Eccli.* 46. 11. 12.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 7. c. Omnis ánima potestátibus sublimióribus súbdita sit : non est enim potéstas nisi à Deo. *Rom.* 13. 1.

Hymnus. Grates, perácto jam die, *p.* 163.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 2. 13. 14.

SUbjécti estóte omni humánæ creatúræ propter Deum : sive Regi, quasi præcellénti : sive dúcibus, tanquam ab eo missis ad vindíctam malefactórum, laudem verò bonórum.

℟. *breve.* In manus.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 1. f. Benedictióne tuâ, Dómine, benedicétur domus servi tui in sempitérnum. 2. *Reg.* 7. 29.

DIE XXVII.

IN FESTO SANCTI CÆSARII, Arelatensis Episcopi & Ecclesiæ Doctoris.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius S. Doctoris, p. xxx. additis quæ sequuntur.

LECTIO III.

Ex Mabill. & variis Hist. Eccles.

CÆsárius, pátriâ Cabillonénsis, monastérii Lirinénsis primùm Mónachus, tùm Abbas, ob exímiam doctrínæ & virtútum famam, Æónio in Sede Arelaténsi, invítus licèt, subrogátur. Mox próvidus Pastor de cunctórum salúte sollícitus, instítuit ut Tértiæ, Sextæ, & Nonæ Officium in sancti Stéphani Basílica Clérici quotídie persólverent, quò láici & pœniténtes quotidiáno possent Officio interésse. Lectióni sacræ Scriptúræ & verbi divíni prædicatióni cùm se totum dedísset, ab Alaríco Wisigothórum rege, propter impósitum sibi proditiónis crimen, Burdígalam míttitur. Sedi suæ pósteà restitútus, proditiónis íterùm à Judæis & hæréticis falsò insimulátus, post víncula & cárcerem, Ravénnam ad Theodoricum Itáliæ regem míttitur : à quo post cógnitam ipsíus sanctimóniam, magnis munéribus donátus, eleemósynis & miráculis clarus, Arelátem rédiit. Plúribus intérfuit Concíliis, quibus & plerúmque præfuit. Dénique postquàm, Floriáno teste, vixit inter Bárbaros pius, inter bella pacátus, pater orphanórum, pastor egéntium, & Cathólicæ

ficæ régulam disciplínæ dictis factísque demónstrans, migrávit ad Dóminum, & sepúltus est in monastério Vírginum quod ipse Areláte condíderat.

Oratio, Deus, qui, *p.* xxxv.

Vesperæ *de Sequenti, cum Commemoratione de S. Cæsario.*

Die XXVIII.

In Festo

SANCTI AUGUSTINI, Hipponensis Epíscopi, & Ecclesiæ Doctoris.

Duplex minus.

Omnia de Communi unius S. Doctoris, p. xxx. additis quæ sequuntur.

Lectio II.

Ex ejus operib. Possid. & aliis.

Augustínus, Tagástæ in Africa natus, adoléscens in amóres illícitos & Manichæórum hæresim impégit. Verùm Ambrósii sermónibus motus, & novæ vitæ institútum cógitans; cùm diu multúmque secum ipse luctátus esset, tandem insólitâ voce admónitus ut légeret, ex verbis Apóstoli in quæ íncidit derepéntè mutátus est, & ab Ambrósio aliquántò pòst, annum agens tricésimum tértium, in Páschate baptizátus. Revérsus in Africam, rus se recépit, ut uni Deo vacáret. Hippónem evocátus, ut virum ipsius audiéndi cúpidum Deo lucrarétur, raptus à pópulo invítus Présbyter civitátis ordinátus est à Valério Epíscopo. Tum Augustínus monastérium intra Ecclésiam instítuit, & cum Dei servis vívere cœpit, secúndùm régulam sub Apóstolis constitútam. Véritus Valérius jam sénior, ne sibi Augustínus ab áliis Ecclésiis præriperétur, obtínuit à Primáte Carthaginénsi, ut sibi adhuc vivénti darétur Coëpíscopus. In Episcopátu commúnem vitæ ratiónem quam Présbyter instítuerat, cum Cléricis ténuit. Vestis ejus ac supélex nec nítida nímiùm, nec abjécta. Itá frugáli & parcâ mensâ utebátur, ut, nónnisi propter hóspites & infírmos, carnes ad legúmina & ólera adhibéret. Acérrimus contra omnes hæreses Cathólicæ veritátis propugnátor, Manichæos, quos statim à baptísmo aggréssus fúerat, tum scriptis, tum públicis disputatiónibus confutávit. Ariánorum hærésim singulári veritátis illustratióne profligávit. Ecclésiæ unitátem advérsùs Donatístas validíssimè tutátus est. Grátiam Christi à Pelagiánis impugnátam invictíssimè asséruit: eorúmque in Semipelagiánis relíquias, morti jam próximus, représsit. Advérsùs Paganórum calúmnias & erróres, Religiónem Christiánam erudítíssimo præsértim ópere

médio, & plácuit Heródi: unde cum juraménto pollícitus est ei dare quodcúmque postulásset. *Matt.* 14. 6. 7. * Sed.

℟. ij. Spes impiórum períbit. * Fortitúdo símplicis via Dómini, & pavor his qui operántur malum. *Prov.* 10. 28. 29. ℣. Petívit fília Herodíadis, dicens: Volo ut prótinùs des mihi in disco caput Joánnis Baptístæ. *Marc.* 6. 25. * Fortitúdo.

Sermo sancti Ambrósii Epíscopi.

Lib. 3. *de Virg. Cap.* 6. n. 26. 29. 30.

LECTIO III.

Quóniam Joánnis Prænúntii Christi non stríctim prætereúnda est recordátio, interest ut quis, & à quibus, & quam ob causam, quómodo, & quo témpore sit occísus, advértere debeámus. Ab adúlteris justus occíditur, & à reis in júdicem capitális scéleris pœna convértitur. Deínde prǽmium saltatrícis, mors est Prophétæ. Postrémò, (quod étiam omnes bárbari horrére consuevérunt,) inter épulas atque convívia, consummándæ crudelitátis profértur edíctum: & à convívio ad cárcerem, de cárcere ad convívium, ferális flagítii circumfértur obséquium. Quanta in uno facínore sunt crímina! Quis non cùm è convívio ad cárcerem cursáre vidéret, putáret Prophétam jussum esse dimítti? Quis, inquam, cùm audísset natálem esse Heródis, solémne convívium, puéllæ optiónem eligéndi quod vellet datam, missum ad Joánnis absolutiónem non arbitrarétur? Quid crudelitáti cum delíciis? Quid cum funéribus voluptáti? Rápitur ad pœnam Prophéta convivâli témpore, convivâli præcépto, quo non cúperet vel absólvi: perímitur gládio, caput ejus affértur in disco. Hoc crudelitáti férculum debebátur, quo insatiáta épulis féritas vescerétur. Intuére, Rex acerbíssime, tuo spectácula digna convívio. Pórrige déxteram, ne quid sævítiæ tuæ desit: ut inter dígitos tuos rivi défluant sancti cruóris. Et quóniam non exsaturári épulis fames, non restíngui póculis pótuit inaudítæ sævítiæ sitis: bibe sánguinem scaturiéntibus adhuc venis exsécti cápitis profluéntem. Cerne óculos in ipsa morte scéleris tui testes, aversántes conspéctum deliciárum. Claudúntur lúmina, non tam mortis necessitáte, quàm horróre luxúriæ. Os aúreum illud exsángue, cujus senténtiam ferre non póteras, conticéscit: & adhuc times.

℟. iij. Viri misericórdiæ colligúntur, quia non est

qui intélligat: * A fácie enim malítiæ colléctus est justus. *Is.* 57. 1. ℣. Heródes misit & decollávit Joánnem in cárcere; & allátum est caput ejus in disco, & datum est puéllæ. *Matt.* 14. 10. 11. * A fácie. Glória. * A fácie.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Tabéscere me fecit zelus meus, Dómine; ℟. Quia oblíti sunt verba tua inimíci mei. *Ps.* 118. 139.

Ant. 1. g. Leváre póteris fáciem tuam absque mácula, & eris stábilis, & non timébis. *Job.* 11. 15.

Ant. 2. D. Vocáberis ædificátor sépium, avértens sémitas in quiétem. *Is.* 58. 12.

Ant. 3. *a.* Firmásti cor tuum, & expandísti ad Deum manus tuas. *Job.* 11. 13.

Ant. 4. f. Sicut.

CANTICUM. *Eccli. c.* 51. *v.* 1. *ad* 5.

Martyr Deum laudat, & gratias agit pro victoria reportata.

Confitébor tibi, Dómine Rex, * & collaudábo te Deum salvatórem meum.

Confitébor nómini tuo, * quóniam adjútor & protéctor factus es mihi:

Et liberásti corpus meum à perditióne, à láqueo linguæ iníquæ, & à lábiis operántium mendácium: * & in conspéctu astántium factus es mihi adjútor:

Et liberásti me, secúndùm multitúdinem misericórdiæ nóminis tui, * à rugiéntibus præparátis ad escam,

De mánibus quæréntium ánimam meam, * & de portis tribulatiónum, quæ circumdedérunt me.

Ant. Sicut solent cádere coram fíliis iniquitátis, sic corruísti. 2. *Reg.* 3. 34.

Ant. 5. a. Impius in iniquitáte sua moriétur; tu autem ánimam tuam liberásti. *Ezech.* 3. 19.

CAPITULUM. *Prov.* 18. 2.

NOn récipit stultus verba prudéntiæ, nisi ea díxeris quæ versántur in corde ejus.

HYMNUS. S. V.

ECce saltántis prétium puéllæ,
Fertur in disco caput amputátum:
Hæc cruentátis nova proferúntur
Fércula mensis.

QUÆ rudes sylvis pópulos docébat,
Quæ Deum totâ resonábat aulâ,
Illa vox, eheu! gládio resécta,
Muta silébit.

OCCIDIT Vates: & adhuc timétur:
Vox silet Verbi: cruor ille clamat:

Spíritus, semper, Deus
unus, omni
Témporis ævo.
Amen.

℣. Pretiósa in conspéctu Dómini, ℟. Mors sanctórum ejus. *Ps.* 115. 15.

Ad Magníficat, *Ant.* 3. à. Dixit Jesus: Venit ad vos Joánnes in via justítiæ, & non credidístis ei. *Matt.* 21. 32.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 2. D. Joánnes erat lucérna ardens & lucens. *Joan.* 5. 35

Hymnus. Grates, perfécto jam die, p. 163.

CAPITULUM. *Act.* 1. 5.

JOánnes quidem baptizávit aquâ; vos autem baptizabímini Spíritu sancto.

℟. *breve.* In manus.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 6. F. Non surréxit, inter natos mulíerum, major Joánne Baptístâ. *Matt.* 11. 11.



COMMUNE

COMMUNE SANCTORUM.

PARS ÆSTIVA.

COMMUNE APOSTOLORUM.

Si Festum sit Solemne minus aut infrà, Psalmi dicuntur de Feria in omnibus Horis: si verò Festum sit Annuale aut Solemne majus, in I. Vesperis & Completorio subsequente Psalmi dicuntur pariter de Feria; sed in omnibus aliis Horis dicuntur Psalmi de Dominica. Idemque observatur in aliis Communibus.

IN I. VESPERIS.

Antiphona 2. toni D.

ISti sunt quos misit Dóminus, ut perámbulent terram. *Zach.* 1. 10.

Ant. 1. g. Sanctificábunt Sanctum Jacob, & Deum Israël prædicábunt. *Is.* 29. 23.

Ant. 8. G. Ædificábunt desérta à século, & ruínas antíquas érigent, & instaurábunt civitátes desértas. *Is.* 61. 4.

Ant. 7. d. Scient in Géntibus semen eórum, & germen eórum in médio populórum. *Is.* 61. 9.

Ant. 6. F. Omnes qui víderint eos, cognóscent illos, quia isti sunt semen, cui benedíxit Dóminus. *Is.* 61. 9.

CAPITULUM. *Is.* 66. 19.

HÆc dicit Dóminus: Mittam ex eis qui salváti fúerint, ad Gentes in mare, in Africam & Lýdiam, tendéntes sagíttam: in Itáliam & Græciam; ad ínsulas longè; ad eos qui non audiérunt de me, & non vidérunt glóriam meã.

In Duplicibus majoribus & suprà.

℟. Mittet id quod salvátum fúerit de domo Juda, & quod réliquum est, radícem deórsùm, & fáciet fructum sursùm: * Quia de Jerúsalem exíbunt relíquiæ, & salvátio de monte Sion. *Is.* 37. 31. 32. ℣. Scitóte quóniam propè est regnum Dei. *Luc.* 21. 31. * Quia. Glória. * Quia.

In Solemnibus minoribus aut suprà, resumitur ℟. Mittet. *Et sic in aliis Communibus.*

HYMNUS.

QUos Christus ténebras péllere méntibus,
(Ceu bisséna novi lúmina fœderis)
Doctóres fídei mittit Apóstolos,
Festo cármine pángimus.

Ut nubes plúviis densa salúbribus,
Veri feta cohors tránsvolat æquora :
Christum voce tonat ; fálsaque córruunt,
Verbi fúlmine, númina.

Veloces óperi, quo páritur salus,
Plures per lácrymas, dum stérili sacrum
Fundunt semen agro, spem simul aúreæ
Messis córdibus ínserunt.

Nec torménta movent impávidos mori :
Docti dura pati, móllia spérnere,
Fictas delícias, vánaque lúdicra
Mundi, quàm benè dédocent !

His Christi réferunt dógmata móribus,
Nascentísque gregis partúriunt fidem,
Quam, ne degéneri péctore décidat,
Fuso sánguine nútriunt.

Heu ! nostris sua vox aúribus ínsonans
Portátur ; nec adhuc cordis ahéneam
Mollit durítiem : da per eos fata,
Da, Numen, frútices fides.

Sit laus summa Patri, súmmaque Fílio :
Par sit, sancte, tibi glória, Spíritus,
Quo donánte, ferunt lumen Apóstoli
Fines orbis ad últimos.
Amen.

℣. Annuntiábitur Dómino generátio ventúra,
℟. Et annuntiábunt cœli justítiam ejus pópulo qui nascétur. *Ps.* 21. 32.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. *c.* Pópulos vocábunt ad montem ; ibi immolábunt víctimas justítiæ, qui inundatiónem maris quasi lac sugent, & thesaúros abscónditos arenárum. *Deut.* 33. 19.

Oratio ut in Proprio Sanctorum.

Completorium *habetur post secundas Vesperas.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Apostolórum Magístrum & Dóminum, * Veníte, adorémus. *Joan.* 13. 13.

Repetitur Invit. Apostolórum. *Et sic in omnibus Communibus & omnibus Festis.*

Psalmus, Veníte, *p.* 1.

Si Festum sit Annuale, Solemne majus, aut Solemne minus, post singulos versus Psalmi Veníte, *repetitur ex integro Invitatorium. Si Festum sit Duplex majus, aut Duplex minus,*

Post primum versum Psalmi Veníte, *repetitur Invitatorium ex integro; post secundum versum, fit tantùm Reclamatio,* * Veníte, adorémus: *& sic alternatim, ità ut factâ eâdem Reclamatione post* ℣. Sicut erat, *resumatur integrum Invitatorium. Si tandem Festum sit, aut Semiduplex, aut Simplex, post singulos versus Psalmi* Veníte, *fit tantummodo Reclamatio,* * Veníte, adorémus. *Quâ factâ post* ℣. Sicut erat, *repetitur Invitatorium integrum.*

Hæc dicta sint pro singulis Communibus.

HYMNUS. S. V.

SUPREME, quales, Arbiter,
Tibi minístros éligis,
Tuas opes qui vílibus
Vasis amas commíttere!

HÆC nempè plena lúmine
Tu vasa frangi præcipis:
Lux inde magna rúmpitur,
Ceu, nube scissâ, fúlgura.

TOTUM per orbem núntii,
Nubes velut, citi volant;
Verbo graves, Verbo Deo,
Tonant, corúscant, pérpluunt.

CHRISTUM sonant; versæ ruunt
Arces supérbæ dæmonum:
Circùm tubis clangéntibus,
Sic versa quondam mœnia.

FAC, Christe, cœléstes tubæ
Somno graves nos éxcitent;
Accénsa de te lúmina
Pellant tenébras méntium.

UNI sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. *a.* Vocávit ad se quos vóluit Jesus, & venérunt ad eum. *Marc.* 3. 13.

Ant. 5. a. Elégit duódecim ex ipsis, quos & Apóstolos nominávit. *Luc.* 6. 13.

Ant. 6. *F.* Dixit eis Jesus: Veníte post me, & fáciam vos fieri piscatóres hóminum. *Marc.* 1. 17.

℣. Constítues eos Príncipes super omnem terram;
℟. Mémores erunt nóminis tui, Dómine. *Ps.* 44. 17. 18.

Benedictiones habentur post Psalterium, p. 166.

Tres primæ Lectiones de Scriptura occurrente, nisi Festum sit Annuale aut Solemne majus; tunc enim habentur Lectiones propriæ. Et sic in omnibus aliis Communibus.

℟. *j.* Multam glóriam fecit Dóminus magnificéntiâ suâ à século. Dominántes in potestátibus suis, * Hómines magni virtúte, & prudéntiâ suâ præditi. *Eccli.* 44. 2. 3. ℣. Fecit Jesus ut essent duódecim cum illo. *Marc.* 3. 14. * Hómines.

Si Festum sit Annuale aut

Solemne majus, factâ Reclamatione, dicitur Glória Patri. *Deinde repetitur reclamatio. Et sic in omnibus Responsoriis & omnibus Communibus.*

℟. *ij.* Antíqua ne intueámini; * Ecce ego fácio nova, & nunc oriéntur, útique cognoscétis ea. *Is.* 43. 18. 19. ℣. Vos dixi amícos; quia ómnia quæcúmque audívi à Patre meo nota feci vobis. *Joan.* 15. 15. * Ecce.

℟. *iij.* Non est investigátio sapiéntiæ ejus, qui dat lasso virtútem, * Et his qui non sunt, fortitúdinem & robur multíplicat. *Is.* 40. 28. 29. ℣. Ignobília mundi & contemptibília elégit Deus, & ea quæ non sunt. 1. *Cor.* 1. 28. * Et his. Glória. * Et his.

Si Festum sit Annuale, Solemne majus, aut Solemne minus, post ℣. Glória, *resumitur Responsorium. Et sic in aliis Nocturnis, & in aliis Communibus.*

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. *d.* Circuíbat Jesus castélla in circúitu docens, & vocávit duódecim, & cœpit eos míttere binos. *Marc.* 6. 6. 7.

Ant. 8. c. Dedit illis potestátem spirítuum immundórum, ut ejícerent eos. *Matt.* 10. 1.

Ant. 1. g. Misit illos prædicáre regnum Dei, & sanáre infírmos. *Luc.* 9. 2.

℣. Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini; ℟. In ómnibus pópulis mirabília ejus. *Ps.* 95. 3.

Benedictiones habentur post Psalterium, p. 167. *Lectiones in Proprio Sanctorum.*

℟. *jv.* Dispérsæ sunt oves meæ, eò quòd non esset pastor, & * Factæ sunt in devoratiónem ómnium bestiárum agri. *Ezech.* 34. 5. ℣. Ite ad oves quæ periérunt domûs Israël. *Matt.* 10. 6. * Factæ sunt.

℟. *v.* Ite, ángeli velóces, ad gentem convúlsam & dilacerátam, * Ad pópulum terríbilem, post quem non est álius. *Is.* 18. 2. ℣. Ecce ego mitto vos sicut oves in médio lupórum. *Matt.* 10. 16. * Ad pópulum.

℟. *vj.* Gaudéte & laudáte simul, desérta Jerúsalem: * Quia consolátus est Dóminus pópulum suū. *Is.* 52. 9. ℣. Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. *Marc.* 16. 15. * Quia. Glória. * Quia.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Prædicavérunt ubíque, Dómino cooperánte, & sermónem confirmánte, sequéntibus signis. *Marc.* 16. 20.

Ant. 2. D. Per manus Apostolórum fiébant signa & prodígia multa in plebe. *Act.* 5. 12.

Ant. 4. E. Erat manus Dómini cum eis, multúsq;

que númerus credéntium convérsus est ad Dóminum. *Act.* 11. 21.

℣. Dóminus dabit verbum evangelizántibus, ℟. Virtúte multâ. *Ps.* 67. 12.

Benedictiones habentur post Psalterium, p. 166. *Duæ Lectiones, cum Evangelio & Homilia, habentur in Proprio Sanctorum.*

℟. *vij.* Crevérunt, & quasi germinántes multiplicáti sunt; * Ac roboráti nimis implevérunt terram. *Exod.* 1. 7. ℣. Augebátur credéntium in Dómino multitúdo virórum ac mulíerum. *Act.* 5. 14. * Ac.

℟. *viij.* Aperíte portas, & * Ingrediátur gens justa custódiens veritátem: vetus error ábiit. *Is.* 26. 2. 3. ℣. Audiérunt Apóstoli & fratres, qui erant in Judǽa, quóniam & Gentes recepérunt verbum Dei. *Act.* 11. 1. * Ingrediátur.

℟. *jx.* Hæréditas sancta nepótes eórum, & in testaméntis stetit semen eórum; * Et fílii eórum propter illos usque in ætérnum manent. *Eccli.* 44. 12. 13. ℣. Lapidáti sunt, secti sunt, tentáti sunt, in occisióne gládii mórtui sunt. *Hebr.* 11. 37. * Et fílii. Glória. * Et fílii.

Te Deum.

Quando Officium est trium tantùm Lectionum, Antiphonæ, ℣. & ℟℟℟. sumuntur secundùm Feriam, id est: Feriâ II. & V. sumuntur è I. Nocturno; Feriâ III. & VI. è II. Nocturno; Feriâ IV. & Sabbato è III. Nocturno. Et sic in aliis Communibus.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Nimis honorificáti sunt amíci tui, Deus; ℟. Nimis confortátus est principátus eórum. *Ps.* 138. 17.

Ant. 6. F. Vos Sacerdótes Dómini vocabímini; Miníſtri Dei nostri, dicétur vobis. *Is.* 61. 6.

Ant. 8. c. Sedébitis & vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israël. *Matth.* 19. 28.

Ant. 8. G. Gaudébit cor vestrum; & gáudium vestrum nemo tollet à vobis. *Joan.* 16. 22.

Ant. 1. *g.* Vobis.

CANTICUM *Isaiæ c.* 52. *v.* 7. *ad* 10.

Laudantur prædicatores Evangelicæ pacis.

QUàm pulchri super montes pedes annuntiántis & prædicántis pacem, * annuntiántis bonum!

Prædicántis salútem, * dicéntis Sion: Regnábit Deus tuus!

Vox speculatórum tuórum, * levavérunt vocem, simul laudábunt:

Quia óculo ad óculum vidébunt; * cùm convérterit Dóminus Sion.

Gaudéte & laudáte simul, desérta Jerúsalem; *

diam; illis adhuc loquéntibus, ego aúdiam, dicit Dóminus.

℟. *breve.* Dicent inter Gentes, * Magnificávit Dóminus fácere cum eis. ℟. Dicent. ℣. Magnificávit Dóminus fácere nobíscum. * Magnificávit. Glória. ℟. Dicent. *Ps.* 125. 2. 3.

℣. Veníte, & vidéte ópera Dómini, ℟. Quæ pósuit prodígia super terram. *Ps.* 45. 9.

Oratio quæ dicta fuit in Laudibus, & sic in aliis Communibus.

AD VESPERAS.

Ant. 1. D. Stultam fecit Deus sapiéntiam hujus mundi. 1. *Cor.* 1. 20.

Ant. 2. D. Plácuit Deo per stultítiam prædicatiónis salvos fácere credéntes. 1. *Cor.* 1. 21.

Ant. 4. f. Quod stultum est Dei, sapiéntius est homínibus: & quod infírmum est Dei, fórtius est homínibus. 1. *Cor.* 1. 25.

Ant. 3. a. Quæ stulta sunt mundi elégit Deus, ut confúndat sapiéntes: & infírma mundi elégit Deus, ut confúndat fórtia. 1. *Cor.* 1. 27.

Ant. 5. C. Testaméntum ætérnum constítuit cum illis Deus; & justítiam, & judícia sua osténdit illis. *Eccli.* 17. 10.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 2. 7. 8.

LOquimur Dei sapiéntiam in mystério, quæ abscóndita est, quam prædestinávit Deus ante sécula in glóriam nostram, quam nemo príncipum hujus séculi cognóvit.

HYMNUS. S. V.

CŒLESTIS aulæ Príncipes,
Sacri Duces exércitûs,
Bisséna mundi Lúmina,
Olim futúri Júdices;

MERSIS gravi calígine,
Per vos dies renáscitur;
Quos vanus error lúserat,
Illústrat ipsa véritas.

NON vi, nec armis mílitum,
Fandi nec ullis ártibus;
Verbo sed irrísæ crucis,
Christo rebélles súbditis.

QUIBUS gemébat súbditus
Rumpúntur orbis víncula;
Jam gaudet excússo jugo,
Liber Dei sub légibus.

VULGATA terris ómnibus,
Per vos Dei mystéria:
Sic vestra terris ómnibus
Præclára facta pérsonant.

UNI sit & trino Deo
Supréma laus, summum decus,
De nocte qui nos ad suæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei; ℟. Et facta ejus intellexérunt. *Ps.* 63. 10.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Glóriam adépti sunt, & in diébus suis habéntur in laúdibus: qui de illis nati sunt, reliquérunt nomen

sta, primùm Apóstolos, secúndò Prophétas, tértiò Doctóres.

℟. *breve.* Christe, Fili Dei vivi, &c. *ut in Psalterio*, p. 157. & 158.

CANON *habetur in Proprio de Tempore, cum Scriptura occurrente, nisi Festum sit Annuale, aut Solemne majus; tunc enim habetur Canon proprius.*

Cætera omnia ut in Psalterio. Et sic in aliis Communibus.

AD TERTIAM.

Hymnus. O fons amóris Spíritus, *p.* 161. *Et sic in aliis Communibus.*

Ant. 8. c. Sedébitis & vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israël. *Matt.* 19. 28.

CAPITULUM. *Sap.* 3. 8.

JUdicábunt natiónes, & dominabúntur pópulis, & regnábit Dóminus illórum in perpétuum.

℟. *breve.* Annuntiavérunt cœli * Justítiam ejus. ℟. Annuntiavérunt. ℣. Et vidérunt omnes pópuli glóriam ejus. * Justítiam. Glória. ℟. Annuntiavérunt. *Ps.* 96. 6.

In Solemnibus minoribus & suprà, ac per Octavas Annualium & Solemnium majorum, in ℟. *brevi adduntur duo* Allelúia. *Et sic ad Sextam & Nonam, illudque observatur in omnibus Communibus.*

℣. Non sunt loquélæ neque sermónes, ℟. Quorum non audiántur voces eórum. *Ps.* 18. 4.

Oratio quæ dicta fuit in Laudibus, & sic in aliis Communibus.

AD SEXTAM.

Hymnus. Jam solis áureum jubar, *p.* 161. *Et sic in aliis Communibus.*

Ant. 8. G. Gaudébit cor vestrum; & gáudium vestrum nemo tollet à vobis. *Joan.* 16. 22.

CAPITULUM. *Act.* 5. 41.

IBant gaudéntes à conspéctu concílii; quóniam digni hábiti sunt pro nómine Jesu contuméliam pati.

℟. *breve.* Quis loquétur * Poténtias Dómini? ℟. Quis. ℣. Audítas fáciet omnes laudes ejus? * Poténtias. Glória. ℟. Quis loquétur. *Ps.* 105. 2.

℣. Dómine Deus virtútum, quis símilis tibi? ℟. Potens es, Dómine; & véritas tua, in circúitu tuo. *Ps.* 88. 9.

Oratio quæ dicta fuit in Laudibus, & sic in aliis Communibus.

AD NONAM.

Hymnus. Prono volútus ímpetu, *p.* 162. *Et sic in aliis Communibus.*

Ant. 3. *a.* Rogáte dóminum messis, ut mittat operários in messem suam. *Matt.* 9. 38.

CAPITULUM. *Is.* 65. 23. 24.

SEmen benedictórum Dómini est, & nepótes eórum cum eis. Erítque: Antequàm clament, ego exaú-

Pro mórtuo mori Deo.
Hoc ille plenus spíritu
Ridet minas, ridet neces,
Tutúsque fretus déxterà,
Tibi, Redémptor, mílitat.
Parata spectans prǽmia,
Secúrus ad pœnas volat;
Sic pugnat, ut speret mori,
Et morte mortem víncere.
Unus tot armátas manus
Stupénte lassat júdice;
Et tortus ipsis qui cadit,
Torquéntibus fit fórtior.
Da, Christe, tanti mílitis
Æquare facta fórtia:
Da sustinére pro tuo,
Quodcúmque durum, nómine.
Ætérne tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utrique, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

℣. Justus, cùm cecíderit, non collidétur; ℟. Quia Dóminus suppónit manum suam. *Ps.* 36. 24.

Ad Magnificat, *Ant.* 3. *a.* Bonus Dóminus, & confórtans in die tribulatiónis, & sciens sperántes in se. *Nah.* 1. 7.

Oratio ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

Si eodem die occurrat Commemoratio alterius Martyris, fiet per Antiphonam ad Benedíctus, *infrà, &* ℣. *ex Laudibus, cum Oratione in Proprio Sanctorum designata. Quod servatur in omni alio Communi.*

Completorium *habetur post secundas Vesperas.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Deum qui fidéli usque ad mortem dat corónam vitæ, * Veníte, adorémus. *Apoc.* 2. 10.

Psalmus, Veníte, *p.* 2.

HYMNUS. S. V.

Felix morte tuâ, qui cruciátibus
Cœlo difficilem rúmpere amas viam,
Et signáre cruóre,
Quam Christo déderas fidem.
Pœnis victa quibus defíceret fides?
Tu pœnas ávidâ mente præóccupas:
Cui non súfficit una,
Ambis innúmeras neces.
Te pro lege sua magnánimum mori,
Te Christus púgilem spectat ab æthere;
Ne succúmbere possis,
Tecum prælia sústinet.
Et nos delícias, vana per ótia,
Gens infida Deo, quǽrimus ánxii:
Quid torpémus? inértes
Sanguis Mártyris éxcitat.
Semper máxima laus ingénito Patri;
Semper laus génito máxima Fílio;
Sacri nexus amóris,
Sit laus par tibi, Spíritus. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. J. Destinávit non admíttere illícita propter vitæ amórem. 2. *Mach.* 6. 20.

Ant. 2. D. Propter opus Christi usque ad mortem accéssit, tradens ánimam suam. *Philip.* 2. 30.

Ant. 3. c. Gloriosíssimam mortem magìs quàm odíbilem vitam compléctens, voluntárie præíbat ad supplícium. 2. *Mach.* 6. 19.

℣. Fortitúdinem meam ad te custódiam; ℟. Quia, Deus, suscéptor meus es. *Ps.* 58. 10.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Qui timet Dóminum, nihil trepidábit, & non pavébit; quóniam ipse est spes ejus. * Timéntis Dóminum beáta est ánima ejus. *Eccli.* 34. 16. 17. ℣. Víncula & tribulatiónes me manent; sed nihil horum véreor. *Act.* 20. 23. 24. * Timéntis.

℟. *ij.* Cum fidúcia ait: * E cœlo ista possídeo; sed propter Dei leges, nunc hæc ipsa despício, quóniam ab ipso me ea receptúrum spero. 2. *Mach.* 7. 11. ℣. Non fácio ánimam meam pretiosiórem quàm me. *Act.* 20. 24. * E cœlo.

℟. *iij.* Deus à peccatóribus liberávit eum; * Descendítque cum illo in fóveam, & in vínculis non derelíquit illum. *Sap.* 10. 13. 14. ℣. Erat Deus cum eo, & erípuit eum ex ómnibus tribulatiónibus ejus. *Act.* 7. 9. 10. * Descendítque. Glória. * Descendítque.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Certámen forte dedit illi Dóminus, ut vínceret, & sciret, quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. *Sap.* 10. 12.

Ant. 5. a. Non hæsitávit diffidéntiâ, sed confortátus est fide, dans glóriam Deo. *Rom.* 4. 20.

Ant. 7. d. Et hic ítaque mundus óbiit, per ómnia in Dómino confídens. 2. *Mach.* 7. 40.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi Dóminus; ℟. Et sub pennis ejus sperábis. *Ps.* 90. 4.

Lectiones ut in Proprio Sanctorum.

℟. *jv.* Cùm à morte possem liberári, duros córporis sustíneo dolóres; secúndùm ánimam verò, * Propter timórem tuum, Dómine, libénter hæc pátior. 2. *Mach.* 6. 30. ℣. Pátior, sed non confúndor; scio enim cui crédidi. 2. *Tim.* 1. 12. * Propter.

℟. *v.* Exémplum forte relinquam, si prompto ánimo ac fórtiter, * Pro gravíssimis ac sanctíssimis légibus, honéstâ morte perfúngar. 2. *Mach.* 6. 28. ℣. Magìs éligens afflígi cum pópulo Dei, quàm

temporális peccáti habére jucunditátem. *Hebr.* 11. 25. * Pro.

℟. *vj.* Hanc tentatiónem ídeò permísitDóminus evenire illi, * Ut pósteris darétur exémplum patiéntiæ ejus. *Tob.* 2. 12. ℣. In labóribus plúrimis, in carcéribus abundántiùs, in plagis supra modum, in mórtibus frequénter. 2. *Cor.* 11. 23. * Ut pósteris. Glória. * Ut pósteris.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Honestávit illum Deus in labóribus, & complévit labóres illíus. *Sap.* 10. 10.

Ant. 1. *g.* Mendáces osténdit Deus qui maculavérunt illum, & dedit illi claritátem ætérnam. *Sap.* 10. 14.

Ant. 6. F. Absque terróre requiéscet, & abundántiâ perfruétur, timóre malórum subláto. *Prov.* 1. 33.

℣. Dicet Dómino: Suscéptor meus es tu, ℟. Et refúgium meum. *Ps.* 90. 2.

Duæ Lectiones cum Evangelio & Homilia, ut in Proprio Sanctorum.

℟. *vij.* Eruens liberábo te, & gládio non cades: sed erit tibi ánima tua in salútem; * Quia in me habuísti fidúciam; ait Dóminus. *Jer.* 39. 18. ℣. Quóniam servásti verbum patiéntiæ meæ,& ego servábo te ab hora tentatiónis. *Apoc.* 3. 10. * Quia.

℟. *viij.* Nunc réquiem dedit Dóminus Deus meus mihi per circúitum; * Et non est Satan, neque occúrsus malus. 3. *Reg.* 5. 4. ℣. Oppréssum à nefandórum injúria, ac luxurióså conversatióne erípuit. 2. *Petr.* 2. 7. * Et non.

℟. *jx.* Probávit me Deus quasi aurum quod per ignem transit; * Vestígia ejus secútus est pes meus; viam ejus custodívi, & non declinávi ex ea. *Job.* 23. 10. 11. ℣. Repósita est mihi coróna justítiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex. 2. *Tim.* 4. 8. * Vestígia. Glória. * Vestígia.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Ego cantábo fortitúdinem tuam, Dómine; ℟. Et exultábo manè misericórdiam tuam. *Ps.* 58. 17.

Ant. 4. A. Dóminus tecum, virórum fortíssime. *Judic.* 6. 12.

Ant. 5. a. Non est Deus álius ut Deus rectíssimi; Ascénsor cœli auxiliátor tuus. *Deut.* 33. 26.

Ant. 7. d. Dóminus ipse erit tecum; non dimíttet, nec derelínquet te. *Deut.* 31. 8.

Ant. 1. D. Deus.

CANTICUM. *Eccli. c.* 51. *v.* 1. *ad* 5.

Martyr Deum laudat, &

gratias agit pro victoria reportata.

CONfitébor tibi, Dómine Rex, * & collaudábo te Deum salvatórem meum.

Confitébor nómini tuo, * quóniam adjútor & protéctor factus es mihi:

Et liberásti corpus meum à perditióne, à láqueo linguæ iníquæ, & à lábiis operántium mendácium: * & in conspéctu astántium factus es mihi adjútor:

Et liberásti me secúndùm multitúdinem misericórdiæ nóminis tui * à rugiéntibus præparátis ad escam,

De mánibus quæréntium ánimam meam, * & de portis tribulatiónum, quæ circumdedérunt me.

Ant. Deus tuus quem colis semper, ipse liberábit te. *Dan.* 6. 16.

Ant. 2. *D.* Ejíciet à fácie tua inimícum, dicétque; Contérere. *Deut.* 33. 27.

CAPITULUM. *Rom.* 5. 3. 4. 5.

GLoriámur in tribulatiónibus, sciéntes quòd tribulátio patiéntiam operátur, patiéntia autem probatiónem, probátio verò spem, spes autem non confúndit.

HYMNUS.

ECQUIS magnánimus se pugil éxhibet?
Fit verbum gládius, fit clýpeus fides;
Athletámque Dei prǽparat árdua
Ad certámina véritas.

I NUNC, sancte pugil, quò pia prǽlia,
Quò te magna vocant prǽmia mílitem:
Præsens Christus adest: hoc duce, non cades,
Ni victâ morte fórtior.

FRUSTRA barbáries explícuit cruces;
Nil torménta movent, ore serénior,
Et fidens ánimi, promptus ad ómnia,
Pœnas inter ovat suas.

REGES ante feros impávidus volat,
Testatúrque fidem, nil métuit mori
Os, viréсque, sui pollíciti memor,
Præsens suppéditat Deus.

ÆTERNUM cita mors vívere Mártyri
Quod spondet, próperas, Martyr ovans mori,
Palmam dum móriens consèqueris tibi,
Firmas, nósque mori doces.

PATRI máxima laus, máxima Fílio,
Amborúmque sacro máxima Flámini,
Qui dat Martýribus mille neces pati,
Et per fúnera víncere.
Amen.

℣. Dóminus exaudívit eum, ℟. Et de ómnibus tribulatiónibus ejus salvávit eum. *Ps.* 33. 7.

Ad Benedíctus, *Ant.* 4. *D.*

Hoc pro certo habet omnis qui te colit, Dómine, quòd vita ejus, si in probatióne fúerit, coronábitur. *Tob.* 3. 21.

Oratio.

ADésto, Dómine, supplicatiónibus nostris; ut qui beáti Mártyris tui *N.* natalítiis gloriámur, nec minis injústè persequéntium, nec ullis perturbémur advérsis; Per Dóminum.

Alia Oratio.

DA nobis, quǽsumus, Dómine, intercedénte beáto *N.* Mártyre tuo, in tua fide & sinceritáte constántiam; ut in caritáte divína firmáti, nullis tentatiónibus ab ejus integritáte divellámur; Per Dóminum.

Si sit Pontifex,

Oratio.

FAc nos, Dómine Deus, imitári sacerdotálem constántiam beáti *N.* Mártyris tui atque Pontíficis; ut fidem servántes quam dócuit, ejúsdem corónæ consórtes efficiámur; Per Dóminum.

Alia Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, qui beáto *N.* dignam Mártyre atque Pontífice fidem & fortitúdinem tribuísti: fac nos, ejus méritis, vitæ frágilis amórem abjícere, & ad te, qui solus vera vita es, felíciter perveníre; Per Dóminum.

Si facienda sit Commemoratio *alterius Martyris, fit per Ant. ad* Magníficat *&* ℣. *ex secundis Vesperis: Quod servatur in omni alio Communi.*

AD PRIMAM.

Ant. 4. A. Dóminus tecum, virórum fortíssime. *Judic.* 6. 12.

CAPITULUM. *Apoc.* 6. 2.

DAta est ei coróna; & exívit vincens, ut vínceret.

Cætera ut in Psalterio, p. 157. *&* 158.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Non est Deus álius ut Deus rectíssimi; Ascénsor cœli auxiliátor tuus. *Deut.* 33. 26.

CAPITULUM. *Apoc.* 3. 12.

QUi vícerit, fáciam illum colúmnam in templo Dei mei, & foràs non egrediétur ámpliùs, & scribam super eum nomen Dei mei.

℞. *breve.* Super salutáre tuum, Dómine, * Exultábit veheménter. ℞. Super. ℣. Desidérium cordis ejus tribuísti ei. * Exultábit. Glória. ℞. Super. *Ps.* 20. 2. 3.

℣. Posuísti in cápite ejus corónam, ℞. De lápide pretióso. *Ps.* 20. 4.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Dóminus ipse erit tecum; non dimíttet, nec derelínquet te. *Deut.* 31. 8.

CAPITULUM. *Sap.* 10. 16.

SApiéntia intrávit in ánimam servi Dei, & ste-

dit contra reges horréndos in porténtis & signis.

℟. *breve.* Adjútor meus, * Tibi psallam. ℟. Adjútor. ℣. Quia, Deus, suscéptor meus es. * Tibi. Glória. ℟. Adjútor. *Ps.* 58. 18.

℣. Tu, Dómine, adjuvísti me, ℟. Et consolátus es me. *Ps.* 85. 17.

AD NONAM.

Ant. 2. *D.* Ejíciet à fácie tua inimícum, dicétque: Contérere. *Deut.* 33. 27.

CAPITULUM. *Jer.* 20. 13.

CAntáte Dómino, laudáte Dóminum; quia liberávit ánimam paúperis de manu malórum.

℟. *breve.* Magna est * Glória ejus. ℟. Magna. ℣. In salutári tuo, Dómine. * Glória. Glória. ℟. Magna. *Ps.* 20. 6.

℣. Glóriam & magnum decórem, ℟. Impónes super eum. *Ps.* 20. 6.

AD VESPERAS.

Ant. 8. g. Quis est qui vincit mundum, nisì qui credit quóniam Jesus est Fílius Dei? 1. *Joan.* 5. 5.

Ant. 1. a. Hæc est grátia, si propter Dei consciéntiam, sústinet quis tristítias, pátiens injústè. 1. *Petr.* 2. 19.

Ant. 3. c. Qui certat in agóne, non coronátur, nisì legítimè certáverit. 2. *Tim.* 2. 5.

Ant. 2. *D.* Qui vícerit, non lædétur à morte secúnda. *Apoc.* 2. 11.

Ant. 6. F. Qui vícerit sic, vestiétur vestiméntis albis. *Apoc.* 3. 5.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 9. 25.

OMnis qui in agóne conténdit ab ómnibus se ábstinet; & illi quidem, ut corruptíbilem corónam accípiant, nos autem incorrúptam.

HYMNUS. S. V.

JAM non te lácerant carníficum manus,
Inter qui récubas Cœlítuum choros:
Nunc procárcere cæco,
Fulgéntes hábitas domos.

NON jam vincla manus, non cóhibent pedes;
Tu liber Súperûm regna perámbulas:
Quot plagis laniátus,
Cœlo tot rádiis nites.

NEC te dira fames, nec sitis ámpliùs,
Nec probrósa premit te modò núditas:
Nunc te lúmine puro
Pascit Christus & índuit.

SIC tu Martýribus dexter ades, Deus,
Ut quos mors périmit, glória víndicet:
Confundísque tyránnum,
Dum quos déprimit, élevas.

SEMPER máxima laus ingénito Patri;
Semper laus génito máxima Fílio;
Sacri nexus amóris,

Sit laus par tibi, Spíritus. Amen.

℣. Si consístant advérsùm me castra; ℟. Non timébit cor meum. *Ps.* 26. 3.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. c. Qui amat ánimam suam, perdet eam: & qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. *Joan.* 12. 25.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 4. a. Qui sustinúerit in finem, hic salvus erit. *Marc.* 13. 13.

Hymnus conveniens.

Capitulum. *Jac.* 1. 2. 3. 4.

Omne gaúdium existimáte, fratres mei, cùm in tentatiónes várias incidéritis, sciéntes quòd probátio fídei vestræ patiéntiam operátur, patiéntia autem opus perféctum habet.

℟. *breve.* In manus, p. 163.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. a. Beátus vir qui suffert tentatiónem; quóniam, cùm probátus fúerit, accípiet corónam vitæ. *Jac.* 1. 12.

Oratio & cætera omnia ut in Psalterio, p. 164.

COMMUNE PLURIUM MARTYRUM.

IN I. VESPERIS.

Antiphona 2. *toni D.*

Justítia rectórum liberábit eos: & in insídiis suis capiéntur iníqui. *Prov.* 11. 6.

Ant. 3. *a.* Eligéntur, & dealbabúntur, & quasi ignis probabúntur multi. *Dan.* 12. 10.

Ant. 4. f. Ruent in gládio, & in flamma, & in captivitáte. *Dan.* 11. 33.

Ant. 5. c. In paucis vexáti, in multis benè disponéntur. *Sap.* 3. 5.

Ant. 1. a. Ruent ut confléntur, & eligántur, & dealbéntur usque ad tempus præfinítum. *Dan.* 11. 35.

Capitulum. *Is.* 51. 7. 8.

Nolíte timére oppróbrium hóminum, & blasphémias eórum ne metuátis; sicut enim vestiméntum, sic cómedet eos vermis; & sicut lanam, sic devorábit eos tínea: salus autem mea in sempitérnum erit.

In Duplicibus majoribus & supra.

℟. Omnes qui placuérunt Deo, * Per multas tribulatiónes transiérunt fidéles. *Judith.* 8. 23. ℣. Datum est béstiæ bellum fácere cum sanctis. *Apoc.* 13. 7. * Per. Glória. * Per.

Hymnus. S. V.

Fortes cadéndo Mártyres,
Quos empta fuso sánguine
Cœléstis ornat púrpura,
Junctis canámus vócibus.

Implere vos omnes decet

Passo Deo quod défuit ;
Per tot neces læso Patri
Fit plena Christus hóstia.
Quem lictor insánus
sitit,
Quem cæcus effúndit furor,
Amor sacérdos pródigum
Christo cruórem cónsecrat.
Et ille, mixtus sánguini
Quem fudit in ligno Deus,
Fundéntibus placábilem
Oráre non cessat Deum.
Sic, Christe, robur
Mártyrum,
Certáre das & víncere ;
Tuósque múnerans, tua
Æquus corónas múnera.
Æterne tu Verbi
Pater,
Ætérne Fili, par Patri ;
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

℣. Viríliter ágite, & confortétur cor vestrum, ℟. Omnes qui sperátis in Dómino. *Ps.* 30. 25.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. J. Agnóscent qui derelícti sunt, quóniam nihil mélius est, quàm timor Dei : & nihil dúlcius quàm respícere in mandátis Dómini. *Eccli.* 23. 37.

Oratio ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

Completorium *habetur post secundas Vesperas.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Dóminum legítimè certántes coronántem, * Veníte, adorémus. 2. *Tim.* 2. 5.

Psalmus, Veníte, *p.* 2.

Hymnus. C.

Christi Martýribus débita nos decet,
Virtútis mémores, prómere
cántica,
Quos nec blandítiis, nec
pótuit minis
Fallax víncere séculum.
Cœlestis pátriæ
mens ínhians bonis,
Mundi spernit opes flúxaque gaúdia :
Vitæ quin étiam, præ
Dómini lucro,
Jactúram fácilem putant.
Non vultus métuunt
carníficum truces :
Fetas supplíciis despíciunt
manus :
Enses, flagra, rotas, ómnia pérpeti
Victrix edócuit fides.
O incredibilem
vim patiéntiæ !
Non, artus láceros qui
crúciat dolor,
Extórquet gémitum, non
querimóniam
Agnis mítibus élicit.
Ergo nunc própior,
Christe, tibi sedet
Palmis turba nitens usque
viréntibus,
Victorúmque gerens prǽmia, nóbiles
Multo sánguine laúreas.
Sit laus summa Patri,
súmmaque Fílio :
Sit par, sancte, tibi glória, Spíritus,
Cujus præsídio prǽlia sústinent
Contémptâ nece Mártyres. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Absit à nobis, ut relinquámus Dóminum, & serviámus diis aliénis. *Jos.* 24. 16.

Ant. 3. à. Paráti sumus mori, magìs quàm pátrias Dei leges prævaricári. 2. *Mach.* 7. 2.

Ant. 2. D. Moriámur omnes in simplicitáte nostra: & testes erunt super nos cœlum & terra. 1. *Mach.* 2. 37.

℣. Non discédimus à te, Dómine; vivificábis nos; ℟. Et nomen tuum invocábimus. *Ps.* 79. 19.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Propítius sit nobis Deus. * Non est nobis útile relínquere legem & justítias Dei. 1. *Mach.* 2. 21. ℣. Quis nos separábit à caritáte Christi? *Rom.* 8. 35. * Non.

℟. *ij.* Invicem se hortabántur mori fórtiter, dicéntes: Dóminus Deus aspíciet veritátem, * Et consolábitur in nobis. 2. *Mach.* 7. 5. 6. ℣. Módicum passos Deus ipse perfíciet, confirmábit, solidabítque. 1. *Petr.* 5. 10. * Et consolábitur.

℟. *iij.* Pótius est ab homínibus morti datos spem expectáre à Deo, * Iterùm ab ipso resuscitándos. 2. *Mach.* 7. 14. ℣. Vocávit nos in ætérnam suam glóriam in Christo Jesu. 1. *Petr.* 5. 10. * Iterùm. Glória. * Iterùm.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Convaluérunt ánimis, non solùm hómines, sed & béstias ferocíssimas, & muros férreos paráti penetráre. 2. *Mach.* 11. 9.

Ant. 8. c. Ibant prompti, de cœlo habéntes adjutórem, & miserántem super eos Dóminum. 2. *Mach.* 11. 10.

Ant. 7. c. Tradidérunt córpora sua, ne servírent, & ne adorárent omnem deum, excépto Deo suo. *Dan.* 3. 95.

℣. Multæ tribulatiónes justórum; ℟. Et de ómnibus his liberábit eos Dóminus. *Ps.* 33. 20.

Lectiones ut in Proprio Sanctorum.

℟. *jv.* Tanquam aurum in fornáce * Probávit illos Deus, & quasi holocaústi hóstiam accépit illos. *Sap.* 3. 6. ℣. Ludíbria & vérbera expérti, ínsuper & víncula & cárceres. *Hebr.* 11. 36. * Probávit.

℟. *v.* Noluérunt infríngere legem Dei sanctam, & * Trucidáti sunt. 1. *Mach.* 1. 66. ℣. Egéntes, angustiáti, afflícti, quibus dignus non erat mundus. *Hebr.* 11. 37. 38. * Trucidáti.

℟. *vj.* Et si coram homínibus torménta passi sunt, * Spes illórum immortalitáte plena est. *Sap.* 3. 4. ℣. In multo experiménto

iónis, abundántia
ipsórum fuit. 2. Cor.
Spes. Glória. * Spes.
I. NOCTURNO.
4. A. Módico nunc
sustentáto, sub te-
to ætérnæ vitæ effé-
it. 2. Mach. 7. 36.
7. d. Agnus qui in
throni est, reget illos,
ícet eos ad vitæ fon-
árum. Apoc. 7. 17.
1. D. Accípient re-
lecóris, & diadéma
de manu Dómini.
17.
alvábit eos Dómi-
. Quia speravérunt
Ps. 36. 40.
Lectiones cum Evan-
& Homilia, ut in
Sanctorum.
iij. Venit Antíquus
, & judícium dedit
s Excélsi; * Et tem-
vénit, & regnum ob-
int Sancti. Dan. 7.
Non dilexérunt áni-
as usque ad mortem.
12. 11. * Et tempus.
iij. Visi sunt óculis
ntium mori; & *
áta est afflíctio, éxi-
órum; & quod à no-
iter, extermínium;
em sunt in pace. Sap.
. ℣. Beáti qui perse-
em patiúntur propter
m: quóniam ipsó-
t regnum cœlórum.
. 5. 10. * Æstimáta.
. Vitam illórum æsti-
nus insániam, & fi-
lórum finè honóre:
quómodo computá-
ti sunt inter fílios Dei, & inter Sanctos sors illórum est! Sap. 5. 4. 5. ℣. Nolíte amíttere confidéntiam vestram, quæ magnam habet remuneratiónem. Hebr. 10. 35. * Ecce. Glória. * Ecce. Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. Sacerdotalis. Non derelínquet Dóminus sanctos suos; ℟. In ætérnum conservabúntur. Ps. 36. 28.

Ant. 3. E. Qui própriâ voluntáte obtulístis vos discrímini, benedícite Dómino. Judic. 5. 9.

Ant. 4. a. Vobis donátum est pro Christo, non solùm ut in eum credátis, sed ut étiam pro illo patiámini. Philip. 1. 29.

Ant. 2. D. Rapínam bonórum vestrórum cum gáudio suscepístis, cognoscéntes vos habére meliórem & manéntem substántiam. Hebr. 10. 34.

Ant. 1. f. Credéntes.

CANTICUM. Sap. c. 3. v. 1. ad 8.

Gloria Martyrum celebratur.

JUstórum ánimæ in manu Dei sunt, * & non tanget illos torméntum mortis.

Visi sunt óculis insipiéntium mori; * & æstimáta est afflíctio éxitus illórum;

Et quod à nobis est iter, extermínium: * illi autem sunt in pace.

Et si coram homínibus

torménta passi sunt, * spes illórum immortalitáte plena est.

In paucis vexáti, in multis benè dispenéntur : * quóniam Deus tentávit eos, & invénit illos dignos se.

Tanquam aurum in fornáce probávit illos, & quasi holocaústi hóstiam accépit illos; * & in témpore erit respéctus illórum.

Fulgébunt Justi,* & tanquam scintíllæ in arundinéto discúrrent.

Judicábunt natiónes, & dominabúntur pópulis; * & regnábit Dóminus illórum in perpétuum.

Ant. Credéntes exultábitis lætítiâ inenarrábili & glorificátâ, reportántes finem fídei vestræ, salútem animárum. 1. *Petr.* 1. 8. 9.

Ant. 6. F. Cùm Christus apparúerit, vita vestra, tunc & vos apparébitis cum ipso in glória. *Coloss.* 3. 4.

CAPITULUM. *Apoc.* 6. 11.

DAtæ sunt illis síngulæ stolæ albæ; & dictum est illis, ut requiéscerent adhuc tempus módicum, donec compleántur consérvi eórum, & fratres eórum, qui interficiéndi sunt, sicut & illi.

HYMNUS. S. V.

QUAM, Christe, signásti viam
Primus, profúso sánguine,
Per hanc tui te fórtiter
Ducem sequúntur mílites,

FOSSUS manus, fossus pedes,
Ovans ad astra tránsvolas,
Et membra trunci Mártyres,
Addunt triúmpho se tuo.

OMNES in ostro spléndidi
Tuum tríbunal ámbiunt:
Accépta mostrant vúlnera,
Et per tot ora súpplicant.

AUDIRE si nos réspuis,
Quos críminum moles gravat,
Audi tuos, qui sánguinem
Fudére pro te, Mártyres.

FAC, si tyránnus déficit,
Ne blandiéndo mólliùs
Frangat volúptas péctora;
Ipsis tyránnis sævior.

ÆTERNE tu Verbi Pater,
Ætérne Fili, par Patri,
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

℣. Ad te, Dómine, clamavérunt; ℟. Et salvi facti sunt. *Ps.* 21. 6.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. Dedísti eos, Dómine, in manu hóstium suórum, & afflixérunt eos; & in témpore tribulatiónis suæ clamavérunt ad te, & tu de cœlo audísti. 2. *Esdr.* 9. 27.

Oratio.

EXaúdi nos, Dómine, Mártyrum tuórum *N.* & *N.* victórias celebrántes; ut córdibus ex eórum passióne succénsis, in lege tua fidéliter ambulémus; Per Dóminum.

Alia Oratio.

Artyris tui *N.* & Sociórum solémnia re-
ntes, súpplices te,
ine, deprecámur, ut
a caritáte radicáti &
íti, passiónes hujus
oris, glóriæ cœléstis
e, ánimo voléntí sumus; Per Dóminum.

D PRIMAM.

t. 3. E. Qui própriâ
itáte obtulístis vos dis-
ni, benedícite Dómi-
udic. 5. 9.

ITULUM. *Apoc.* 7.

I sunt qui venérunt
de tribulatióne ma-
, & lavérunt stolas
, & dealbavérunt eas
nguine Agni.

tera ut in Psalterio,
57. & 158.

D TERTIAM.

t. 4. a. Vobis doná-
est pro Christo, non
n ut in eum credátis,
t étiam pro illo pa-
ni. *Philip.* 1. 29.

ITULUM. *Sap.* 10.

Eddidit Deus justis
mercédem labórum
m, & dedúxit illos
a mirábili; & fuit il-
n velaménto diéi, &
ce stellárum per no-
.

breve. Probásti nos,
, * Igne nos exami-
. ℟. Probásti. ℣. Si-
xaminátur argéntum.
e. Glória. ℟. Probásti,
5. 10.

℣. Salvásti nos de affligéntibus nos; ℟. Et odiéntes nos confudísti. *Ps.* 43. 8.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Rapínam bonórum vestrórum cum gaúdio suscepístis, cognoscéntes vos habére meliórem & manéntem substántiam. *Hebr.* 10. 34.

CAPITULUM. *Apoc.* 7. 15. 16.

Qui sedet in throno, habitábit super illos; non esúrient, neque sítient ámpliùs: nec cadet super illos sol, neque ullus æstus.

℟. *breve.* Propter te, Dómine, * Mortificámur totâ die. ℟. Propter. ℣. Æstimáti sumus sicut oves occisiónis. * Mortificámur. Glória. ℟. Propter. *Ps.* 43. 22.

℣. Clamavérunt Justi; ℟. Et Dóminus exaudívit eos. *Ps.* 33. 18.

AD NONAM.

Ant. 6. F. Cùm Christus apparúerit, vita vestra, tunc & vos apparébitis cum ipso in glória. *Coloss.* 3. 4.

CAPITULUM. *Apoc.* 21. 4.

ABstérget Deus omnem lácrymam ab óculis eórum: & mors ultrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà, quia prima abiérunt.

℟. *breve.* Eúntes * Ibant & flebant. ℟. Eúntes. ℣. Mitténtes sémina sua. * Ibant. Glória ℟. Eúntes. *Ps.* 125. 6.

Sed sacrum jussus, Dómino vocánte,
Sumpsit honórem.

STRENUUM bello púgilem, supérni
Chrísmatis pleno tuus unxit intùs
Spíritus cornu; posuítque sanctam
Páscere gentem.

FIT gregis pastor, pater atque forma:
Omnium curas levat & labóres;
Lætus impéndit sua séque; cunctis
Súfficit unus.

PRO reis orat, réficit geméntes,
Erigit lapsos, tenebrásque pellit;
Fit potens verbo, docet alta, pravum
Cónterit hostem.

FAC ut illíus précibus juvémur,
Christe, fac Patrem, paritérque tecum
Spíritum, jugi celebrémus hymno
Omne per ævum.
Amen.

℣. Beátus quem elegísti & assumpsísti, Dómine; ℟. Inhabitábit in átriis tuis. *Ps.* 64. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Ipsum elégit Dóminus ab omni vivénte, offérre sacrifícium Deo, incénsum, & bonum odórem, in memóriam placáre pro pópulo suo. *Eccli.* 45. 20.

Oratio ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

COMPLETORIUM *habetur post secundas Vesperas.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Christum pastórum Príncipem, * Veníte, adorémus. 1. *Petr.* 5. 4.

Psalmus, Veníte, *p.* 2.

HYMNUS. S. V.

CHRISTE, decréto Patris institútus
Póntifex summo, tibi segregátos
Ponis & formas pópulis regéndis
Ipse minístros.

HUNC juvat festo celebráre cantu,
Qui, licèt magnis méritis corúscans,
Sumpsit invítus, trepidánte dextrâ,
Pondus honóris.

NOVERAT quantis páteat períclis
Ille, qui summos ápices adéptus,
Omnium curas, sibi raptus uni,
Sústinet omnes.

FECERAT fervens amor inquiétum:
Quò gregis cari pia cura poscit,
Advolat promptus; mora non eúntem
Ulla retárdat.

DUX iter, vitâ præeúnte, monstrat;
Cómprobat factis sua dicta magnis;
Et domum sanctam benè olénte Christi
Implet odóre.

Lux erat cœco, cólumen labánti,
Una spes lapso, mísero levámen,
Próvidus cunctis pater, omnibúsque
Omnia factus.
Christe, pastórum bonus ipse Pastor,
Qui greges pascis próprio cruóre,
Fac ut ætérnæ súbeant opíma
Páscua vitæ. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Dedit illi Deus in præcéptis suis potestátem, in testaméntis judiciórum, docére Jacob testimónia, & in lege sua lucem dare Israël. *Eccli.* 45. 21.

Ant. 2. D. Dedit illi coràm præcépta, & legem vitæ & disciplínæ, docére Jacob testaméntum suum, & judícia sua Israël. *Eccli,* 45. 6.

Ant. 3. c. Coróna aúrea super mitram ejus, expréssa signo sanctitátis & glóriâ honóris. *Eccli.* 45. 14.

℣. Elégit Dóminus servum suum, ℟. Páscere hæreditátem suam. *Ps.* 77. 70. 71.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Hæc dicit Dóminus: * Elégi eum ex ómnibus tríbubus Israël mihi in Sacerdótem, ut ascénderet ad altáre meum, & adoléret mihi incénsum. 1. *Reg.* 2. 28. ℣. Non de ómnibus vobis dico: ego scio quos elégerim. *Joan.* 13. 18. * Elégi.

℟. *ij.* Speculatórem dedi te dómui Israël; * Aúdiens ergo ex ore meo sermónem, annuntiábis eis ex me. *Ezech.* 33. 7. ℣. In mente habe quáliter accéperis & audíeris, & serva. *Apoc.* 3. 3. * Aúdiens.

℟. *iij.* Cùm párvulus esses in óculis tuis, * Caput in tríbubus Israël factus es, unxítque te Dóminus. 1. *Reg.* 15. 17. ℣. Labóra sicut bonus miles Christi Jesu. 2. *Tim.* 2. 3. * Caput. Glória. * Caput.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. f. Invocávit Dóminum omnipoténtem, in oppugnándo hostes circumstántes úndique, in oblatióne Agni invioláti. *Eccli.* 46. 19.

Ant. 8. G. In omnì ópere dedit confessiónem Sancto & Excélso in verbo glóriæ. *Eccli.* 47. 9.

Ant. 2. D. Exquisívit omni modo exaltáre pópulum suum, & in diébus ejus prosperátum est in mánibus ejus. 1. *Mach.* 14. 35. 36.

℣. Véritas mea & misericórdia mea cum ipso; ℟. Et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. *Ps.* 88. 25.

Lectiones ut in Proprio Sanctorum.

℟. *jv.* Rectórem te posuérunt? noli extólli; * Esto in illis quasi unus ex ipsis; curam illórum habe. Eccli.

32. 1. 2. ℣. Seniórem ne increpáveris, sed óbsecra ut patrem, júvenes ut fratres, anus ut matres, juvénculas ut soróres. 1. *Tim.* 5. 1. 2. * Esto.

℟. *v.* Quia incidísti in manum próximi tui, * Discúrre, festína, súscita amícum tuum, ne déderis somnum óculis tuis. *Prov.* 6. 3. 4. ℣. Prǽdica verbum, insta opportúnè, importúnè, árgue, óbsecra, íncrepa, in omni patiéntia & doctrína. 2. *Tim.* 4. 2. * Discúrre.

℟. *vj.* Accéde ad altáre, & ímmola pro peccáto tuo: * Offer holocaústum, & deprecáre pro te & pro pópulo. *Levit.* 9. 7. ℣. Debet Póntifex, quemádmodum pro pópulo,ità etiam & pro semetípso offérre pro peccátis. *Hebr.* 5. 3. * Offer. Glória. * Offer.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Non recédet memória ejus, & nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem. *Eccli.* 39. 13.

Ant. 3. *a.* In vita sua suffúlsit domum, & in diébus suis corroborávit templum. *Eccli.* 50. 1.

Ant. 7. c. Sapiéntiam ejus enarrábunt gentes, & laudem ejus enuntiábit Ecclésia. *Eccli.* 39. 14.

℣. Salvum fecit Dóminus christum suum; ℟. Exaúdiet illum de cœlo sancto suo. *Ps.* 19. 7.

Duæ Lectiones cum Evangelio & Homilia, ut in Proprio Sanctorum.

℟. *vij.* Super spéculam Dómini ego sum, stans júgiter per diem: * Et super custódiam meam ego sum, stans totis nóctibus. *Is.* 21. 8. ℣. Nocte & die non cessávi, cum lácrymis monens unumquémque vestrûm. *Act.* 20. 31. * Et super.

℟. *viij.* Absit à me hoc peccátum in Dóminum, ut cessem oráre pro vobis, * Et docébo vos viam bonam & rectam. 1. *Reg.* 12. 23. ℣. Cùm liber essem ex ómnibus, ómnium me servum feci, ut plures lucrifácerem. 1. *Cor.* 9. 19. * Et docébo.

℟. *jx.* Quasi stella matutína in médio nébulæ, & quasi luna plena in diébus suis lucet, & quasi sol refúlgens, * Sic ille effúlsit in templo Dei. *Eccli.* 50. 6. 7. ℣. Sicut sol lucet in virtúte sua. *Apoc.* 1. 16. * Sic ille. Glória. * Sic ille.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Justítia ejus manet in séculum séculi; ℟. Cornu ejus exaltábitur in glória. *Ps.* 111. 9.

Ant. 3. c. Deus patrum nostrórum præordinávit te, ut cognósceres voluntátem ejus, & vidéres Justum, & audíres vocem ex ore ejus. *Act.* 22. 14.

Ant. 7. d. Cadat orátio nostra in conspéctu tuo, & ora pro nobis ad Dóminum Deum tuum. *Jer.* 42. 2.

Ant. 2. D. Nominábitur tibi nomen tuum à Deo in sempitérnum; Pax justítiæ, & honor pietátis. *Bar.* 5. 4.

Ant. 5. a. Ora.

CANTICUM. *Eccli. c.* 50. *v.* 12. *ad* 17.

Pontificis encomium.

SAcérdos magnus in ascénsu altáris sancti, * glóriam dedit sanctitátis amíctum.

In accipiéndo autem partes de manu Sacerdótum, * & ipse stans juxta aram.

Et circa illum coróna fratrum, * quasi plantátio cedri in monte Líbano.

Sic circa illum stetérunt quasi rami palmæ, * & omnes fílii Aaron in glória sua.

Oblátio autem Dómini in mánibus ipsórum, * coram omni synagóga Israël:

Et consummatióne fungens in ara, * amplificáre oblatiónem excélsi Regis.

Porréxit manum suam in libatióne, * & libávit de sánguine uvæ.

Effúdit in fundaménto altáris odórem divínum * excélso Príncipi.

Ant. Ora pro servis tuis ad Dóminum Deum tuum, ut non moriámur. 1. *Reg.* 12. 19.

Ant. 4. a. Circúmdabit te Deus diplóide justítiæ, & impónet mitram cápiti honóris ætérni. *Bar.* 5. 2.

CAPITULUM. *Eccli.* 45. 19.

FActum est illi in testaméntum ætérnum, & sémini ejus sicut dies cœli, fungi sacerdótio, & habére laudem, & glorificáre pópulum suum in nómine ejus.

HYMNUS. G. S.

JESU, Sacerdótum decus,
In hac die quâ glóriâ
Sanctum corónas Prǽsulem,
Votis adésto súpplicum.

SUI probátus prǽmium
Amóris, & pignus tui,
A Patre tráditos tibi,
Accépit agnos páscere.

HOS novit, & præit vocans
In tuta quemque páscua;
Victúmque præbet: áudiunt,
Sequúntur, & vivunt oves.

QUAM sentit errántem, jugis
Hanc nocte quærit ac die,
Et gaudet invéntam suo
Pórtans ovíli réddere.

ARCET freméntes béstias;
Lupi retúndit ímpetus,
Dolósque fallit, vel mori
Caro parátus pro grege.

OFFERT frequéntem víctimam
Cum plebe Pastor ínnocens;
Secúmque devótum gregem
Pius Sacérdos ímmolat.

SUPREME, Christe, Póntifex,
Jugis tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,

In sempitérna sécula. Amen.

℣. Glóriâ & honóre coronásti eum, Dómine; ℟. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. *Ps.* 8. 6. 7.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. Dómine, propter fámulum tuum juxta cor tuum fecísti omnem magnificéntiam hanc, & nota esse voluísti univérsa magnália. 1. *Par.* 17. 19.

Oratio.

DIrige oves tuas, Dómine, in viam salútis ætérnæ, quam beáti Pontíficis *N.* vita cum doctrína monstrávit: & fac nos eódem intercedénte, sic ejus súbsequi vestígia, ut cum ipso coronári mereámur; Per Dóminum.

Alia Oratio.

DA Ecclésiæ tuæ, misé- ricors Deus, ut mérita sancti Epíscopi *N.* pietátem tuam pro ipsa semper exórent, & fructum in nobis labórum ejus custódiant; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 3. c. Deus patrum nostrórum præordinávit te, ut cognósceres voluntátem ejus, & vidéres Justum, & audíres vocem ex ore ejus. *Act.* 22. 14.

CAPITULUM. *Hebr.* 5. 4.

NEc quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocátur à Deo tanquam Aaron.

Cætera ut in Psalterio, *p.* 157. & 158.

AD TERTIAM.

Ant. 7. d. Cadat orátio nostra in conspéctu tuo, & ora pro nobis ad Dóminum Deum tuum. *Jer.* 42. 2.

CAPITULUM. *Hebr.* 5. 1.

OMnis Póntifex ex homínibus assúmptus, pro homínibus constitúitur in iis quæ sunt ad Deum, ut ófferat dona & sacrifícia pro peccátis.

℟. *breve.* Introíbo * Ad altáre Dei. ℟. Introíbo. ℣. Ad Deum qui lætíficat juventútem meam. * Ad altáre. Glória. ℟. Introíbo. *Ps.* 42. 4.

℣. Altária tua, Dómine virtútum; ℟. Rex meus & Deus meus. *Ps.* 83. 4.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Nominábitur tibi nomen tuum à Deo in sempitérnum; Pax justítiæ, & honor pietátis. *Bar.* 5. 4.

CAPITULUM. *Eccli.* 45. 8.

STátuit ei Dóminus testaméntum ætérnum, & dedit illi sacerdótium gentis, & beatificávit illum in glória.

℟. *breve.* Immolávi * In tabernáculo ejus. ℟. Immolávi. ℣. Hóstiam vociferatiónis. * In. Glória. ℟. Immolávi. *Ps.* 26. 6.

℣. In Sancto appárui tibi, Dómine, ℟. Ut vidérem virtútem tuam & glóriam tuam. *Ps.* 62. 3.

AD NONAM.

Ant. 4. a. Circúmdabit

te Deus diplóide justítiæ, & impónet mitram cápiti honóris ætérni. *Bar.* 5. 2.

CAPITULUM. 1. *Mach.* 14. 4.

QUæsívit bona genti suæ, & plácuit illis potéstas ejus, & glória ejus ómnibus diébus.

℞. *breve.* Pavit eos * In innocéntia cordis sui. ℞. Pavit. ℣. Et in intelléctibus mánuum suárum dedúxit eos. * In innocéntia. Glória. ℞. Pavit. *Ps.* 77. 72.

℣. Dedúxit eos in viam rectam; ℞. Ut irent in civitátem habitatiónis. *Ps.* 106. 7.

AD VESPERAS.

Ant. 1. f. Laudémus viros gloriósos & paréntes nostros in generatióne sua. *Eccli.* 44. 1.

Ant. 2. D. Multi hómines misericórdes vocántur; virum autem fidélem quis invéniet? *Prov.* 20. 6.

Ant. 7. d. Illi viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt. *Eccli.* 44. 10.

Ant. 1. a. Córpora ipsórum in pace sepúlta sunt; & nomen eórum vivit in generatiónem & generatiónem. *Eccli.* 44. 14.

Ant. 6. F. In terra sua duplícia possidébunt; lætítia sempitérna erit eis. *Is.* 61. 7.

CAPITULUM. *Hebr.* 13. 17.

OBedíte præpósitis vestris, & subjacéte eis: ipsi enim pervígilant, quasi ratiónem pro animábus vestris redditúri, ut cum gaúdio hoc fáciant, & non geméntes.

HYMNUS.

SEDIBUS, Præsul, súperis recépte,
Advola terris: sacra te repóscunt,
Nostra dum cantu tibi dedicáto
Templa resúltant.

PRO Deo vitam cúpidus pacísci,
Otium durus tibi denegásti;
Prælium Christi benè præliári
Una volúptas.

SI reis vindex minitátur ira,
Súpplici defers prece vim Tonánti:
Et Deum, jugis grege pro tuéndo
Víctima, placas.

ERUDIS, vitâ præeúnte, Clerum;
Légibus sacris pópulum coérces:
Quas Deus dotes dedit, ad salúbrem
Cóntrahis usum.

LAUDE non unâ, memoránde Præsul,
Nos ama patris stúdio benígni;
Et laborántem médiis perículis
Dírige plebem.

CHRISTE, pastórum bonus ipse Pastor,
Qui greges pascis próprio cruóre,

Fac ut ætérnæ súbeant opíma.
Páscua vitæ. Amen.
℣. Sacerdótes Sion índuam salutári; ℟. Et sancti ejus exultatióne exultábunt. *Ps.* 131. 16.
Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Nomen eórum permáneat in ætérnum, pérmanens ad fílios illórum sanctórum virórum glória. *Eccli.* 46. 15.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 7. c. Lex veritátis fuit in ore ejus, & iníquitas non est invénta in lábiis ejus. *Malach.* 2. 6.
Hymnus conveniens.
CAPITULUM. 1. *Tim.* 4. 8. 9.
PIetas ad ómnia útilis est, promissiónem habens vitæ quæ nunc est, & futúræ. Fidélis sermo, & omni acceptióne dignus.
℟. *breve.* In manus, *p.*163.
Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 1. f. Induit eum Dóminus stolam glóriæ, & coronávit eum in vasis virtútis. *Eccli.* 45. 9.
Oratio & cætera omnia, ut in Psaltterio, p. 164.

COMMUNE
UNIUS SANCTI DOCTORIS.

IN I. VESPERIS.
Antiphona 1. *toni* f.
BEátus vir qui in sapiéntia morábitur, & qui in justítia sua meditábitur, & in sénsu cogitábit circumspectiónem Dei. *Eccli.* 14. 22.
Ant. 2. D. Cibábit illum Deus pane vitæ & intelléctûs, & aquâ sapiéntiæ salutáris potábit illum. *Eccli.* 15. 3.
Ant. 5. a. Denudábit abscónsa sua illi, & thesaurizábit super illum sciéntiam, & intelléctum justítiæ. *Eccli.* 4. 21.
Ant. 6. F. Ipse tanquam imbres mittet elóquia sapiéntiæ suæ; & in oratióne confitébitur Dómino. *Eccli.* 39. 9.
Ant. 8. G. Palàm fáciet disciplínam doctrínæ suæ, & in lege testaménti Dómini gloriábitur. *Eccli.* 39. 11.
CAPITULUM. *Prov.* 3. 13. 14. 15.
BEátus homo qui ínvenit sapiéntiam, & qui áffluit prudéntiâ; mélior est acquisítio ejus negotiatióne argénti, & auri primi & puríssimi fructus ejus: pretiósior est cunctis ópibus; & ómnia quæ desideránrur, huic non valent comparári.
In Duplicibus majoribus, & supra.
℟. In médio Ecclésiæ apériet os ejus, & * Adimplébit illum Dóminus spí-

ritu sapiéntiæ & intelléctûs. *Eccli.* 15. 5. ℣. Ut innotéscat Principátibus & Potestátibus in cœléstibus per Ecclésiam multifórmis sapiéntia Dei. *Eph.* 3. 10. * Adimplébit. Glória. * Adimplébit.

HYMNUS. S. V.

O Qui perpétuus nos mónitor doces,
Vox ætérna Patris, Christe, vicários
Doctóres, pátrias cùm rémeas domos,
Nobis quàm benè súppetis!

Hi semper vígilant, ne quid adúlterum
Corrúmpat fídei virgíneum decus:
Lædi vel léviter non pátitur fides,
His custódibus íntegra.

Infames ábolent rellíquias deûm;
Erróres ábigunt, crímina dédocent;
Christo restítuunt quos malè crédulos
Mendax lúserat hǽresis.

Patrum canítiem, tot venerábiles
Rugas objíciunt, unde nitet fides:
Quæ sunt prisca, docent; quæ nova, súbruunt;
Servant depósitum Dei.

Sit supréma tibi glória, Véritas,
Quæ per scripta Patrum, quando foris sonas,
Nullo vocis egens, corda doces, sono,
Et te méntibus ínseris.
Amen.

℣. Beátus homo quem tu erudíeris, Dómine; ℟. Et de lege tua docúeris eum. *Ps.* 93. 12.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *F.* Qui docti fúerint, fulgébunt quasi splendor firmaménti, & qui ad justítiam erúdiunt multos, quasi stellæ in perpétuas æternitátes. *Dan.* 12. 3.

Oratio ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

Completorium *habetur post secundas Vesperas.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Fontem sapiéntiæ Verbum Dei in excélsis, * Veníte, adorémus. *Eccli.* 1. 5.

Psalmus, Veníte, p. 2.

HYMNUS.

O Qui pro grégibus das ánimam tuis,
Alto consílio quàm benè próvidos
Caro ponis ovíli,
Quos tu, Christe, vocas duces!

Hi justo pópulos judício regunt;
Hi de fonte bibunt quem sítiunt Deum;
Et de Númine pleni
In nos hi superéffluunt.

Hi dum corda sacris légibus ímbuunt,
Discússis ténebris, stat fídei decus;
Sese pandit apérta,
Toto lúmine, véritas.

Facti forma, Deo

quem páriunt, gregis,
Quæ sermóne docent,
móribus éxprimunt;
Cum mulcent, amor
urget;
Cum damnant, amor
árguit.
NUSQUAM lenta tenent
ótia désides:
Noctes atque dies invígi-
lant agro,
Subrépens inimícus,
Ne zizánia séminet.
QUAS erráre vident à
grege dévias,
Cauté sollíciti, per juga
móntium,
Per desérta, requírunt,
Et portant húmeris oves.
TOT qui constítuit lú-
mina, laus Patri
Doctórum cápiti, laus
quoque Fílio;
Qui pinguédine mentes
Ungis, laus tibi, Spíri-
tus. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Os prudéntis quæritur in Ecclésia, & verba illíus cogitábunt in córdibus suis. *Eccli.* 21. 20.

Ant. 2. D. In corde prudéntis requiéscit sapiéntia, & indóctos quosque erúdiet. *Prov.* 14. 33.

Ant. 4. f. Sciéntia sapiéntis tanquam inundátio abundábit, & consílium illíus sicut fons vitæ pérmanet. *Eccli.* 21. 16.

℣. Fac, Dómine, erudítos corde, ℟. In sapiéntia. *Ps.* 89. 12.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Sápiens cor suum tradet ad vigilándum dilúculo ad Dóminum qui fecit illum, * Et in conspéctu Altíssimi deprecábitur. *Eccli.* 39. 6. ℣. Bonus homo de bono thesaúro cordis sui profert bonum. *Luc.* 6. 45. * Et in.

℟. *ij.* Sápiens apériet os suum in oratióne, & pro delíctis suis deprecábitur; * Si enim Dóminus magnus volúerit, spíritu intelligéntiæ replébit illum. *Eccli.* 39. 7. 8. ℣. Póstulet in fide nihil hæsitans. *Jac.* 1. 6. * Si enim.

℟. *iij.* Sapiéntiam ómnium antiquórum exquíret sápiens, & * In Prophétis vacábit. *Eccli.* 39. 1. ℣. Prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de Dómino Jesu Christo. *Act.* 28. 31. * In Prophétis. Glória. * In Prophétis.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. *d.* Vóluit & ipse scríbere áliquid horum quæ ad doctrínam & sapiéntiam pértinent. *Prolog. Eccli.*

Ant. 1. a. Quæsívit verba utília, & conscrípsit sermónes rectíssimos, ac veritáte plenos. *Eccle.* 12. 10.

Ant. 3. *a.* Gubernávit ad Dóminum cor ipsíus, & in diébus peccatórum corroborávit pietátem. *Eccli.* 49. 4.

℣. Narrábo nomen tuum, Dómine, frátribus meis;

℟. In médio Ecclésiæ laudábo te. Ps. 21. 23.

Lectiones ut in Proprio Sanctorum.

℟. jv. Optávi, & datus est mihi sensus; & invocávi, & venit in me spíritus sapiéntiæ, & * Præpósui illam regnis & sédibus. Sap. 7. 7. 8. ℣. Exístimo ómnia detriméntum esse propter eminéntem sciéntiam Jesu Christi. Philip. 3. 8. * Præpósui.

℟. v. Lætátum est cor meum in sapiéntia: ambulávit pes meus iter rectum; * A juventúte mea investigábam eam. Eccli. 51. 20. ℣. Non in persuasibílibus humánæ sapiéntiæ verbis, sed in ostensióne spíritûs & virtútis. 1. Cor. 2. 4. * A juventúte.

℟. vj. Inextinguíbile est lumen sapiéntiæ: * Venérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa. Sap. 7. 10. 11. ℣. Per Spíritum datur sermo sapiéntiæ. 1. Cor. 12. 8. * Venérunt. Glória. * Venérunt.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Implévit eum Dóminus Spíritu Dei, sapiéntiâ, & intelligéntiâ, & sciéntiâ, & omni doctrínâ. Exod. 35. 31.

Ant. 4. A. In fraude circumveniéntium illum, áffuit illi sapiéntia, & honéstum fecit illum. Sap. 10. 11.

Ant. 7. G. Collaudábunt multi sapiéntiam ejus, & usque in séculum non delébitur. Eccli. 39. 12.

℣. Bonum mihi lex oris tui, Dómine, ℟. Super míllia auri & argénti. Ps. 118. 72.

Duæ Lectiones cum Evangelio & Homilia, ut in Proprio Sanctorum.

℟. vij. Restítuit ipse fratres suos, & * Expugnávit inimícos Israël ab eis. 1. Mach. 14. 26. ℣. Enutrítus verbis fídei & bonæ doctrínæ. 1. Tim. 4. 6. * Expugnávit.

℟. viij. In lege Dómini congregatiónem judicávit, & vidit Deus Jacob; & * In fide sua probátus est Prophéta. Eccli. 46. 17. ℣. Doctor géntium in fide & veritáte. 1. Tim. 2. 7. * In fide.

℟. jx. A Deo proféctá est sapiéntia; * Sapiéntiæ enim Dei astábit laus, & in ore fidéli abundábit. Eccli. 15. 10. ℣. Si quis volúerit voluntátem ejus fácere, cognóscet de doctrína utrùm ex Deo sit. Joan. 7. 17. * Sapiéntiæ. Glória. * Sapiéntiæ.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Scrutábor legem tuam, Dómine, ℟. Et custódiam illam in toto corde meo. Ps. 118. 34.

Ant. 1. g. Erudítus es in juventúte tua, & implétus es quasi flumen, sapiéntiâ. Eccli. 47. 15. 16.

Ant. 7. d. Sicut érudit filium suum homo, sic Dóminus Deus tuus erudívit te. *Deut.* 8. 5.

Ant. 5. a. Sápiens es, sicut habet sapiéntiam Angelus Dei, ut intélligas ómnia. 2. *Reg.* 14. 20.

Ant. 2. D. Ad ínsulas.

CANTICUM. *Eccli. c.* 15. v. 3. *ad* 6.

Fons & præmium doctrinæ.

Cibabit illum Deus pane vitæ & intelléctûs, * & aquâ sapiéntiæ salutáris potabit illum:

Et firmábitur in illo, & non flectétur; * & continébit illum, & non confundétur:

Et exaltábit illum apud próximos suos, * & in médio Ecclésiæ apériet os ejus:

Et adimplébit illum spíritu sapiéntiæ & intelléctûs, * & stolâ glóriæ véstiet illum.

Jucunditátem & exultatiónem thesaurizábit super illum, * & nómine ætérno hæreditábit illum.

Ant. Ad ínsulas longè divulgátum est nomen tuum, & diléctus es in pace tua. *Eccli.* 47. 17.

Ant. 3. *a.* Beáti servi tui, qui stant coram te semper, & aúdiunt sapiéntiam tuã. 3. *Reg.* 10. 8.

CAPITULUM. *Jac.* 3. 17.

Quæ desúrsùm est sapiéntia, primùm quidem pudíca est, deínde pacífica, modésta, suasíbilis, bonis consénitiens, plena misericórdiâ & fructibus bonis.

HYMNUS. S. V.

Vos, succénsa Deo
  spléndida lúmina:
Vos sal, nos hómines quo
  sápimus Deum;
Ævum, puri ánimo, móribus íntegri,
  Quo condímur in álterum.

Per vos Rellígio tútaque véritas,
  Per vos virgíneis fulget honóribus:
Per vos Christus amat
  pándere dívites
  Thesaúros sapiéntiæ.

Vestris unda fluit
  pura canálibus:
Christi floret ager, munda nitet seges:
Lac aptum púeris, & sólidum viris
  Cauti sufficitis cibum.

Hi sunt, summe Deus,
  qui tibi mílitant;
Hi sunt, qui stábiles ædíficant domos:
Unâ docta cohors arma tenet manu,
  Muros cónstruit álterâ.

Vicistis stýgias vos
  quibus hæreses,
Hæc nos accípimus tela superstites:
His pugnámus adhuc, nec dúbio éxitu,
  His armis quoque víncimus.

Sit supréma tibi glória, Véritas,
Quæ per scripta Patrum, quando foris sonas,

Nullo vocis egens, corda doces, sono,
Et te méntibus ínseris. Amen.

℣. Ignítum, Dómine, elóquium tuum vehemén- ter; ℟. Et servus tuus diléxit illud. *Ps.* 118. 140.

Ad Benedíctus, *Ant.* 4. f. Perféctio tua, Dómine, & doctrína tua viro sancto tuo, quem probásti. *Deut.* 33. 8.

Oratio.

DEus, qui pópulo tuo beátum *N.* ætérnæ salútis minístrum tribuísti, præsta, ut quem Doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cœlis; Per Dóminum.

Alia Oratio.

EXcita, Dómine, in Ecclésia tua Spíritum, quo beátus *N.* servívit; ut eódem nos repléti, studeámus amáre quod amávit, & ópere exercére quod dócuit; Per Dóminum... in unitáte ejúsdem, &c.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g. Erudítus es in juventúte tua, & implétus es quasi flumen, sapiéntiâ. *Eccli.* 47. 15. 16.

CAPITULUM. *Sap.* 6. 15.

QUi de luce vigiláverit ad sapiéntiam, non laborábit; assidéntem enim illam fóribus suis invéniet.

Cætera ut in Psalterio, p. 157. *&* 158.

AD TERTIAM.

Ant. 7. d. Sicut érudit fílium suum homo, sic Dóminus Deus tuus erudívit te. *Deut.* 8. 5.

CAPITULUM. *Sap.* 7. 15. 16.

DEus sapiéntiæ dux est, & sapiéntium emendátor: in manu enim illíus, & nos, & sermónes nostri, & omnis sapiéntia, & óperum sciéntia, & disciplína.

℟. *breve.* Lex Dómini immaculáta, * Convértens ánimas. ℟. Lex. ℣. Testimónium Dómini fidéle. * Convértens. Glória. ℟. Lex. *Ps.* 18. 8.

℣. Justítiæ Dómini rectæ, ℟. Lætificántes corda. *Ps.* 18. 8.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Sápiens es, sicut habet sapiéntiam Angelus Dei, ut intélligas ómnia. 2. *Reg.* 14. 20.

CAPITULUM. 1. *Tim.* 1. 6. 7. 8.

QUidam aberrántes convérsi sunt in vanilóquium, voléntes esse legis doctóres, non intelligéntes, neque quæ loquúntur, neque de quibus affírmant. Scimus autem quia bona est lex, si quis eâ legítimè utátur.

℟. *breve.* Os justi * Meditábitur sapiéntiam. ℟. Os justi. ℣. Et lingua ejus loquétur judícium. * Meditábitur. Glória. ℟. Os justi. *Ps.* 36. 30.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus ; ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus. Ps. 36. 31.

AD NONAM.

Ant. 3. a. Beáti servi tui, qui stant coram te semper, & aúdiunt sapiéntiam tuam. 3. *Reg.* 10. 8.

CAPITULUM. *Prov.* 8. 33. 34.

AUdíte disciplínam, & estóte sapiéntes, & nolíte abjícere eam. Beátus homo qui audit me, & qui vígilat ad fores meas quotídie, & obsérvat ad postes óstii mei.

℟. *breve.* Judícia Dómini vera * Justificáta in semetípsa. ℟. Judícia. ℣. Desiderabília super aurum. * Justificáta. Glória. ℟. Judícia. *Ps.* 18. 10. 11.

℣. Servus tuus custódit ea ; ℟. In custodiéndis illis retribútio multa. *Ps.* 18. 12.

AD VESPERAS.

Ant. 8. G. Concupiscéntia sapiéntiæ dedúcit ad regnum perpétuum. *Sap.* 6. 21.

Ant. 6. F. Quæcúmque scripta sunt, ad nostram doctrínam scripta sunt. *Rom.* 15. 4.

Ant. 7. d. Non simus párvuli fluctuántes, & circumferámur omni vento doctrínæ. *Eph.* 4. 14.

Ant. 1. a. Qui bene præsunt Presbýteri, dúplici honóre digni habeántur ; máximè qui labórant in verbo & doctrína. 1. *Tim.* 5. 17.

Ant. 2. D. Qui moderátur sermónes suos, doctus & prudens est ; & pretiósi spíritûs vir erudítus. *Prov.* 17. 27.

CAPITULUM. 2. *Joan. v.* 9.

OMnis qui recédit, & non pérmanet in doctrína Christi, Deum non habet ; qui pérmanet in doctrína, hic & Patrem & Fílium habet.

HYMNUS. S. V.

JAm nunc, quæ númeras tot tibi víndices,
Effer sydéreum, Relígio, caput :
Quot sunt mota tibi prælia, nóbiles
Tot nectis tibi láureas.

CUm per mille neces impíetas furit,
Oppónis válido péctore Mártyres ;
Cùm per mille dolos décipit hæresis,
Doctóres tibi súscitas.

QUando sparsa lues úndique críminum,
Hi gliscens vítium prótinùs ámputant ;
Quando plúrima nox méntibus íncubat,
Hi plenum révehunt diem.

FIrmant instábiles, & dúbios regunt ;
Monstrant tuta procul líttora naúfragis ;
Nobis, qui véhimur cæca per æquora,
Lucent perpétuæ faces.

QUæ dixére tuis cónsona sénsibus,
Nostris illa, Deus, córdibus imprimas ;

Quos terris cólimus, quos séquimur duces,
Fac nos móribus ássequi.
SIT supréma tibi glória, Véritas,
Quæ per scripta Patrum, quando foris sonas,
Nullo vocis egens, corda doces, sono,
Et te méntibus ínseris.
Amen.

℣. Præcéptum Dómini lúcidum, ℟. Illúminans óculos. *Ps.* 18. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. F. Omnis Scriba doctus in regno cœlórum símilis est hómini patrifamílias, qui profert de thesaúro suo nova & vétera. *Matt.* 13. 52.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 8. G. Sápiens in pópulo hæreditábit honórem, & nomen illíus erit vivens in ætérnum. *Eccli.* 37. 29.

Hymnus conveniens.

CAPITULUM. *Sap.* 6. 16. 17.

COgitáre de sapiéntia, sensus est consummátus; & qui vigiláverit propter illam, citò secúrus erit, quóniam dignos seípsâ círcuit quærens.

℟. *breve.* In manus, p. 163.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 8. c. Qui fécerit & docúerit, hic magnus vocábitur in regno cœlórum. *Matt.* 5. 19.

Oratio & cætera omnia ut in Psalterio, p. 164.

COMMUNE UNIUS SANCTI PRESBYTERI.

IN I. VESPERIS.

Antiphona 7. toni d.

LOcútus est Dóminus ad Móysen, dicens: Tribum Levi noli numeráre, neque pones summam eórum cum fíliis Israël. *Num.* 1. 48. 49.

Ant. 6. F. Constítue eos super tabernáculum testimónii & cuncta vasa ejus, & quidquid ad cæremónias pértinet. *Num.* 1. 50.

Ant. 1. a. Ipsi ingrediéntur sanctuárium meum, & ipsi accédent ad mensam meam, ut minístrent mihi, & custódiant cæremónias meas. *Ezech.* 44. 16.

Ant. 3. a. Sérviant mihi pro Israël in tabernáculo fœderis; & orent pro eis, ne sit in pópulo plaga. *Num.* 8. 19.

Ant. 5. a. Qui habúerit máculam, non ófferet panes Deo suo, nec accédet ad ministérium ejus. *Levit.* 21. 17. 18.

CAPITULUM. *Ezech.* 44. 28.

NOn erit eis hæréditas; ego hæréditas eórum;

& possessiónem non dábitis eis in Israël; ego enim posséssio eórum.

In Duplicibus majoribus, & supra.

℟. Notum fáciet Dóminus qui ad se pertíneant, & * Sanctos applicábit sibi, & quos elégerit appropinquábunt ei. *Num.* 16. 5. ℣. Hi probéntur primùm, & sic minístrent nullum crimen habéntes. 1. *Tim.* 3. 10. * Sanctos. Glória. * Sanctos.

HYMNUS.

JAM satis fluxit cruor hostiárum,
Prístinæ cessent holocaústa Legis:
Christe, quos formas, melióra libant
Sacra Minístri.

ELICIT flammas Elias ab alto:
Mysta nunc major jubet; & poténti
Obsequens verbo, Deus astat aris,
Hóstia factus.

PINGUE libámen, novus & Sacérdos,
Orbe jam toto Deus immolátur:
Se manu nostrâ litat incruénto
Fúnere Christus.

TALE nil priscis pátribus tribútum,
Angelis nusquam data par potéstas:
Se manu nostrâ Deus ipse cunctis
Præbet in escam.

CHRISTE, fac semper tua sacra puro
Corde tractémus, manibúsque puris;
Cáritas aptos tua nos tremendis
Applicet aris.

LUMINIS splendor, Patris una proles,
Christe, te pronus venerétur orbis,
Qui Sacerdótes per amóris almi
Flamen inúngis.
Amen.

℣. Israël, non accípiam de domo tua vítulos, ℟. Neque de grégibus tuis hircos. *Ps.* 49. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. 2. Oblátio justi impínguat altáre, & odor suavitátis est in conspéctu Altíssimi. *Eccli.* 35. 8.

Oratio ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

COMPLETORIUM *habetur post secundas Vesperas.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Sacerdótem in ætérnum Jesum Christum, * Veníte, adorémus. *Hebr.* 5. 6.

Psalmus, Veníte, *p.* 2.

HYMNUS.

O TUA dignum pietáte munus!
Christe, cùm per te légitur Sacérdos
Ille, qui primum decus, & minístris
Reddit, & aris.

QUAM pavens, sanctas procul à tumúltu,

Cùm dapes Christi meditátur Agni,
In quibus manat sacer incruénto
Fúnere sanguis!

THURE fumántes quis hic inter aras?
Quanta majéstas sedet ore sancto!
Nec minùs fervent calefácta puris
Péctora flammis.

NEC sacrum durus sedet ad tríbunal:
Súblevat tristes miseráta casus
Cáritas, clemens, aliísque mater,
Dum sibi judex.

QUAS relaxávit, luit ipse noxæ
Innocens pœnas: aliéna culpa
Hunc reum fecit; piat acta largo
Non sua fletu.

LUMINIS splendor, Patris una proles,
Christe, te pronus venerétur orbis;
Qui Sacerdótes per amóris almi
Flamen inúngis.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 7. *c.* Operátus est bonum, & rectum, & verum coram Dómino Deo suo, in univérsa cultúra ministérii domûs Dómini. 2. *Par.* 31. 20. 21.

Ant. 1. a. Dóminus erat cum illo, & ómnia ópera ejus dirigébat. *Gen.* 39. 23.

Ant. 2. D. In cunctis ad quæ procedébat, sapiénter se agébat. 4. *Reg.* 18. 7.

℣. Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? ℟. Qui ingréditur sinè mácula. *Ps.* 14. 1. 2.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Adhæsit Dómino, & * Non recéssit à vestígiis ejus, fecítque mandáta ejus. 4. *Reg.* 18. 6. ℣. Homo iste justus & timorátus, expéctans consolatiónem Israël. *Luc.* 2. 25. * Non.

℟. *ij.* In terra gentes non hæreditábit, & * Pars non est illi in gente: Deus enim est pars ejus, & hæréditas. *Eccli.* 45. 27. ℣. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. *Joan.* 17. 16. * Pars.

℟. *iij.* Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis: & dedi ei timórem, & * Tímuit me; & à fácie nóminis mei pavébat. *Mal.* 2. 5. ℣. Non secúndùm legem mandáti carnális factus. *Hebr.* 7. 16. * Tímuit. Glória. * Tímuit.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3. *a.* Dedit in celebratiónibus decus, & ornávit témpora usque ad consummatiónem vitæ. *Eccli.* 47. 12.

Ant. 8. *g.* Obtulit holocaústa super altáre, odoratúsque est Dóminus odórem suavitátis. *Gen.* 8. 20. 21.

Ant. 4. f. Sancta glorificávit, & multiplicávit vasa sanctórum. 1. *Mach.* 14. 15. ℣. Sacrificáte sacrifícium justítiæ; ℟. Et speráte in Dómino. *Ps.* 4. 6.

Lectiones ut in Proprio Sanctorum.

℟. *jv.* Víctimam, & pro peccáto, & pro delícto ipsi cómedent: * Et omne votum in Israël ipsórum erit. *Ezech.* 44. 29. ℣. Qui in sacrário operántur, quæ de sacrário sunt, edunt. 1. *Cor.* 9. 13. * Et omne.

℟. *v.* Omnia libaménta ex ómnibus quæ offerúntur, sacerdótum erunt: & * Primitíva cibórum vestrórum dábitis sacerdóti, ut repónat benedictiónem dómui tuæ. *Ezech.* 44. 30. ℣. Qui altári desérviunt, cum altári partícipant. 1. *Cor.* 9. 13. * Primitíva.

℟. *vj.* Impléstis manus vestras Dómino; * Accédite, & offérte víctimas & laudes in domo Dómini. 2. *Par.* 29. 31. ℣. Superædificámini domus spirituális, sacerdótium sanctum. 1. *Petr.* 2. 5. * Accédite. Glória. * Accédite.

IN

III. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Confirmávit omnes húmiles pópuli sui & legem exquisívit, & ábstulit omnem iníquum & malum. 1. *Mach.* 14. 14.

Ant. 8. G. Fecit pacem super terram, & lætátus est Israël lætítiâ magnâ. 1. *Mach.* 14. 11.

Ant. 6. F. Miráti sunt in illo multi, & honoravérunt Deum. *Eccli.* 11. 13.

℣. Vidi prævaricántes, & tabescébam; ℟. Quia elóquia tua non custodiérunt. *Ps.* 118. 158.

Duæ Lectiones cum Evangelio & Homilia, ut in Proprio Sanctorum.

℟. *vij.* Avértit iram meá à fíliis Israël, quia zelo meo commótus est contra eos, * Ut non ipse delérem fílios Israël in zelo meo. *Num.* 25. 11. ℣. Justítiæ quæ per fidem est, hæres est institútus. *Hebr.* 11. 7. * Ut non.

℟. *viij.* Justórum sémita * Quasi lux splendens, procédit, & crescit usque ad perféctam diem. *Prov.* 4. 18. ℣. Sic lúceat lux vestra coram homínibus, ut vídeant ópera vestra bona. *Matt.* 5. 16. * Quasi.

℟. *jx.* Eritis mihi in pecúlium de cunctis pópulis; mea est enim omnis terra; & vos * Eritis mihi in regnum sacerdotále, & gens sancta. *Exod.* 19. 5. 6. ℣. Vos genus eléctum, regále sacerdótium, gens sancta. 1. *Petr.* 2. 9. * Eritis. Glória. * Eritis.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Domus

benedícite Dómi-
Domus Levi, bene-
Dómino. *Ps.* 134.

. c. Vir Dei es tu,
m Dómini in ore
m est. 3. *Reg.* 17.

. g. Docuísti mul-
manus lassas robo-
cillántes confirma-
ermónes tui, & gé-
néntia confortásti.
. 4.
7. *d.* Scriptus es in
témporum leníre
iam Dómini, con-
or patris ad fílium,
úere tribus Jacob.
8. 10.
5. a. Exémplum.
ICUM MALACH.
v. 5. *ad* 7.
tis & Sacerdotii
les celebrantur.
m meum fuit cum
itæ & pacis: * &
timórem, & tímuit
fácie nóminis mei
.
eritátis fuit in ore
& iníquitas non est
in lábiis ejus:
ce & in æquitáte
it mecum, * &
avértit ab iniqui-

enim Sacerdótis
nt sciéntiam; & le-
uírent ex ore ejus; *
gelus Dómini exer-
est.
Exémplum esto fi-
, in verbo, in con-
ne, in caritáte, in
fide, in castitáte. 1. *Tim.* 4. 12.

Ant. 7. G. Bonum depósitum custódi per Spíritum sanctum qui hábitat in nobis. 2. *Tim.* 1. 14.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 3. 7. 8.

Neque qui plantat, est áliquid, neque qui rigat; sed qui increméntum dat, Deus: qui autem plantat, & qui rigat, unum sunt: unusquísque autem própriam mercédem accípiet secúndùm suum labórem.

HYMNUS.

O SACERDOTUM veneránda jura!
Ceu vices Christi téneant, salútis
Arbitri, claudunt, reseréntque nobis
Atria cœli.

OMNE pendéntes scelus in statéra,
Cùm reum solvunt, Deus ipse solvit;
Cùm ligant sontem, Deus ipse sontis
Víncula nectit.

QUAM manus morbis ádhibent perítas!
Cùm secant, semper pia dextra cædit;
Cùm fovent, semper pia lenit ungens
Vúlnera dextra.

VERBA dum promunt, pópulus fidélis
Excipit vocem, cúpidus docéri;
Nempè divínæ sacra verba legis

Mente recóndunt.

Irruens prompti cohibére fulmen,
Stant ab advérso, Domi-
númque placant,
Víndices in nos quóties ab
alto
Dépluit iras.

Dum Sacerdótes tua sacra tractant,
Christe, fac sacris quibus
applicásti,
Cónsonent mores, populíque fiat
Forma sacérdos.

Luminis splendor, Patris una proles,
Christe, te pronus venerétur orbis,
Qui Sacerdótes per amóris
almi
Flamen inúngis.
Amen.

℣. Exáltent eum in ecclésia plebis; ℟. Et in cáthedra seniórum laudent eum. *Ps.* 106. 32.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. J. Dómine, sit auris tua atténdens ad oratiónem servi tui, & ad oratiónem servórum tuórum qui volunt timére nomen tuum. 2. *Esdr.* 1. 11.

Oratio.

Domine Deus omnípotens, qui fámulum tuum *N.* ut sacerdótio tibi fungerétur, à pópulo segregásti; præsta, quǽsumus, ut ejus exémpla sectántes, exhibeámus nos in ómnibus fidéles minístros, & prærogatívæ dignitátis studeámus adjúngere cúmulum sanctitátis; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 8. c. Vir Dei es tu, & verbum Dómini in ore tuo verum est. 3. *Reg.* 17. 24.

Capitulum. 2. *Tim.* 4. 5.

Vigila, in ómnibus labóra, opus fac Evangelístæ, ministérium tuum imple, sóbrius esto.

Cætera ut in Psalterio, p. 157. & 158.

AD TERTIAM.

Ant. 1. g. Docuísti multos, & manus lassas roborásti: vacillántes confirmavérunt sermónes tui, & génua treméntia confortásti. *Job.* 4. 3. 4.

Capitulum. 2. *Tim.* 2. 15. 16.

Sollícitè cura teípsum probábilem exhibére Deo, operárium inconfusíbilem, rectè tractántem verbum veritátis: profána autem & vanilóquia devita.

℟. *breve.* Veritátem tuam, Dómine, * Et salutáre tuum dixi. ℟. Veritátem. ℣. Non abscóndi misericórdiam tuam. * Et salutáre. Glória. ℟. Veritátem. *Ps.* 39. 11.

℣. Annuntiávi justítiam tuam, ℟. In ecclésia magna. *Ps.* 39. 10.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Scriptus es in judíciis témporum leníre iracúndiam Dómini, conciliáre cor patris ad filium;

stitúere tribus Jacob.
. 48. 10.
PITULUM. *Tit.* 2.
8.
ómnibus teípsum præ-
exémplum bonórum
um, in doctrína, in
gritáte, in gravitáte,
um sanum irreprehen-
, ut is qui ex advérso
vereátur, nihil habens
m dícere de nobis.
breve. Dabis eum,
line, * In benedictió-
℞. Dabis. ℣. In sécu-
séculi. * In benedi-
nem. Glória. ℞. Dabis.
o. 7.
Glóriâ & honóre
násti eum, Dómine;
t constituísti eum su-
ópera mánuum tuá-
Ps. 8. 6. 7.
D NONAM.
t. 7. G. Bonum de-
um custódi per Spíri-
sanctum qui hábitat in
. 2. *Tim.* 1. 14.
PITULUM. 1. *Tim.*
20. 21.
Epósitum custódi,
devítans profánas vo-
novitátes, & oppo-
nes falsi nóminis scién-
, quam quidam pro-
éntes, circa fidem exci-
nt.
breve. Beátus vir qui
ábiit * In consílio im-
m. ℞. Beátus. ℣. Et
a peccatórum non ste-
In consílio. Glória.
eátus. *Ps.* 1. 1.
Ad níhilum dedúctus
n conspéctu ejus ma-
lignus; ℞. Timéntes autem Dóminum gloríficat. *Ps.* 14. 4.

AD VESPERAS.

Ant. 8. G. Probáti sumus à Deo, ut crederétur nobis Evangélium. 1. *Thess.* 2. 4.

Ant. 2. D. Lóquimur, non quasi homínibus placéntes, sed Deo, qui probat corda nostra. 1. *Thess.* 2. 4.

Ant. 1. a. Glória nostra hæc est, testimónium consciéntiæ nostræ. 2. *Cor* 1. 12.

Ant. 1. D. Beáti servi illi, quos, cùm vénerit Dóminus, invénerit vigilántes. *Luc.* 12. 37.

Ant. 7. d. Præcínget se, & fáciet illos discúmbere, & tránsiens ministrábit illis, *Luc.* 12. 37.

CAPITULUM. 1. *Thess.* 2. 13.

FRatres, grátias ágimus Deo sine intermissióne, quóniam cùm accepissétis à nobis verbum audítûs Dei, accepístis illud, non ut verbum hóminum, sed, sicut est verè, verbum Dei, qui operátur in vobis qui credidístis.

HYMNUS.

QUANTIS micas honóribus,
Cœlo Sacérdos áddite,
Cùm, præmiórum pródigus,
Totum tibi dat se Deus!
PARTIS labóre plúrimo

Quot clarus es virtútibus,
Tot fulgurántem glóriâ
Ornant corónæ vérticem.

Quos parturísti Númini,
Te fílii nunc ámbiunt;
Tuóque lætis cántibus
Certant triúmpho plaúdere.

Christus tuum sit prǽmium,
Quem consecrásti víctimam;
Dehinc apérto Númine
Te pascet esca Cœlitûm.

Adhuc sacérdos, hóstiam
Gratam Deo, nos dévove;
Undíque mersos naúfragis,
Duc ad salútis líttora.

Jesu, Sacérdos máxime,
Jugis tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Dóminus pars hæreditátis meæ & cálicis mei.
℟. Tu es qui restítues hæreditátem meam mihi. *Ps.* 15. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 4. E. Hic est fratrum amátor, & pópuli Israël; hic est qui multùm orat pro pópulo. 2. *Mach.* 15. 14.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 7. c. Justítia nómine ætérno hæreditábit illum. *Eccli.* 15. 6.

Hymnus conveniens.

Capitulum. *Eccli.* 35. 9.

Sacrifícium justi accéptum est, & memóriam ejus non obliviscétur Dóminus.

℟. *breve.* In manus, *p.* 163.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. a. Dóminus ipse est hæréditas sacerdótum. *Deut.* 18. 2.

Oratio & cætera omnia ut in Psalterio, p. 164.

COMMUNE
UNIUS SANCTI ABBATIS,
VEL MONACHI.

IN I. VESPERIS.

Antiphona 1. *toni* D.

Ponet Dóminus desértum Sion quasi delícias, & solitúdinem ejus quasi hortum Dómini. *Is.* 51. 3.

Ant. 3. *a.* Gaúdium & lætítia inveniétur in ea, gratiárum áctio & vox laudis. *Is.* 51. 3.

Ant. 8. G. Germinábit sicut lílium, & erúmpet radix ejus ut Líbani; ibunt rami ejus, & erit quasi olíva glória ejus, & odor ejus ut Líbani; *Osee.* 14. 6. 7.

Ant. 5. a. In cubílibus in quibus priùs dracónes

bant, oriétur viror
i & junci: & erit ibi
ı & via, & via sancta
itur. Is. 35. 7. 8.
. 1. a. Exultábit so-
; & florébit quasi lí-
gérminans germiná-
: exultábit lætabúnda
ıdans. Is. 35. 1. 2.
ITULUM. Jer. 51. 6.
Igite de médio Baby-
ínis, & salvet unus-
ıe ánimam suam: no-
ıcére super iniquitá-
jus, quóniam tempus
ıis est à Dómino; vi-
dinem ipse retríbuet

Duplicibus majoribus,
pra.
Erit opus justítiæ pax,
cultus justítiæ silén-
, & secúritas usque
npitérnum. Is. 32. 17.
eus elégit nos in Chri-
te mundi constitutió-
ut essémus sancti &
culáti. Eph. 1. 4. * Et
ı. Glória. * Et cultus.
MNUS. S. V.
UA beándos glóriâ,
Miris, Deus, probas
modis,
dum lates, præséntior,
amántûm pásceris.
LOCUL remóti, súp-
plices
unt manus, & pá-
riam
ora, per suspíria,
ım salútant éxules.
sola mors cùm det
rui;
necant labóribus;
necant jejúniis,

Et, quâ licet, vellent mori.
QUAM, morte promptâ
férvidi
Emére palmam Mártyres,
Hic doctus in dies mori
Longo repórtat fúnere.
ÆTERNE tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

Si sit Abbas.

℣. Potens in terra erit semen ejus; ℟. Generátio rectórum benedicétur. Ps. 111. 2.

Ad Magníficat, *Ant.* 6 *F.* Multíplicans, inquit Dóminus, multiplicábo semen tuum, & non numerábitur præ multitúdine. *Gen.* 16. 10.

Oratio ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

Si non sit Abbas.

℣. Pinguéscent speciósa desérti; ℟. Et exultatióne colles accingéntur. Ps. 64. 13.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. Sedébit pópulus meus in pulchritúdine pacis, & in tabernáculis fidúciæ, & in réquie opulénta. Is. 32. 18.

Oratio ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

COMPLETORIUM *habetur post secundas Vesperas.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Jesum qui ductus est in desértum à Spíritu, * Veníte, adorémus. *Matt.* 4. 1.

Psalmus, Veníte, p. 2.

HYMNUS. S. V.

O PULCHRAS ácies, cástraque fórtia,
Quæ spes, una fides, unus amor regit!
Omnes lege sub una,
Uno sub duce mílitant.
HEU! quantis rápiunt astra labóribus!
Pulsant perpétuis quéstibus æthera;
Per jejúnia longa
Vires córporis átterunt.
VOTIS unánimes, vi quoque flétuum
Instant, & sócias ingéminant preces,
Et concórdibus armis
Vim cœlo simul ínferunt.
HÆC vis grata Deo; sic amat óptimus
Vinci per lácrymas, per gémitus, Pater:
Sic duris reserátur
Cœlum conditiónibus.
FERVENT quando die cuncta tumúltibus,
Altum turba silet; cætera dum tacent,
Hi per cántica rumpunt
Noctis longa siléntia.
EXERCET vígiles contínuus labor;
Incúmbunt óperi non résides manus;
Tellus culta colónis
Victum suppéditat suis.
QUIN regína suî mens quoque súbditur,
Rectoríisque studet nútibus óbsequi,
Nil servat sibi juris,
Capto libérior jugo.
ÆTERNUS sit honos ingénito Patri;
Sit par unígenæ glória Fílio;
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Expándit alas suas Dóminus, & assúmpsit eum, atque portávit in húmeris suis. *Deut.* 32. 11.

Ant. 7. d. Circumdúxit eum, & dócuit, & custodívit quasi pupíllam óculi sui. *Deut.* 32. 10.

Ant. 8. c. Dixit ad illum Deus: Exi de terra tua, & de cognatióne tua, & veni in terram quam monstrávero tibi. *Act.* 7. 3.

℣. Scápulis suis obumbrábit tibi Deus; ℟. Et sub pennis ejus sperábis. *Ps.* 90. 4.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Salva ánimam tuam: * Noli respícere post tergum, nec stes in omni circà regióne, sed in monte salvum te fac. *Gen.* 19. 17. ℣. Mundus totus in malígno pósitus est. 1. *Joan.* 5. 19. * Noli.

℟. *ij.* Sta in sorte propositiónis, & oratiónis altíssimi Dei: * In partes vade sǽculi sancti, cum vivis & dántibus confessiónem Deo. *Eccli.* 17. 24. 25. ℣. Omne quod est in mundo, concupiscéntia carnis est, & concupiscéntia oculórum, & supérbia

vitæ. 1. *Joan.* 2. 16. * In partes.

℟. *iij*. Egrédere de terra tua, & de cognatióne tua, & de domo patris tui, * Et veni in terram quam monstrábo tibi. *Gen.* 12. 1. ℣. Si vis perféctus esse, vade, vende quæ habes, & da paupéribus. *Matt.* 19. 21. * Et veni. Glória. * Et veni.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 2. *D.* dixit patri suo & matri suæ, Néscio vos, & frátribus suis, Ignóro vos. *Deut.* 33. 9.

Ant. 8. G. Non hábuit ánimi sui tristítiam, & non éxcidit à spe sua. *Eccli.* 14. 2.

Ant. 7. *d.* Abjécit vestiméntum suum à se, & indútus est sacco, & sedit in cínere. *Jon.* 3. 6.

℣. In umbra alárum tuárum sperábo, Dómine, ℟. Donec tránseat iníquitas. *Ps.* 56. 2.

Lectiones ut in Proprio Sanctorum.

℟. *jv*. Secésserat in desértum locum, ibíque inter feras * Vitam in móntibus cum suis agébat. 2. *Mach.* 5. 27. ℣. Mortificátus quidem carne, vivificátus autem spíritu. 1. *Petr.* 3. 18. * Vitam.

℟. *v*. De labóre mánuum suárum * Victum quem cónsequi póterat, deferébat. *Tob.* 2. 19. ℣. In omni oratióne & obsecratióne, cum gratiárum actióne. *Philip.* 4. 6. * Victum.

℟. *vj*. Opéruit cilício carnem suam, jejunavítque, & * Dormívit in sacco, & ambulávit demísso cápite. 3. *Reg.* 21. 27. ℣. In vigíliis multis, in fame & siti, in jejúniis multis. 2. *Cor.* 11. 27. * Dormívit. Glória. * Dormívit.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Erat cor unum & ánima una, nec quisquam eórum quæ possidébat, áliquid suum esse dicébat; sed erant illis ómnia commúnia. *Act.* 4. 32.

Ant. 1. a. Possessiónes & substántias vendébant, & dividébant illa ómnibus, próut cuíque opus erat. *Act.* 2. 45.

Ant. 6. F. Plorábant, & jejunábant, & orábant in conspéctu Dómini. *Bar.* 1. 5.

℣. Ecce quàm bonum & quàm jucúndum, ℟. Habitáre fratres in unum! *Ps.* 132. 1.

Duæ Lectiones cum Evangelio & Homilia, ut in Proprio Sanctorum.

℟. *vij*. Iter fecérunt per desérta quæ non habitabántur, * Et in locis desértis fixérunt casas. *Sap.* 11. 2. ℣. In solitudínibus errántes, in móntibus & spelúncis, & in cavérnis terræ. *Hebr.* 11. 38. * Et in.

℟. *viij*. Perdúxit eos Dóminus tanquam gregem in desérto, & * Eduxit eos in spe, & non timuérunt.

Ps. 77. 52. 53. ℣. Confiténtes quia peregríni & hóspites sunt super terram. *Hebr.* 11. 13. * Edúxit.

℟. *jx.* Reliquérunt quæcúmque habébant in civitáte: * Tunc descendérunt multi quæréntes judícium & justítiam in desértum. 1. *Mach.* 2. 28. 29. ℣. Grátia magna erat in ómnibus illis. *Act.* 4. 33. * Tunc. Glória. * Tunc.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Qui timent Dóminum, speravérunt in Dómino; ℟. Adjútor eórum & protéctor eórum est. *Ps.* 113. 11.

Ant. 1. g. In solitúdine, ipse vidísti, portávit te Dóminus Deus tuus, ut solet homo gestáre párvulum fílium suum. *Deut.* 1. 31.

Ant. 4. c. Dóminus Deus tuus ipse est ductor tuus, & non dimíttet, nec derelínquet te. *Deut.* 31. 6.

Ant. 5. a. Abundáre te fáciet Dóminus Deus tuus in cunctis opéribus mánuum tuárum. *Deut.* 30. 9.

Ant. 1. a. Edúxit.

CANTICUM JEREMIÆ

Thren. c. 3. *v.* 24. *ad* 28.

Quærentium Deum beatitudo.

PArs mea Dóminus, dixit ánima mea; * proptéreà expectábo eum.

Bonus est Dóminus sperántibus in eum, * ánimæ quærénti illum.

Bonum est præstolári cum siléntio * salutáre Dei.

Bonum est viro, * cùm portáverit jugum ab adolescéntia sua.

Sedébit solitárius, & tacébit, * quia levávit super se.

Ant. Edúxit rivos de petra duríssima, & cibávit te mannâ in solitúdine, quod nesciérunt patres tui. *Deut.* 8. 15. 16.

Ant. 8. g. Plenam mercédem recípias à Dómino Deo Israël, ad quem venísti, & sub cujus confugísti alas. *Ruth.* 2. 12.

CAPITULUM. *Hebr.* 13. 13. 14.

EXeámus ad Jesum extra castra impropérium ejus portántes, non enim habémus hîc manéntem civitátem, sed futúram inquírimus.

HYMNUS. S. V.

QUID tu, relíctis úrbibus,
Mortálium consórtia
Timens fugis? Quid tu vides,
Solúsque tecum cógitas?

MENTIS voláty líbero,
Percúrris ætérnas domos;
Et quæ negas mortálibus,
Transfers Deo commércia.

PRÆSENS choris cœléstibus,
Sacro quiétus ótio,
Totus tuéndo Númini,
Totus coléndo tu vacas.

QUAM pura, qui te díligunt,

O Christe;

O Christe, libant gaúdia! Te propter antris ábditos Sinu recóndis in tuo.
ÆTERNE tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

Si sit Abbas.

℣. Veníte, fílii, audíte me; ℟. Timórem Dómini docébo vos. *Ps.* 33. 12.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D. * Dedísti mihi, Dómine, clýpeum salútis tuæ, & mansuetúdo tua multiplicávit me. 2. *Reg.* 22. 36.

Oratio.

DEus, cujus múnere beátus *N.* Abbas, ut Christum Fílium tuum libériùs sequerétur, ómnia relíquit; da cunctis sémitam mandatórum tuórum ingréssis, ut nec retrò respíciant, nec in via hǽreant; sed ad te sinè offensióne currréntes, vitam ætérnam, ad quam vocáti sunt, apprehéndant; Per eúmdem Dóminum.

Si non sit Abbas.

℣. Ascensiónes in corde suo dispósuit, ℟. In valle lacrymárum. *Ps.* 83. 6. 7.

Ad Benedíctus, *Ant.* 4. E. Invenísti, Dómine, cor ejus fidéle coram te; & percussísti cum eo fœdus. 2. *Esdr.* 9. 8.

Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, terréna pro te calcántium merces magna nimis; da nobis exémplo & intercessióne beáti *N.* cujus solémnia celebrámus, temporália ómnia despícere, & ad ætérna totâ mentis intentióne festináre; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. *g.* In solitúdine, ipse vidísti, portávit te Dóminus Deus tuus, ut solet homo gestáre párvulum fílium suum. *Deut.* 1. 31.

CAPITULUM. *Ezech.* 34. 25. 26.

FAciam cum eis pactum pacis, & cessáre fáciam béstias péssimas de terra; & qui hábitant in desérto, secúri dórmient in sáltibus; & ponam eos in circúitu collis mei benedictiónem.

Cætera ut in Psalterio, p. 157. *&* 158.

AD TERTIAM.

Ant. 4. c. Dóminus Deus tuus ipse est ductor tuus, & non dimíttet, nec derelínquet te. *Deut.* 31. 6.

CAPITULUM. *Jer.* 17. 8.

ERit quasi lignum quod transplantátur super aquas, quod ad humórem mittit radíces suas: & non timébit cùm vénerit æstus.

℟. *breve.* Abscóndit me Dóminus * In tabernáculo suo. ℟. Abscóndit. ℣. In die malórum protéxit me. * In. Glória. ℟. Abscóndit. *Ps.* 26. 5.

℣. Fólium ejus non défluet; ℟. Et ómnia quæcúmque fáciet, prosperabúntur. *Ps.* 1. 3.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Abundáre te fáciet Dóminus Deus tuus in cunctis opéribus mánuum tuárum. *Deut.* 30. 9.

Capitulum. *Deut.* 32. 12. 13.

DOminus solus dux ejus fuit, & non erat cum eo deus aliénus; constítuit eum super excélsam terram, ut coméderet fructus agrórum.

℟. *breve.* Beáta gens * Cujus Dóminus Deus ejus. ℟. Beáta. ℣. Pópulus quem elégit in hæreditátem sibi. * Cujus. Glória. ℟. Beáta. *Ps.* 32. 12.

℣. Pinguéscent speciósa desérti, ℟. Et exultatióne colles accingéntur. *Ps.* 64. 13.

AD NONAM.

Ant. 8. g. Plenam mercédem recípias à Dómino Deo Israël ad quem venisti, & sub cujus confugísti alas. *Ruth.* 2. 12.

Capitulum. *Osee.* 2. 18.

PErcútiam cum eis fœdus in die illa, cum béstia agri, & cum vólucre cœli, & cum réptili terræ; & arcum, & gládium, & bellum cónteram de terra, & dormíre eos fáciam fiduciáliter.

℟. *breve.* Clamávi ad te, Dómine; * Dixi: Tu es spes mea. ℟. Clamávi. ℣. Pórtio mea in terra vivéntium. * Dixi. Glória. ℟. Clamávi. *Ps.* 141. 6.

℣. Fáciet Dóminus judícium ínopis, ℟. Et vindíctam paúperum. *Ps.* 139. 13.

AD VESPERAS.

Ant. 8. c. Quid prodest hómini, si mundum univérsum lucrétur, ánimæ verò suæ detriméntum patiátur? *Matt.* 16. 26.

Ant. 2. D. Qui in carne sunt, Deo placére non possunt. *Rom.* 8. 8.

Ant. 6. F. Qui sunt Christi, carnem suam crucifixérunt cum vítiis & concupiscéntiis. *Gal.* 5. 24.

Ant. 3. à. Qui dicit se in Christo manére, debet, sicut ille ambulávit, & ipse ambuláre. 1. *Joan.* 2. 6.

Ant. 5. a. Ubi fúerit supérbia, ibi erit & contumélia; ubi autem est humílitas, ibi & sapiéntia. *Prov.* 11. 2.

Capitulum. *Hebr.* 12. 11.

OMnis disciplína, in præsénti quidem vidétur non esse gaúdii, sed mœróris; pósteà autem fructum pacatíssimum exercitátis per eam reddet justítiæ.

Hymnus. S. V.

FElices némorum pángimus íncolas,
Certo consílio quos Deus ábdidit,
Ne contágio secli
Mores læderet íntegros.
UT te possídeant, quem sítiunt, Deum,
Urbes, regna, suos, se quoque déserunt:

Totus víluit orbis,
Dum cœléstia cógitant.
NUDI, prompti, álacres, líberi ab ómnibus,
Ad luctam púgiles ócius ádvolant;
Ut vastum mare tranent,
Prudéntes onus éxuunt.
ÆTERNAS ut opes, cértaque gaúdia
Secúri rápiant, ómnia lúdicra
Sano péctore temnunt,
Confisi melióribus.
ILLIS summa fuit glória, déspici;
Illis divítiæ, paupériem pati;
Illis summa volúptas,
Longo supplício mori.
FAC nos, summe Deus, quæ pátimur mala,
In pœnam scélerum ferre libéntiùs;
Et, tellúre relíctâ,
Immortália quærere.
ÆTERNUS sit honos ingénito Patri;
Sit par unígenæ glória Fílio;
Sacri nexus amóris,
Laus compar tibi, Spíritus. Amen.

Si sit Abbas.

℣. Justus ut palma florébit; ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. *Ps.* 91. 13.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. J. Circa illum coróna fratrum, quasi plantátio cedri in monte Líbano; sic circa illum stetérunt, quasi rami palmæ. *Eccli.* 50. 13. 14.

Si non sit Abbas.

℣. Dívites eguérunt & esuriérunt; ℟. Inquiréntes autem Dóminum, non minuéntur omni bono. *Ps.* 33. 11.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. d. Céntuplum accípiet, & vitam ætérnam possidébit. *Matt.* 19. 29.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 8. *g.* Bonum est viro, cùm portáverit jugum ab adolescéntia sua. *Thren.* 3. 27.

Hymnus conveniens.

CAPITULUM. *Mich.* 2. 10.

SUrgite & ite; quia non habétis hîc réquiem.

℟. *breve.* In manus, *p.* 163.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 2. D. Si quis díligit mundum, non est cáritas Patris in eo. 1. *Joan.* 2. 15.

Oratio & cætera omnia ut in Psalterio, p. 164.



& intélligens, gens magna. *Deut.* 4. 6. ℣. Unusquísque vestrûm próximo suo pláceat in bonum ad ædificatiónem. *Rom.* 15. 2. * Ut audiéntes.

℟. *iij.* Operámini opus vestrum ante tempus, * Et dabit vobis mercédem vestram in témpore suo. *Eccli.* 51. 38. ℣. Abundánter ministrábitur vobis intróitus in ætérnum regnum Dómini nostri. 2. *Petr.* 1. 11. * Et dabit. Glória. * Et dabit.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Erat vir ille simplex & rectus, ac timens Deum, & recédens à malo. *Job.* 1. 1.

Ant. 1. a. De omni corde suo laudávit Dóminum, & diléxit Deum qui fecit illum. *Eccli.* 47. 10.

Ant. 5. a. Non prætériit de univérsis mandátis, nec unum quidem verbum quod jússerat Dóminus. *Jos.* 11. 15.

℣. Lex Dei ejus in corde ipsíus, ℟. Et non supplantabúntur gressus ejus. *Ps.* 36. 31.

Lectiones ut in Proprio Sanctorum.

℟. *jv.* Immóbilis in Dei timóre permánsit, * Agens grátias Deo ómnibus diébus vitæ suæ. *Tob.* 2. 14. ℣. Expectábat & ipse regnum Dei. *Luc.* 23. 51. * Agens.

℟. *v.* Non est invéntus símilis illi in glória, * Qui consérvávit legem Excélsi, & fuit in testaménto cum illo. *Eccli.* 44. 20. ℣. Hic beátus in facto suo erit. *Jac.* 1. 25. * Qui consérvávit.

℟. *vj.* Stabilíta sunt bona illíus in Dómino, * Et eleemósynas illíus enarrábit omnis ecclésia sanctórum. *Eccli.* 31. 11. ℣. Multùm laborávit in Dómino. *Rom.* 16. 12. * Et eleemósynas. Glória. * Et eleemósynas.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 2. D. Cùm requíreret Dóminum, diréxit eum in ómnibus. 2. *Par.* 26. 5.

Ant. 4. f. Oculus Dei respéxit illum in bono, & eréxit eum ab humilitáte ipsíus. *Eccli.* 11. 13.

Ant. 8. c. Símilem illum fecit in glória Sanctórum, & magnificávit eum. *Eccli.* 45. 2.

℣. Lux orta est justo, ℟. Et rectis corde lætítia. *Ps.* 96. 11.

Duæ Lectiones cum Evangelio & Homilia, ut in Proprio Sanctorum.

℟. *vij.* Auris aúdiens beatificábat me, & óculus videns testimónium reddébat mihi; * Eò quòd liberássem paúperem vociferántem & pupíllum cui non esset adjútor. *Job.* 29. 11. 12. ℣. In me clarificábant Deum. *Gal.* 1. 24. * Eò quòd.

℟. *viij.* Quàm magnus qui ínvenit sapiéntiam &

tiam ! sed * Non est
timéntem Dóminum.
. 25. 13. ℣. Símilis
ómini ædificánti do-
, qui fodit in altum,
suit fundaméntum su-
etram. *Luc.* 6. 48. *
est.
jx. Panis ei datus est,
ejus fidéles sunt; *
m in decóre suo vidé-
óculi ejus. *Is.* 33. 16.
. Habet vitam ætér-
, & in judícium non
. *Joan.* 5. 24. * Regem.
ia. * Regem.
Deum.

) LAUDES
MATUTINAS.

Sacerdotalis. Præve-
eum, Dómine, ℟. In
liœtiónibus dulcédi-
Ps. 20. 4.
t. 5. a. Oratiónes tuæ
eemósynæ tuæ ascen-
it in memóriam in
éœtu Dei. *Act.* 10. 4.
t. 1. *D.* Exaudíta est
) tua, & eleemósynæ
ommemorátæ sunt in
éctu Dei. *Act.* 10. 31.
t. 2. *D.* Communicá-
dei tuæ évidens fiat,
nitióne omnis óperis
Philem. 6.
t. 7. c. Non arcta-
ır.

TICUM. *Eccli. c.* 2.
8. *ad* 13.

ris Domini præmia recensentur.

Ji timétis Dóminum,
crédite illi; * & non
evacuábitur merces
i.

Qui timétis Dóminum, speráte in illum; * & in oblectatiónem véniet vobis misericórdia.

Qui timétis Dóminum, dilígite illum; * & illuminabúntur corda vestra.

Respícite, fílii, natiónes hóminum; * & scitóte quia nullus sperávit in Dómino, & confúsus est.

Quis enim permánsit in mandátis ejus, & derelíctus est? * aut quis invocávit eum, & despéxit illum?

Quóniam pius & miséricors est Deus, & remíttet in die tribulatiónis peccáta; * & protéctor est ómnibus exquiréntibus se in veritáte.

Ant. Non arctabúntur gressus tui, & currens non habébis offendículum. *Prov.* 4. 12.

Ant. 2. *D.* Indues justítiam quasi podérem honóris, & inhabitábis cum ea, & próteget te in sempitérnum, & in die agnitiónis invénies firmaméntum. *Eccli.* 27. 9.

CAPITULUM. *Gal.* 6. 8.

QUæ semináverit homo, hæc & metet; quóniam qui séminat in carne sua, de carne & metet corruptiónem: qui autem séminat in spíritu, de spíritu metet vitam ætérnam.

HYMNUS. S. V.

NON parta solo sánguine
Ornat Beátos púrpura:

Sunt incruénta, quæ suos
Habent triúmphos, prælia.
Non iste flammas, non
cruces,
Non sentit uncos péctines:
Crudélis & durus sibi,
Se morte lentâ cónficit.
Si lictor illi défuit,
Si vincla, fustes, úngulæ;
Paráta pro Christo mori,
Hoc supplet omne cáritas.
Corpus subégit cástitas,
Et líberam mentem fides:
Amor supérnis ígnibus
Totam litávit hóstiam.
Venis apértis ómnibus,
Qui vellet ultrò erúmpere,
Fraudátus optátâ viâ,
It fusus in fletum cruor.
Da, Christe, sic nos vívere,
Discámus ut semper mori:
Da, post brevìs vìtæ dìes,
Vitæ perénnis gaúdia.
Æterne tu Verbi Pater;
Ætérne Fìlì, par Patrì;
Et par utríque, Spíritus;
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

℣. Dilígite Dóminum, omnes sancti ejus; ℟. Quóniam veritátem requíret Dóminus. *Ps.* 30. 24.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. a. Ambulávit, Dómine, in conspéctu tuo in veritáte, & justítia, & recto corde tecum: custodísti ei misericórdiam tuam grandem. 3. *Reg.* 3. 6.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, misericors Deus, ut quam fidélis servus tuus *N.* accépit à justo Júdice corónam, eámdem & nos, ejus intercessióne, post consummátum ritè cursum recípere mereámur; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 5. a. Oratiónes tuæ & eleemósynæ tuæ ascendérunt in memóriam in conspéctu Dei. *Act.* 10. 4.

CAPITULUM. *Eccli.* 17. 18.

ELeemósyna viri quasi signáculum cum ipso, & grátiam hóminis quasi pupíllam conservábit.

Cætera ut in Psalterio, p. 157. & 158.

AD TERTIAM.

Ant. 1. D. Exaudíta est orátio tua, & eleemósynæ tuæ commemorátæ sunt in conspéctu Dei. *Act.* 10. 31.

CAPITULUM. *Act.* 10. 2.

ERat religiósus ac timens Deum cum omnì domo sua, fáciens eleemósynas multas plebì, & déprecans Deum semper.

℟. *breve.* Dispérsit * Dedit paupéribus. ℟. Dispérsit. ℣. Justítia ejus manet in séculum séculi. * Dedit. Glória. ℟. Dispérsit. *Ps.* 111. 9.

℣. Cornu ejus exaltábitur in glória; ℟. Peccátor vidébit, & irascétur. *Ps.* 111. 9. 10.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Communicátio fídei tuæ évidens fiat,

óne omnis ópetis
ilem. 6.
ULUM. Philip. 2.
.
metu & tremóre
am salútem ope-
Deus est enim qui
in vobis, & velle,
ere, pro bona vo-

ve. In memória
Erit justus. ℟. In
. ℣. Ab auditióne
timébit. * Erit.
. In memória. Ps.

e sic benedicétur
. Qui timet Dó-
Ps. 127. 4.
NONAM.
. D. Indues justí-
si podérem honó-
habitábis cum ea,
et te in sempitér-
. in die agnitió-
ies firmaméntum.
. 9.
ULUM. 1. Petr.
11.
ult vitam dilíge-
& dies vidére bo-
coérceat linguam
alo, & lábia ejus
ntur dolum; de-
malo, & fáciat
inquírat pacem,
ur eam.
e. Justus * Ut pal-
it. ℟. Justus. ℣.
rus Líbani multi-
. * Ut palma. Gló-
ustus. Ps. 91. 13.
úndus homo qui
& cómmodat,
iet sermónes suos

in judício, quia in ætérnum non commovébitur. Ps. 111. 5. 6.

AD VESPERAS.

Ant. 4. f. Non est discípulus super magístrum; perféctus autem omnis erit, si sit sicut magíster ejus. *Luc.* 6. 40.

Ant. 7. d. Regnum cœlórum vim pátitur, & violénti rápiunt illud. *Matt.* 11. 12.

Ant. 2. D. Inítium viæ bonæ, fácere justítiam: accépta est autem apud Deum, magis quàm immoláre hóstias. *Prov.* 16. 5.

Ant. 1. a. Qui in hoc servit Christo, placet Deo, & probátus est homínibus. *Rom.* 14. 18.

Ant. 8. c. Quæ pacis sunt, sectémur; & quæ ædificatiónis sunt, in ínvicem custodiámus. *Rom.* 14. 19.

CAPITULUM. *Jac.* 1. 27.

Relígio munda & immaculáta apud Deum & Patrem hæc est; visitáre pupíllos & víduas in tribulatióne eórum, & immaculátum se custodíre ab hoc século.

HYMNUS. S. V.

Qui te, Deus, sub íntimo
Amans recépit péctore,
Non ille terras ámpliùs
Suspírat, oblítus sui.
Quid ergo gaudes néctere

Tristes moras amántibus?
Terris retárdas éxules,
Cives polo quos déstinas.

Hinc fervet in dies amor,
In vota toti diffluunt;
Ad astra festinántibus
Fit pœna vita lóngior.

Vix iste tardi córporis
Pondus moléstum sústinet;
Mortis diem præóccupat,
Ardens Deo se júngere.

Ætérne tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus;
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

℣. Beáti omnes qui timent Dóminum, ℟. Qui ámbulant in viis ejus. *Ps.* 127. 1.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. C. Nemo mittens manum suam ad arátrum, & respíciens retrò, aptus est regno Dei. *Luc.* 9. 62.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 3. *a.* Opus justi ad vitam: fructus autem ímpii ad peccátum. *Prov.* 10. 16.

Hymnus conveniens.

Capitulum. *Coloss.* 3. 2. 3.

Quæ sursùm sunt sápite, non quæ super terram: mórtui enim estis, & vita vestra est abscóndita cum Christo in Deo.

℟. *breve.* In manus, *p.* 163.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 6. F. Locútus est Jesus, dicens; Ego sum lux mundi: qui séquitur me non ámbulat in ténebris. *Joan.* 8. 12.

Oratio & cætera omnia ut in Psalterio, p. 164.

COMMUNE

UNIUS SANCTÆ VIRGINIS.

IN I. VESPERIS.

Antiphona 3. *toni* a.

Quid bonum Dómini est, & quid pulchrum ejus? nisi fruméntum electórum, & vinum gérminans vírgines. *Zach.* 9. 17.

Ant. 4. c. Quæ nescívit thorum in delícto, habébit fructum in respectióne animárum sanctárum. *Sap.* 3. 13.

Ant. 6. F. Immortális est memória illíus; quóniam & apud Deum nota est, & apud hómines. *Sap.* 4. 1.

Ant. 1. f. Dábitur ei fídei donum eléctum, & sors in templo Dei acceptíssima. *Sap.* 3. 14.

Ant. 8. *g.* Lucérna splendens super candelábrum sanctum, & spécies faciéi super ætátem stábilem. *Eccli.* 26. 22.

Capitulum. *Osee.* 2. 19. 20.

Sponsábo te mihi in sempitérnum: & sponsábo te mihi in justítia &

judício, & in misericórdia, & in miseratiónibus: & sponsábo te mihi in fide; & scies quia ego Dóminus.

In Duplicibus majoribus & suprà.

℟. Custodítio legum consummátio incorruptiónis est; * Incorrúptio autem facit esse próximum Deo. *Sap. 6. 19. 20.* ℣. Beáti mundo corde, quóniam ipsi Deum vidébunt. *Matt. 5. 8.* * Incorrúptio. Glória. * Incorrúptio.

Si sit Martyr.

HYMNUS. S. V.

ADESTE, Sponsæ Vírgines,
Christi gregis pars óptima,
O vos, furóris víctimæ!
O vos, amóris hóstiæ!

ADESTE, solémnis dies
Hæc consecráta Vírgini,
Quæ dúplicem gestat suo
Tinctam cruóre laúream.

INTER choros cantántium
Agno litáto, Vírginum,
Hæc jure fusi sánguinis
Virgo sedet non última.

QUÆ córpori pœnæ nocent,
Illas amans ampléctitur;
His nempè pœnis líbera
Mortále corpus éxuit.

PRIMIS ab annis quam sibi
Amóre Christus júnxerat,
Illi fidem servat tenax
Deo supérba cónjuge.

AMAT rosas & lília
Sponsus rubens & cándidus;
Martyr dedit sponso rosas,
Dedítque Virgo lília.

SIT laus Patri, laus Fílio;
Sit par tibi laus, Spíritus,
Qui corda pura Vírginum
Puris adúris ígnibus.
Amen.

℣. Hæréditas immaculatórum in ætérnum erit; ℟. Non confundéntur in témpore malo. *Ps. 36. 18. 19.*

Ad Magníficat, *Ant. 6. F.* Infírma mundi elégit Deus, ut confúndat fórtia. *1. Cor. 1. 27.*

Oratio infrà ad Laudes, nisi sit propria.

Si non sit Martyr.

HYMNUS.

VOS, ô Virgínei, cum cýtharis, chori,
Agni delíciæ, pars gregis óptima,
Sponsum virgíneo progénitum sinu
Puris tóllite laúdibus.

HÆC est sacra dies, óbvia quâ suo
Cum plena rútilans lámpade júngitur
Sponso, stánsque throno próxima cóncinit
Virgo cántica Vírgini.

SOLO digna Deo cónjuge, réspuit
Mortáles thálamos; ut semel óbligat
Sese fida suo, quem benè déperit,
Ultrò se Deus óbligat.

PURUM ne máculent pectus imágines,
In se tota, sui córporis ímmemor,
Mens sese récipit, nil óculi vident,

Surdis nil sonat aúribus.
ÆGRO vix sua sunt pábula córpori,
Ardet mille modis ante diem mori:
Quidquid mors rápiet, jam sibi prǽripit;
Unus sit Deus ómnia.
FAC, ô Christe! tuæ Vírginis ǽmulos
Hâc nos ire tibi, quâ gráditur viâ;
Qui gens sancta sumus, móribus íntegris
Fac soli tibi vívere.
DA te, summe Pater, tóllere laúdibus;
Da te, Christe, sequi, laúrea Vírginum;
Fac incénsa tuis, Spíritus, árdeant
Flammis frígida péctora. Amen.

℣. Afferéntur in lætítia & exultatióne, ℟. Adducéntur in templum Regis. *Ps.* 44. 16.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. Hæc dicit Dóminus: Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen mélius à fíliis & filiábus, nomen sempitérnum. *Is.* 56. 5.

Oratio infrà ad Laudes, nisi sit propria.

COMPLETORIUM *habetur post secundas Vesperas.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Agnum quem sequúntur Vírgines, * Veníte, adorémus. *Apoc.* 14. 4.

Psalmus, Veníte, *p.* 1.

Si sit Martyr.

HYMNUS. S. V.

VIRGINUM robur, Deus, atque custos:
Sexus imbéllis, médios per enses,
Dum faves, quas non súperat viríli
Péctore mortes!
PRO tuis aris animósa Virgo
Molle dat pœnis laceráre corpus;
Non suos sentit, memor ô! tuórum,
Christe, dolórum.
NON graves plagæ, válidi nec ictus,
Integram possunt violáre mentem:
Quin sacri crescit magis obstinátus
Ardor amóris.
SPONSA dilécto placitúra sponso,
Déspicit ruptum laniáta corpus:
Est suus truncis honor, & venústas
Est sua membris.
SUMMA laus Patri, genitóque Verbo;
Et tibi compar, utriúsque Nexus,
Fac tibi semper placeámus uni,
Móribus æquis. Amen.

Si non sit Martyr.

HYMNUS. S. V.

CŒLESTIS aula pánditur;
En Sponsus; omnes óbviæ
Exíte Sponso Vírgini,
Exíte, Sponsæ Vírgines.

HÆC nuptiális est dies,
Quæ, longa post suspíria,
Dat ómnibus, dat síngulis
Jam pléniùs frui Deo.
QUÆ casta vobis gaúdia,
Quos afflet ignes, dícite:
Ab ore cujus púrior
Torrens volúptas éffluit?
HUNC propter unum víluit
Supérba regum púrpura:
Dotáta quæ sponso Deo,
Quid Virgo terris ámbiat?
O VIRGINALES núptiæ,
Per quas caro fit spíritus!
O dulce vinclum, júngitur
Quo mens Deo, menti Deus!
SIT laus Patri; laus Fílio;
Sit par tibi laus, Spíritus,
Divína qui perrénnibus
Firmas sigíllis fœdera.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Omnis ponderátio non est digna continéntis ánimæ. *Eccli.* 26. 20.

Ant. 7. d. Viæ ejus, viæ púlchræ, & omnes sémitæ illíus pacíficæ. *Prov.* 3. 17.

Ant. 1. f. Qui díligit cordis mundítiam, propter grátiam labiórum suórum, habébit amícum Regem. *Prov.* 22. 11.

℣. Beáti immaculáti in via, ℟. Qui ámbulant in lege Dómini. *Ps.* 118. 1.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Lámpades ejus, lámpades ignis atque flammárum: * Aquæ multæ non potuérunt extínguere caritátem. *Cant.* 8. 6. 7. ℣. Quòd nunc vivo in carne, in fide vivo Fílii Dei, qui diléxit me. *Gal.* 2. 20. * Aquæ.

℟. *ij.* Bonórum labórum gloriósus est fructus, * Et quæ non cóncidat, radix sapiéntiæ. *Sap.* 3. 15. ℣. Qui adhǽret Dómino, unus spíritus est. 1. *Cor.* 6. 17. * Et quæ.

℟. *iij.* In perpétuum coronáta * Triúmphat, incoinquinatórum certáminum præmium vincens. *Sap.* 4. 2. ℣. Beátus qui vígilat, & custódit vestiménta sua. *Apoc.* 16. 15. * Triúmphat. Glória. * Triúmphat.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. F. Omnium óculis gratiósa & amábilis videbátur. *Esth.* 2. 15.

Ant. 7. d. Os suum apéruit sapiéntiæ, & lex cleméntiæ in lingua ejus. *Prov.* 31. 26.

Ant. 4. f. Suspéxit ad cœlum: erat enim cor ejus fidúciam habens in Dómino. *Dan.* 13. 35.

℣. Deus meus, impollúta via ejus; ℟. Protéctor est ómnium sperántium in se. *Ps.* 17. 31.

Lectiones ut in Proprio Sanctorum.

℟. *jv.* Præclárior erat univérsæ terræ Isráël; * Erat étiam virtúti cástitas adjúncta. *Judith.* 16. 25. 26. ℣. Omne opus bonum

subsecúta est. 1. *Tim.* 5. 10. * Erat.

℟. *v.* Véniant mihi miseratiónes tuæ, Dómine, & vivam; * Quia lex tua meditátio mea est. *Ps.* 118. 77. ℣. Magnificábitur Christus in córpore meo. *Philip.* 1. 20. * Quia.

℟. *vj.* Totus desiderábilis: talis est diléctus meus, * Et ipse est amícus meus, filiæ Jerúsalem. *Cant.* 5. 16. ℣. Vivo jam non ego, vivit verò in me Christus. *Gal.* 2. 20. * Et ipse. Glória. * Et ipse.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Lumen ejus símile lápidi pretióso, tanquam lápidi jáspidis, sicut crystállum. *Apoc.* 21. 11.

Ant. 4. a. Cláritas Dei illuminávit eam; & lucérna ejus est Agnus. *Apoc.* 21. 23.

Ant. 2. D. O quàm pulchra est casta generátio cum claritáte! *Sap.* 4. 1.

℣. Corónat te Dóminus in misericórdia, ℟. Et miseratiónibus. *Ps.* 102. 4.

Duæ Lectiones cum Evangelio & Homilia, ut in Proprio Sanctorum.

℟. *vij.* Ingréssus sum pactum tecum, ait Dóminus Deus: * Et facta es mihi. *Ezech.* 16. 8. ℣. Scient quia ego diléxi te. *Apoc.* 3. 9. * Et.

℟. *viij.* Dedi inaúrem super os tuum, & círculos aúribus tuis, * Et corónam decóris in cápite tuo. *Ezech.* 16. 12. ℣. Dabit tibi Dóminus in ómnibus intelléctum. 2. *Tim.* 2. 7. * Et.

℟. *jx.* Induit me Deus vestiméntis salútis, & * Induménto justítiæ circúmdedit me, quasi sponsum decorátum corónâ, & quasi sponsam ornátam, monílibus suis. *Is.* 61. 10. ℣. Potens est depósitum meum serváre in illum diem 2. *Tim.* 1. 12. * Induménto. Glória. * Induménto.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Júvenes & vírgines, senes cum junióribus, ℟. Laudent nomen Dómini. *Ps.* 148. 12.

Ant. 6. F. Lauda, filia Sion: júbila, Israël; lætáre & exúlta in omni corde, filia Jerúsalem. *Soph.* 3. 14.

Ant. 5. a. Dóminus Deus tuus ipse est vita tua, & longitúdo diérum tuórum. *Deut.* 30. 20.

Ant. 2. D. Ipse est Pater tuus, qui possédit te, & fecit, & creávit te. *Deut.* 32. 6.

Ant. 3. *a.* Sit Dóminus.

CANTICUM. *Isaiæ. c.* 61. *v.* 10. *ad finem.*

Virgo Deo gratias agit pro donis sibi collatis.

GAudens gaudébo in Dómino, * & exultábit ánima mea in Deo meo; Quia índuit me vestimén-

tis salútis, * & induménto justítiæ circúmdedit me.

Quasi sponsum decorátum corónâ, * & quasi sponsam ornátam monílibus suis.

Sicut enim terra profert germen suum, * & sicut hortus semen suum gérminat;

Sic Dóminus Deus germinábit justítiam & laudem,*coram univérsis géntibus.

Ant. Sit Dóminus Deus tuus benedíctus, cui complacuísti, & pósuit te super thronum. 3. *Reg.* 10. 9.

Ant. 1. a. Dominábitur tuî qui fecit te; Dóminus exercítuum nomen ejus. *Is.* 54. 5.

CAPITULUM. *Sap.* 8. 21.

SCivi quóniam áliter non possem esse cóntinens, nisì Deus det: Et hoc ipsum erat sapiéntiæ, scire cujus esset hoc donum.

Si sit Martyr.

HYMNUS. S. V.

QUid sacram, Virgo, generósa Martyr,
Ambiunt frontem dúplices corónæ?
Nempè non unum gémino repórtas
Hoste triúmphum.

MOLLIOR fregit neque te volúptas;
Impotens flexit neque te tyránnus;
Tu graves pœnas, paritérque blandos
Vincis amóres.

LILIIS Sponsus récubat rosísque:
Tu, tuo semper benè fida Sponso,
Et rosas, Martyr, simul & dedísti
Lília, Virgo.

SUMMA laus Patri, genitóque Verbo,
Et tibi compar utriúsque Nexus;
Fac tibi semper placeámus uni
Móribus æquis.
Amen.

℣. Deus præcínxit me virtúte, ℟. Et pósuit immaculátam viam meam. *Ps.* 17. 33.

Ad Benedíctus, *Ant.* 3. a. Confírma me, Dómine, Deus Israël, & réspice in hac hora ad ópera mánuum meárum. *Judith.* 13. 7.

Oratio.

DEus, qui inter cætera poténtiæ tuæ mirácula, étiam in sexu frágili victóriam martýrii contulísti; concéde propítius, ut qui beátæ *N.* Vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur; Per Dóminum.

Alia Oratio.

OMnípotens sempitérne Deus, cujus múnere beáta *N.* in virginitátis propósito, & in confessióne fídei roboráta, virginitátis ac martýrii palmam adépta est; da nobis ità córporis ac mentis integritátem serváre, ut nec blan-

dítiis carnis, nec malórum acerbitáte vincámur; Per Dóminum.

Si non sit Martyr.

Hymnus. M.

O Virgo, pectus cui sacrum
Amóris expers ímprobi,
Intùs suis ardóribus
Sanctus penússit Spíritus!
Non te volúptas dúlcibus
Fallax venénis mólliit,
Solas amántem pérsequi
Cœléstis Agni núptias.
Sic ille natus Vírgine
Suo decóre céperat;
Ut ejus ardens ígnibus
Mundána cuncta témneres.
Beata cui nunc, Cœlitûm
Inter canéntium choros,
Cœlo licet perénnibus
Sponsi potíri gáudiis.
Æterne Sponse Vírginum,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

℣. Lætábor & exultábo in te; ℟. Psallam nómini tuo, Altíssime. *Ps.* 9. 3.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. J. Tu scis, Dómine, quia nunquam concupívi virum, & mundam servávi ánimam meam ab omni concupiscéntia. *Tob.* 3. 16.

Oratio.

FIdéles tuos, quæsumus, Dómine, intercedénte beátâ *N.* Vírgine tuâ, córpore páriter & mente purífica; ut tuâ inspiratióne compúncti, nóxias delectatiónes vitáre præváleant; atque ut eárum non capiántur illécebris, tuâ semper suavitáte pascántur; Per Dóminum.

Alia Oratio.

DEus, qui habitáculum tuum in corde pudíco constituísti; concéde, ut qui fidélis sponsæ tuæ *N.* puritátem húmili venerámur obséquio, piæ devotiónis sequámur exémplo; Per Dóminum.

AD PRIMAM.

Ant. 6. F. Lauda, fília Sion: júbila, Israël; lætáre & exúlta in omni corde, fília Jerúsalem. *Soph.* 3. 14.

Capitulum. 2. *Reg.* 22. 20. 21.

QUia complácui ei, retríbuet mihi Dóminus secúndùm justítiã meam, & secúndùm mundítiam mánuum meárum reddet mihi.

Cætera ut in Psalterio, p. 157. & 158.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Dóminus Deus tuus ipse est vita tua, & longitúdo diérum tuórum. *Deut.* 30. 20.

Capitulum. 1. *Cor.* 7. 38.

QUi matrimónio jungit vírginem suam, benè facit; & qui non jungit, méliùs facit.

℟. *breve.* Mihi * Adhærére Deo bonum est. ℟. Mihi. ℣. Pónere in Dómino

Deo spem meam. * Adhærére. Glória. ℟. Mihi. *Ps.* 72. 28.

℣. Fiat cor meum immaculátum in justificatiónibus tuis, Dómine; ℟. Ut non confúndar. *Ps.* 118. 80.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Ipse est Pater tuus qui possédit te, & fecit, & creávit te. *Deut.* 32. 6.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 7. 7. 8.

UNusquísque próprium donum habet ex Deo: álius quidem sic, álius verò sic: dico autem non nuptis & víduis; Bonum est illis, si sic permáneant.

℟. *breve.* Dóminus custódit te, * Dóminus protéctio tua. ℟. Dóminus. ℣. Super manum déxteram tuam. * Dóminus. Glória. ℟. Dóminus. *Ps.* 120. 5.

℣. Per diem sol non uret te, ℟. Neque luna per noctem. *Ps.* 120. 6.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Dominábitur tuî qui fecit te; Dóminus exercítuum nomen ejus. *Is.* 54. 5.

CAPITULUM. *Jos.* 13. 33.

DOminus Deus Israël ipse est posséssio ejus, ut locútus est illi.

℟. *breve.* Psallam & intélligam * In via immaculáta. ℟. Psallam. ℣. Quando vénies ad me. * In via. Glória. ℟. Psallam. *Ps.* 100. 1. 2.

℣. Quæ est expectátio mea? ℟. Nónne Dóminus? *Ps.* 38. 8.

AD VESPERAS.

Ant. 8. g. Qui sinè uxóre est, sollícitus est quæ Dómini sunt, quómodo pláceat Deo. 1. *Cor.* 7. 32.

Ant. 2. D. Qui cum uxóre est, sollícitus est quæ sunt mundi, quómodo pláceat uxóri, & divísus est. 1. *Cor.* 7. 33.

Ant. 3. *a.* Virgo cógitat quæ Dómini sunt, ut sit sancta córpore & spíritu. 1. *Cor.* 7. 34.

Ant. 5. a. Quæ nupta est, cógitat quæ sunt mundi, quómodo pláceat viro. 1. *Cor.* 7. 34.

Ant. 1. g. Non omnes cápiunt verbum istud, sed quibus datum est. *Matt.* 19. 11.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 7. 25.

DE virgínibus præcéptum Dómini non hábeo; consílium autem do, tanquam misericórdiam consecútus à Dómino, ut sim fidélis.

Si sit Martyr.

HYMNUS. S. V.

FEstis læta sonent æthera cántibus:
Nunc aptáte tubas, súmite týmpana,
Cœtus Angélici; dícite Vírginem,
Christi dícite Mártyrem.

VEstris illa fuit débita cœtibus,
Quæ mortális adhuc, nóbilis æmula,

Ut vos exprímeret, dedídicit genus,
Virgo córporis ímmemor.
Sed quid cogis amor! fórtiter ámbiit
Sponso virgíneum fúndere sánguinem;
Oblíti méminit tunc benè córporis,
Præcláræ sítiens necis.
Sic, quâ parte minor, vos superéminet,
Immortále genus, quæ pótuit mori,
Et per damna sui córporis, íntegram
Testári Dómino fidem.
Patri máxima laus, máxima Fílio,
Amborúmque sacro máxima Flámini,
Per quem magnánimæ prælia sústinent,
Spreto fúnere, Vírgines.
Amen.

℣. Secúndùm puritátem mánuum meárum; ℟. Retríbuet mihi Dóminus. *Ps.* 17. 21.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. *D.* Fecísti viríliter, & confortátum est cor tuum, eò quòd castitátem amáveris. *Judith.* 15. 11.

Si non sit Martyr.

Hymnus. G. S.

NOn vana diléctum gregem
Pavére mundi gaúdia;
Nec pura fallax péctora
Imágo lusit séculi.
Sed hæc tuárum própria
Sunt, Christe, sponsárum bona,
Te semper, & tecum tuis
In te potíri gaúdiis.
Castis vicíssim tu tibi
In córdibus thorum struis;
Intérque flammas íntimo
Amans quiéscis in sinu.
Hic unus est sponsis amor,
Unúsque tecum spíritus,
Beásque sponsus síngulas,
In téque transfórmas, Deus.
Te deprecámur sújplices,
Nostris ut addas sénsibus,
Nescíre prorsùs ómnia
Corruptiónis vúlnera.
Sit laus Patri, laus Fílio,
Sit par tibi laus, Spíritus,
Divína qui perénnibus
Firmas sigíllis fœdera.
Amen.

℣. Conféssio & pulchritúdo in conspéctu ejus; ℟. Sanctimónia & magnificéntia in sanctificatióne ejus. *Ps.* 95. 6.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *F.* Venit sponsus, & quæ parátæ erant intravérunt cum eo ad núptias, & clausa est jánua. *Matt.* 25. 10.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 1. g. Gaúdio gaudet propter vocem Sponsi. *Joan.* 3. 29.

Hymnus conveniens.

Capitulum. *Eccli.* 39. 19.

FLoréte, flores, quasi lílium, & date odórem, & frondéte in grátiam, & collaudáte cánticum, & benedícite Dóminum in opéribus suis.

℟. *breve.* In manus, *p.* 163.
Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 5. a. In resurrectióne, neque nubent, neque nubéntur, sed erunt sicut Angeli Dei. *Matt.* 22. 30.
Oratio & cætera omnia ut in Psalterio, p. 164.

COMMUNE
UNIUS SANCTÆ MULIERIS.

IN I. VESPERIS.

Antiphona 1. *toni* a.

SIcut sol óriens mundo in altíssimis Dei, sic mulíeris bonæ spécies, in ornaméntum domûs ejus. *Eccli.* 26. 21.

Ant. 4. f. Domus & divítiæ dantur à paréntibus; à Dómino autem próprie uxor prudens. *Prov.* 19. 14.

Ant. 2. D. Múlier fortis obléctat virum suum, & annos vitæ illíus in pace implébit. *Eccli.* 26. 2.

Ant. 7. d. Grátia super grátiam múlier sancta & pudoráta. *Eccli.* 26. 19.

Ant. 3. *a.* Fundaménta ætérna super petram sólidam, & mandáta Dei in corde mulíeris sanctæ. *Eccli.* 26. 24.

CAPITULUM. *Prov.* 31. 10. 11.

MUlíerem fortem quis invéniet? procul & de últimis fínibus prétium ejus: confídit in ea cor viri sui, & spóliis non indigébit.

In Duplicibus majoribus & supra.

℟. Fallax grátia, & * Vana est pulchritúdo; múlier timens Dóminum, ipsa laudábitur. *Prov.* 31. 30. ℣. Non sit extrínsecùs capillatúra, aut circumdátio auri, aut induménti vestimentórum cultus. 1. *Petr.* 3. 3. * Vana. Glória. * Vana.

HYMNUS. G. S.

AD núptias Agni, Pater
Matres & innúptas vocat:
O te beátam, cui thorus
Intérque sponsas sors datur!

LEX nuptiárum, cáritas;
Dos magna, paupértas, tibi,
Calcáre falláces opes,
Cadúca corde spérnere.

TE multus obléctat labor,
Fusǽque jejúnam preces:
Te pœniténtem lácrymæ;
Te cura paúperum juvat.

QUACUMQUE confíxam sibi,
Per probra Sponsam, per cruces
Trahit Magíster; & sequi
Despécta gaudes, & pati.

BEATA quæ sponso Deo
Castis adhǽret vínculis:
Sic corpus unum póssumus,
Sic unus esse spíritus.

HOC præstet almo cum Patre

Natóque nobis Spíritus,
Qui trinus ac unus Deus
Regnat per omne séculum.
Amen.

Si sit Martyr.

℣. Factus es, Dómine, spes mea, ℟. Turris fortitúdinis à fácie inimíci. *Ps.* 60. 4.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *F.* Invocávi Dóminum Patrem Dómini mei, ut non derelínquat me in die tribulatiónis meæ, & in témpore superbórum, sinè adjutório. *Eccli.* 51. 14.

Oratio infrà ad Laudes, nisì sit propria.

Si non sit Martyr.

℣. Avérte, Dómine, óculos meos, ne vídeant vanitátem; ℟. In via tua vivífica me. *Ps.* 118. 37.

Ad Magníficat, *Ant.* 6. *F.* Pars bona múlier bona; in parte timéntium Deum, dábitur viro pro factis bonis. *Eccli.* 26. 3.

Oratio ut infrà ad Laudes, nisì sit propria.

COMPLETORIUM *habetur post secundas Vesperas.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Deum in quo sperant sanctæ mulíeres, * Veníte, adorémus. 1. *Petr.* 3. 5.

Psalmus, Veníte, *p.* 2.

HYMNUS. S. V.

ADESTE, sanctæ Cónjuges:
En illa fortis Fémina,
Ornáta quæ virtútibus
Triúmphat inter Cœlites.

NON illa luxu véstium,
Non crine torto splénduit;
Cultu nitens sed símplice,
Puris placébat móribus.

SE sub serénis vúltibus
Austéra virtus ócculit;
Timet vidéri, ne suum,
Dum prodit, amíttat decus.

PASCENDA cœlésti cibo,
Sacris studébat lítteris;
Templo frequens, sed sédula
Redíbat ad curam domûs.

ÆTERNE tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus;
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Mulíeris bonæ beátus vir: númerus enim annórum illíus duplex. *Eccli.* 26. 1.

Ant. 7. d. Fílii, & ædificátio civitátis confirmábit nomen; & super hæc múlier immaculáta computábitur. *Eccli.* 40. 19.

Ant. 2. D. Múlier sensáta & tácita, non est immutátio erudítæ ánimæ. *Eccli.* 26. 18.

℣. Deus habitáre facit stérilem in domo, ℟. Matrem filiórum lætántem. *Ps.* 112. 9.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *f.* Grátia mulíeris sédulæ delectábit virum suum, & ossa illíus impinguábit: * Disciplína illíus datum Dei est. *Eccli.* 26.

. ℣. Discat primùm
m suam régere, & mú-
vicem réddere parén-
1. Tim. 5. 4. * Dis-
a.
ij. Byssus & púrpura
néntum ejus, * Nó-
in portis vir ejus,
lo séderit cum sena-
is terræ. Prov. 31. 22.
. Vir imágo & glória
st, múlier autem gló-
ri est. 1. Cor. 11. 7. *
lis.
iij. Fílii sanctórum
s, & * Non póssumus
onjúngi, sicut gentes
gnórant Deum. Tob.
℣. Honorábile con-
im in ómnibus, &
s immaculátus. Hebr.
* Non. Glória.* Non.
I. NOCTURNO.
t. 2. D. Accínxit for-
ine lumbos suos, &
ávit bráchium suum
. 31. 17.
t. 1. g. Confitebátur
ino, & loquebátur de
mnibus qui expectá-
redemptiónem Israël.
2. 38.
t. 4. f. Quæsívit la-
& linum, & operáta
onsílio mánuum suá-
Prov. 31. 13.
Perambulábam in in-
ntia cordis mei, ℟. In
o domûs meæ. Ps.
2.
ctiones ut in Proprio
torum.
jv. Facta est quasi na-
istitóris, de longè por-
panem suum; & * De
nocte surréxit, dedítque
prædam domésticis suis,
& cibária ancíllis suis.
Prov. 31. 14. 15. ℣. Si quis
suórum, & máximè dome-
sticórum, curam non ha-
bet, fidem negávit. 1. Tim.
5. 8. * De nocte.

℟. v. Manum suam mi-
sit ad fórtia, & dígiti ejus
apprehendérunt fusum; *
Manum suam apéruit íno-
pi, & palmas suas extén-
dit ad paúperem. Prov. 31.
19. 20. ℣. Hæc erat plena
opéribus bonis, & elee-
mósynis quas faciébat. Act.
9. 36. * Manum.

℟. vj. Erat hæc in ómni-
bus famosíssima, quóniam
* Timébat Deum valde;
nec erat qui loquerétur de
illa verbum malum. Judith.
8. 8. ℣. In opéribus bonis
testimónium habens. 1.
Tim. 5. 10. * Timébat. Gló-
ria. * Timébat.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Multæ fíliæ
congregavérunt divítias;
tu supergréssa es univérsas.
Prov. 31. 29.

Ant. 7. d. Deus patrum
nostrórum det tibi grátiam,
& omne consílium tui cor-
dis suâ virtúte corróboret.
Judith. 10. 8.

Ant. 8. g. Deus osténdet
splendórem suum in te,
omni qui sub cœlo est. Bar.
5. 3.

℣. Anima ejus in bonis
demorábitur, ℟. Et semen
ejus hæreditábit terram.
Ps. 24. 13.

Duæ Lectiones cum Evangelio & Homilia, ut in Proprio Sanctorum.

℟. *vij.* Nunquam cum ludéntibus míscui me, neque cum his qui in levitáte ámbulant partícipem me præbui; * Virum autem cum timóre tuo, Dómine, non cum libídine mea consénsi suscípere. *Tob.* 3. 17. 18. ℣. Cursum consummávi, fidem servávi. 2. *Tim.* 4. 7. * Virum.

℟. *viij.* Manus Dómini confortávit te; & * Ideò eris benedícta in ætérnum. *Judith.* 15. 11. ℣. O Múlier, magna est fides tua! *Matt.* 15. 28. * Ideò.

℟. *jx.* Tu glória Jerúsalem, * Tu lætítia Israël, tu honorificéntia pópuli nostri. *Judith.* 15. 10. ℣. Fides tua te salvam fecit. *Luc.* 7. 50. * Tu lætítia. Glória. * Tu lætítia.

Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Laudatiónem Dómini loquétur os meum; ℟. Et benedícat omnis caro nómini sancto ejus. *Ps.* 144. 21.

Ant. 1. f. Gloriétur super te Jerúsalem, & sit nomen tuum in número sanctórum & justórum. *Judith.* 10. 8.

Ant. 3. *a.* Addúcet Dóminus fílios tuos ad te, portátos in honóre, sicut fílios regni. *Bar.* 5. 6.

Ant. 4. f. Gaudébit super te Dóminus Deus tuus in lætítia, silébit in dilectióne sua, exultábit super te in laude. *Soph.* 3. 17.

Ant. 8. d. Indue te.

CANTICUM. *Prov. c.* 31. *v.* 26. *ad finem.*

Mulieris fortis encomium.

OS suum apéruit sapiéntiæ (múlier fortis,) * & lex cleméntiæ in lingua ejus.

Considerávit sémitas domûs suæ, * & panem otiósa non comédit.

Surrexérunt fílii ejus, & beatíssimam prædicavérunt; * vir ejus, & laudávit eam.

Multæ fíliæ congregavérunt divítias: * tu supergréssa es univérsas.

Fallax grátia, & vana est pulchritúdo: * múlier timens Dóminum ipsa laudábitur.

Date ei de fructu mánuum suárum: * & laudent eam in portis ópera ejus.

Ant. Indue te decóre & honóre ejus, quæ à Deo tibi est, sempitérnæ glóriæ. *Bar.* 5. 1.

Ant. 5. a. Ora pro nobis, quóniam múlier sancta es. *Judith.* 8. 29.

CAPITULUM. 1. *Tim.* 2. 15.

SAlvábitur múlier per filiórum generatiónem, si permánserit in fide, & dilectióne, & sanctificatióne cum sobrietáte.

HYMNUS. S. V.

ARDET Deo quæ fémina,
Latére frustrà cógitat:
Quot indigéntes súblevat,
Tot próditur præcónibus.

PRODESSE quærit ómnibus,
Curis honéstis ánxia;
Patróna, custos vírginum,
Secúnda mater órphanis.

PANNIS laténtem vílibus,
Christum fovébat hóspitem:
Quas dura substráxit sibi,
Opes refúndit pródiga.

PACEM domi, pacem forìs,
Alto colit siléntio;
Lites amat compónere,
Ut una mens sit ómnibus.

ÆTERNE tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus;
Tibi, Deus, sit glória. Amen.

Si sit Martyr.

℣. Misericórdia tua, Dómine, subsequétur me, ℟. Omnibus diébus vitæ meæ. *Ps.* 22. 6.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. Confitébor nómini tuo, Dómine, quóniam adjútor & protéctor factus es mihi, & liberásti corpus meum à perditióne. *Eccli.* 51. 2. 3.

Oratio.

DEus, cujus grátiâ, virtus in infirmitáte perfícitur; largíre nobis, quæsumus, beátæ *N.* Mártyris tuæ triúmphum recoléntibus, ut quæ à te accépit, ut vínceret, à te quoque vincéndi grátiam nobis obtíneat; Per Dóminum.

Si non sit Martyr.

℣. Anima mea Dómino vivet; ℟. Et semen meum sérviet ipsi. *Ps.* 21. 31.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D. * Invéni grátiam apud óculos tuos, Dómine mi, qui consolátus es me, & locútus es ad cor ancíllæ tuæ. *Ruth.* 2. 13.

Oratio.

TUórum corda fidélium, Deus miserátor, illústra; & beátæ *N.* précibus ac méritis, fac nos terréna despícere, & amáre cœléstia; Per Dóminum nostrum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Gloriétur super te Jerúsalem, & sit nomen tuum in número sanctórum & justórum. *Judith.* 10. 8.

CAPITULUM. 1. *Tim.* 2. 8. 9.

VOlo viros oráre in omni loco levántes puras manus, sinè ira & disceptatióne: simíliter & mulíeres in hábitu ornáto, cum verecúndia & sobrietáte ornántes se, & non in tortis crínibus, aut auro, aut margarítis, vel veste pretiósa.

Cætera ut in Psalterio, p. 157. & 158.

AD TERTIAM.

Ant. 3. *a.* Addúcet Dó-

minus filios tuos ad te portátos in honóre, sicut filios regni. *Bar.* 5. 6.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 11. 3.

Volo vos scire quòd omnis viri caput Christus est: caput autem mulíeris vir, caput verò Christi Deus.

℟. *breve.* Dómine Deus salútis meæ, * In die clamávi. ℟. Dómine. ℣. Et nocte coram te. * In die. Glória. ℟. Dómine. *Ps.* 87. 2.

℣. Apud me orátio Deo vitæ meæ; ℟. Dicam Deo: Suscéptor meus es. *Ps.* 41. 9. 10.

AD SEXTAM.

Ant. 4. f. Gaudébit super te Dóminus Deus tuus in lætítia, silébit in dilectióne sua, exultábit super te in laude. *Soph.* 3. 17.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 3. 1. 2.

Mulíeres súbditæ sint viris suis: ut & si qui non credunt verbo, per mulíerum conversatiónem sinè verbo lucrifiant, considerántes in timóre castam conversatiónem vestram.

℟. *breve.* Exultábo & lætábor * In misericórdia tua Dómine. ℟. Exultábo. ℣. Quóniam respexísti humilitátem meam. * In. Glória. ℟. Exultábo. *Ps.* 30. 8.

℣. Ad ómnia mandáta tua dirigébar; ℟. Omnem viam iníquam ódio hábui. *Ps.* 118. 128.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Ora pro nobis, quóniam múlier sancta es. *Judith.* 8. 29.

CAPITULUM. *Eccli.* 35. 21. 22.

Orátio humiliántis se nubes penetrábit; & donec propínquet, non consolábitur; & non discédet, donec Altíssimus aspíciat; & Dóminus non elongábit.

℟. *breve.* Benedíxit * Fíliis tuis in te. ℟. Benedíxit. ℣. Qui pósuit fines tuos pacem. * Fíliis. Glória. ℟. Benedíxit. *Ps.* 147. 13. 14.

℣. Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo; ℟. Quóniam audísti verba oris mei. *Ps.* 137. 1.

AD VESPERAS.

Ant. 3. *a.* Sicut múlier de viro, ità & vir per mulíerem: ómnia autem ex Deo. 1. *Cor.* 11. 12.

Ant. 1. a. Vir caput est mulíeris, sicut Christus caput est Ecclésiæ. *Eph.* 5. 23.

Ant. 5. a. Viri debent dilígere uxóres suas ut córpora sua: qui suam uxórem díligit, seípsum díligit. *Eph.* 5. 28.

Ant. 1. g. Unusquísque uxórem suam sicut seípsum díligat: uxor autem tímeat virum suum. *Eph.* 5. 33.

Ant. 7. c. Adam primus formátus est, deínde Eva: & Adam non est sedúctus; múlier

Mulier autem sedúcta in prævaricatióne fuit. 1. *Tim.* 2. 13. 14.

CAPITULUM. 1. *Tim.* 2. 11. 12.

MUlier in siléntio discat cum omni subjectióne; docére autem mulíeri non permítto, neque dominári in virum, sed esse in siléntio.

HYMNUS. S. V.

O JAM beáta, quæ suo
Tandem solúta córpore,
Vinclis perenniόribus
Uni Deo conjúngitur.

PER quos gradus cœlum petit,
Hâc ire vos omnes docet,
Junctæ jugáli vínculo,
Et vos, solútæ Cónjuges.

INSIGNIS & nos féminæ
Sequi decet vestígia;
Magnum vel ipsis quæ fuit
Virtútis exémplum viris.

QUEIS arsit illa, fac, Deus,
Flagrémus & nos ígnibus;
Eóque quo te vis coli
Amóre, fac mens te colat.

ÆTERNE tu Verbi Pater;
Ætérne Fili, par Patri;
Et par utríque, Spíritus,
Tibi, Deus, sit glória.
Amen.

Si sit Martyr.

℣. Adhǽsit ánima mea post te, Dómine; ℟. Me suscépit déxtera tua. *Ps.* 62. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 7. G. Dilatátum est os meum super inimícos meos: quia lætáta sum in salutári tuo, Dómine. 1. *Reg.* 2. 1.

Si non sit Martyr.

℣. Propter nomen tuum, Dómine, ℟. Vivificábis me in æquitáte tua. *Ps.* 142. 11.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. f. Orábat Dóminum Deum Israël, ut dirígeret viam ejus. *Judith.* 12. 8.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 6. F. Bona est negotiátio ejus; non extinguétur in nocte lucérna ejus. *Prov.* 31. 18.

Hymnus conveniens.

CAPITULUM. *Eccli.* 36. 26.

QUi póssidet mulíerem bonam, ínchoat possessiónem: adjutórium secúndum illum est, & colúmna ut réquies.

℟. *breve.* In manus, *p.* 163.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 1. a. Cum eléctis féminis gráditur timor Dómini, & cum justis & fidélibus agnóscitur. *Eccli.* 1. 16.

Oratio & cætera omnia ut in Psalterio, p. 164.



COMMUNE
UNIUS SANCTÆ VIDUÆ.

Omnia dicuntur ut suprà, p. lxvij. in Communi unius sanctæ Mulieris, exceptis quæ sequuntur.

IN I. VESPERIS.

Post Hymnum, ℣. Dóminus pupíllum & víduam suscípiet; ℟. Et vias peccatórum dispérdet. *Ps.* 145. 9.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. g. Quæ verè vídua est & desoláta, speret in Deum, & instet obsecratiónibus & oratiónibus nocte ac die. 1. *Tim.* 5. 5.

Oratio ut infrà ad Laudes, nisi sit propria.

AD LAUDES MATUTINAS.

Post Hymnum, ℣. Exultáte in conspéctu ejus, ℟. Patris orphanórum & Júdicis viduárum. *Ps.* 67. 5. 6.

Ad Benedíctus, *Ant.* 8. G. Dómine mi, qui Rex noster es solus, ádjuva me solitáriam, & cujus, præter te, nullus est auxiliátor álius. *Esth.* 14. 3.

Oratio.

DEus, in quem sperat omnis ánima, quæ adhuc in terris pósita, se verè víduam sentit ac desolátam; tríbue nobis, quæsumus, ut exémplo beátæ *N.* obsecratiónibus & oratiónibus nocte ac die instántes, cœléstium consolatiónum mereámur esse partícipes; Per Dóminum nostrum.

AD VESPERAS.

Post Hymnum, ℣. Dirupísti, Dómine, víncula mea; ℟. Tibi sacrificábo hóstiam laudis. *Ps.* 115. 16. 17.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. Non discedébat de templo, jejúniis & obsecratiónibus sérviens nocte ac die. *Luc.* 2. 37.

COMMUNE
PATRONI VEL PATRONÆ, *VEL ETIAM* PLURIUM PATRONORUM.

Festum Patroni primarii particularis cujusdam Ecclesiæ celebratur ritu Annuali, cum Octava secundi Ordinis.

Officium fit de Communi conveniente, servato ritu Annuali, cum Lectionibus sequentibus, nisi habeatur in Proprio Sanctorum Officium proprium.

Psalmi pro I. Vesperis &c.

Completorio subsequente, sumuntur è Feria occurrente pro omnibus aliis Horis, è Dominica, ut in Psalterio, nisi assignentur alii in Proprio Sanctorum.

IN I. NOCTURNO.

De Libro secúndo Machabæórum.

LECTIO I. *c.* 15. *v.* 7. *ad* 10.

MAchabǽus semper confidébat cum omni spe auxílium sibi à Deo affutúrum; & hortabátur suos ne formidárent ad advéntum natiónum, sed in mente habérent adjutória sibi facta de cœlo, & nunc sperárent ab Omnipoténte sibi affutúram victóriam. Et allocútus eos de Lege & Prophétis, ádmonens étiam certámina quæ fécerant priùs, promptióres constítuit eos: & ità ánimis eórum eréctis, simul ostendébat Géntium falláciam, & juramentórum prævaricatiónem.

LECTIO II. *v.* 11. *ad* 13.

SIngulos autem illórum armávit, non clýpei & hastæ munitióne, sed sermónibus óptimis, & exhortatiónibus, expósito digno fide sómnio, per quod univérsos lætificávit. Erat autem hujuscémodi visus: Oníam, qui fúerat summus Sacérdos, virum bonum & benígnum, verecúndum visu, modéstum móribus, & elóquio decórum, & qui à púero in virtútibus exercitátus sit, manus protendéntem, oráre pro omni pópulo Judæórum: post hoc apparuísse & álium virum, ætáte & glóriâ mirábilem, & magni decóris habitúdine circa illum.

LECTIO III. *v.* 14. *ad* 17.

REspondéntem verò Oníam dixísse: Hic est fratrum amátor, & pópuli Israël: hic est, qui multùm orat pro pópulo, & univérsa sancta civitáte, Jeremías Prophéta Dei. Extendísse autem Jeremíam dextram, & dedísse Judæ gládium aúreum, dicéntem: Accipe sanctum gládium munus à Deo, in quo dejícies adversários pópuli mei Israël. Exhortáti itaque Judæ sermónibus bonis valde, de quibus extólli posset ímpetus, & ánimi júvenum confortári, statuérunt dimicáre & conflígere fórtiter, ut virtus de negótiis judicáret.

IN II. NOCTURNO.

Si non sint Lectiones propriæ.

Sermo sancti Bernárdi Abbátis.

In vigil. SS. Petri & Pauli. n. 2.

LECTIO IV.

TRia sunt quæ in festivitátibus Sanctórum vigilánter consideráre debémus: auxílium Sancti, exémplum ejus, confusiónem nostram. Auxílium ejus; quia qui potens in terra fuit, poténtior est in cœlis ante fáciem Dómini

Dei sui. Si enim, dum hîc víveret, misértus est peccatóribus, & orávit pro eis; nunc tantò ámpliùs, quantò vériùs agnóscit misérias nostras, orat pro nobis Patrem; quia beáta illa pátria caritátem ejus non immutávit, sed augmentávit: neque enim quia impassíbilis omnínò, ídeò & incompassíbilis factus est.

LECTIO V.

DEbémus étiam atténdere exémplum ejus; quia quándiu in terris visus est, & cum homínibus conversátus est, non declinávit ad déxteram, neque ad sinístram, sed viam régiam ténuit, donec veníret ad illum qui dicit: Ego sum via, véritas & vita. Intuémini humilitátem óperum ejus, auctoritátem verbórum ejus; & tunc vidébitis quómodo tam verbo, quàm exémplo, lúxerit inter hómines; quália nobis vestígia derelíquerit, ut ambulémus per ea, & non errémus in eis. Verè juxta Prophétam: Sémita justi recta est, rectus callis justi ad ambulándum.

LECTIO VI. n. 3.

SEd & diligentióri intúitu confusiónem nostram inspiciámus: quia homo ille símilis nobis fuit passíbilis, ex eódem luto formátus ex quo & nos. Quid ergo est quòd non solùm diffícile, sed & impossíbile crédimus, ut faciámus ópera quæ fecit, confundámur, fratres, & contremiscámus. Hómines illi fuérunt, qui præcessérunt nos, qui tam mirabíliter processérunt per vias vitæ, ut vix eos hómines fuísse credámus. Sic ergo in Sanctórum festivitátibus, & gaudére, & confúndi debémus: gaudére, quia Patrónos præmísimus; confúndi, quia eos imitári non póssumus.

IN III. NOCTURNO.

De Epístola secúnda beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

LECTIO VII. *c.* 4. *v.* 11. *ad finem.*

SEmper nos qui vívimus, in mortem trádimur propter Jesum; ut & vita Jesu manifestétur in carne nostra mortáli. Ergo mors in nobis operátur, vita autem in vobis. Habéntes autem eúmdem Spíritum fídei, sicut scriptum est: Crédidi, propter quod locútus sum: & nos crédimus, propter quod & lóquimur: sciéntes quóniam qui suscitávit Jesum, & nos cum Jesu suscitábit, & constítuet vobíscum. Omnia enim propter vos; ut grátia abúndans, per multos in gratiárum actióne abúndet in glóriam Dei. Propter quod non defícimus: sed licèt is, qui foris est, noster homo corrumpátur: tamen is, qui intùs est, renovátur de die

em. Id enim, quod in énti est momentáneum re tribulatiónis nostræ, ı modum in sublimi- ætérnum glóriæ pon-)perátur in nobis, non emplántibus nobis quæ ntur, sed quæ non vi- ur: quæ enim vidén- temporália sunt: quæ m non vidéntur, ætér- int.

:TIO VIII. *c.* 5. *v.* *ad* 9.

Cimus enim, quóniam terréstris domus no- iujus habitatiónis dis- tur, quòd ædificatió- ex Deo habémus, do- ı non manufáctam nam in cœlis. Nam &)c ingemíscimus, ha- iónem nostram quæ de est, superíndui cu- :es; si tamen vestíti, nudi inveniámur. Nam ii sumus in hoc taber- lo, ingemíscimus gra- : eò quòd nólumus ex- iri, sed supervestíri;)sorbeátur quod mor- est, à vita. Qui autem it nos in hoc ipsum, s, qui dedit nobis pi- : Spíritûs. Audéntes r semper sciéntes quó- ı dum sumus in cór- , peregrinámur à Dó-): (per fidem enim ulámus, & non per spé- ı.) Audémus autem, & ım voluntátem habé- magìs peregrinári à ore & præséntes esse ad ìinum. Et ídcò contén- dimus, sive abséntes, sive præséntes, placére illi.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO IX. *c.* 11. *v.* 5. *ad* 10.

Oratio perseverans omnia impetrat.

DIxit Jesus discípulis suis: Quis vestrûm ha- bébit amícum, & ibit ad illum média nocte, & di- cet illi: Amíce, cómmoda mihi tres panes? Et réliqua.

Homília sancti Basílii Epíscopi.

Constit. Monast. c. 1. n. 4.

HOc exémplum idcírcò nobis à Dómino pro- pónitur, ut dóceat nos in fide firmos esse ac pertiná- ces. Exémplum enim sumit ab hómine ad hóminem, ut discas nunquam despe- ráre; ut, cùm petíeris, nec accéperis, non desístas ta- men, quoàd accípias, si modò, quæ Deus vult pó- stules: neque díxeris; Peccá- tor sum, & ídeò non exaú- dior. Verùm enim verò ne spem abjíceres, idcírcò ait: Et si non proptéreà quòd ejus amícus sit, dabit illi; propter improbitátem ta- men ejus, dabit illi quotquot habet necessários. Opórtet ítaque divínum auxílium flagitáre: flagitándum au- tem est, non ségniter, ne- que mente huc & illuc diva- gánte: síquidem quísquis est ejúsmodi, non solùm non consecutúrus est quæ petet, imò verò Dómi-

num magìs exaſperábit.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1563. *Seſſ.* 25. *De Invocat. Sanct.*

QUì negant Sanctos ætérnâ felicitáte in cœlo fruéntes, invocándos eſſe, aut qui áſſerunt vel illos pro homínibus non oráre, vel eórum, ut pro nobis étiam ſingulìs orent, invocatiónem eſſe idololatríam, ímpiè séntiunt.

DIEBUS

Intra Octavam.

Tres Antiphonæ, ℣. & ℟℟. ſumuntur ex Officio Nocturno diei, ſecundùm Feriam.

Lectio I. de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis. Lectio II. & III. ut infrà pro qualibet die.

In Laudibus & Veſperis Pſalmi dicuntur ſub ſola Antiphona quarta. Cætera omnia ut in die, juxta ritum Octavarum ſecundi Ordinis.

Dominica *intra Octavam occurrente, totum Officium fit de Dominica, incipiendo à primis Veſperis, cum Commemoratione Octavæ in utriſque Veſperis & Laudibus, ſed abſque Lectione.*

DIE SECUNDA

Intra Octavam.

De Libro Proverbiórum.

Lectio II. *c.* 3. *v.* 1. *ad* 12.

FIli mi, ne oblivìſcáris legis meæ, & præcépta mea cor tuum cuſtódiat; longitúdinem enim diérum, & annos vitæ, & pacem appónent tibi. Miſericórdia & véritas te non déſerant, circúmda eas gútturi tuo, & deſcríbe in tábulis cordis tui: & invénies grátiam, & diſciplínam bonam, coram Deo & homínibus. Habe fidúciam in Dómino ex toto corde tuo, & ne innitáris prudéntiæ tuæ. In ómnibus viis tuis cógita illum, & ìpſe díriget greſſus tuos. Ne ſis ſápiens apud temetípſum: time Deum, & recéde à malo: sánitas quippe erit umbílico tuo, & irrigátio óſſium tuórum. Honóra Dóminum de tua ſubſtántia, & de primítiis ómnium frugum tuárum da ei: & implebúntur hórrea tua ſaturitáte, & vino torculária tua redundábunt. Diſciplínam Dómini, fili mì, ne abjícias: nec defícias cùm ab eo corríperis: quem enim díligit Dóminus, córripit: & quaſi pater in fílio, cómplacet ſibi.

Sermo ſancti Gregórii Nyſséni.

Oratio de ſancto Theodoro.

Lectio III.

COnſideráte, hujus puri cultûs miníſtri ſtudióſi, quanta res ſit juſtus, quámque multas conſequátur remuneratiónes: & cógnito pietátis fructu, imi-

támini consílium, & aspiráte ad ánimum & voluntátem eórum, qui ità præ cæteris honoránture. Cui regum talis honor habétur? Quis est ex iis qui supra modum inter hómines excéllere visi sunt, qui tali memóriâ celebrétur? Quis Imperatórum, qui urbes munítas cepérunt, natiónes innúmeras subjecérunt, ádeò decantátus, & famâ celebrátus est?

DIE TERTIA

Intra Octavam.

De Libro Proverbiórum.

LECTIO II. *c.* 3. *v.* 13. *ad* 22.

Beátus homo qui ínvenit sapiéntiam, & qui áffluit prudéntiâ: mélior est acquisítio ejus negotiatióne argénti, & auri primi & puríssimi fructus ejus: pretiósior est cunctis ópibus: & ómnia quæ desiderántur, huic non valent comparári. Longitúdo diérum in déxtera ejus, & in sinístra illíus divítiæ & glória. Viæ ejus viæ pulchræ, & omnes sémitæ illíus pacíficæ. Lignum vitæ est his qui apprehénderint eam: & qui tenúerit eam, beátus. Dóminus sapiéntiâ fundávit terram, stabilívit cœlos prudéntiâ. Sapiéntiâ illíus erupérunt abýssi, & nubes rore concréscunt. Fili mi, ne éffluant hæc ab óculis tuis: Custódi legem atque consílium: & erit vita ánimæ tuæ, & grátia faúcibus tuis.

Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi.

De Martyribus.

LECTIO III.

Qui Sanctórum mérita religiósâ caritáte mirátur, quíque Justórũ glórias frequénti laude collóquitur, eórum mores sanctos atque justítiam imitétur; quóniam quem delēctat Sancti alicújus méritum, delectáre debet par circa Dei cultum obséquiũ. Quare aut imitári debet, si laudat; aut laudáre non debet, si imitári detréctat: ut qui álium laudat, laudábilem se reddat; & qui Sanctórum mérita admirátur, mirábilis ipse vitæ sanctitáte reddátur: nam si proptéreà justos fidelésque dilígimus, quòd in ipsis justítiam fidémque suspícimus; póssumus nos quoque esse quod sunt, si faciámus ipsi quod fáciunt.

DIE QUARTA

Intra Octavam.

De Libro Proverbiórum.

LECTIO II. *c.* 4. *v.* 1. *ad* 9.

Audíte, filii, disciplínam patris, & atténdite ut sciátis prudéntiam. Donum bonum tríbuam vobis, legem meam ne derelinquátis. Nam & ego fílius fui patris mei, tenéllus, & unigénitus coram matre mea: & docébat me atque dicébat: Suscípiat verba mea

cor tuum, custódi præcépta mea; & vives. Póssíde sapiéntiam, póssíde prudéntiam; ne oblivíscáris, neque declínes à verbis oris mei. Ne dimíttas eam, & custódiet te: dílige eam, & consérvábit te. Princípium sapiéntiæ, póssíde sapiéntiam: & in omni possessióne tua, acquíre prudéntiam; árripe illam, & exaltábit te: glorificáberis ab ea, cùm eam fúeris amplexátus: dabit cápiti tuo augménta gratiárum, & corónâ ínclytâ próteget te.

Sermo sancti Hierónymi Presbýteri.

Adversùs Vigilantium.

LECTIO III.

Dicis in libéllo tuo, quòd dum vívimus, mútuò pro nobis oráre póssumus; postquàm autem mórtui fuérimus, nullíus sit pro álio exaudiénda orátio. Si Apóstoli & Mártyres adhuc in córpore constitúti, possunt oráre pro cæteris, quando pro se adhuc debent esse sollíciti; quantò magis post corónas, victórias, & triúmphos? Unus homo Móyses sexcéntis míllibus armatórum ímpetrat à Deo véniam: & Stéphanus imitátor Dómini sui, & primus Martyr in Christo, pro persecutóribus véniam deprecátur: & postquàm cum Christo esse cœperint, minùs valébunt?

DIE QUINTA

Intra Octavam.

De Libro Proverbiórum.

LECTIO II. *c. 4. v. 10. ad 19.*

Audi, fili mi, & súscipe verba mea, ut multiplicéntur tibi anni vitæ. Viam sapiéntiæ monstrábo tibi, ducam te per sémitas æquitátis: quas cùm ingréssus fúeris, non arctabúntur gressus tui, & currens non habébis offendículum. Tene disciplínam, ne dimíttas eam; custódi illam, quia ipsa est vita tua. Ne delectéris in sémitis impiórum, nec tibi pláceat malórum via. Fuge ab ea, nec tránseas per illam: declína, & désere eam; non enim dórmiunt nisi malefécerint: & rápitur somnus ab eis nisi supplantáverint; cómedunt panem impietátis, & vinum iniquitátis bibunt. Justórum autem sémita, quasi lux splendens, procédit, & crescit usque ad perféctam diem. Via impiórum tenebrósa: nésciunt ubi córruant.

Sermo sancti Basílii Epíscopi.

Homil. in 40. Martyres. n. 8.

LECTIO III.

Parátum est hîc auxílium Christiánis, exércitus tropæa gestántium, chorus laudes divínas celebrántium. Qui angústiâ áliquâ prémitur, ad hos confúgit, qui lætátur, recúrrit ad eos:

dem: ille quidem, ut à malis liberétur, hic verò, ut res sibi secúndæ esse pergant. Hîc múlier pia pro líberis orans deprehénditur: peregrinánti maríto réditum, infírmo salútem petit. O chorus sanctus! ô sacer ordo! ô confertíssimum & infráctum agmen! ô commúnes géneris humáni custódes! boni curárum sócii, precum fautóres, legáti potentíssimi, stellæ orbis terrárum, Ecclesiárum flores! Non vos terra opéruit, sed cœlum suscépit.

DIE SEXTA
Intra Octavam.
De Libro Proverbiórum.
Lectio II. *c.* 4. *v.* 20. *ad finem.*

FIlî mi, auscúlta sermónes meos, & ad elóquia mea inclína aurem tuam; ne recédant ab óculis tuis, custódi ea in médio cordis tui: vita enim sunt inveniéntibus ea, & univérsæ carni sánitas. Omni custódiâ serva cor tuum, quia ex ipso vita procédit. Rémove à te os pravum, & detrahéntia lábia sint procul à te. Oculi tui recta vídeant, & pálpebræ tuæ præcédant gressus tuos. Dírige sémitam pédibus tuis, & omnes viæ tuæ stabiliéntur. Ne declínes ad déxteram, neque ad sinístram: avérte pedem tuum à malo; vias enim, quæ à dextris sunt, novit Dóminus: pervérsæ verò sunt quæ à sinístris sunt. Ipse autem rectos fáciet cursus tuos, itínera autem tua in pace prodúcet.

Sermo sancti Cleméntis Papæ & Mártyris.
Epist. 1. *ad Cor. c.* 32. 33.
Lectio III.

II glóriam & amplitúdinem consecúti sunt, non per seípsos, aut ópera sua, aut justas actiónes quas fecérunt, sed per voluntátem Dei. Et nos ígitur ex voluntáte illíus in Christo Jesu vocáti, non per nos ipsos justi effícimur, neque per sapiéntiam nostram, aut intelligéntiam, aut pietátem, aut ópera quæ in cordis sanctitáte operáti sumus; sed per fidem, per quam cunctos, qui unquam justi fuérunt, justificávit Deus omnípotens. Quid ígitur faciémus, fratres? cessábimus à bonis opéribus, & caritátem derelinquémus? neútiquam hoc à nobis fieri permíttat Dóminus: sed cum diligéntia & alacritáte festinémus omne opus bonum perfícere. Videámus quòd in bonis opéribus ornáti fuérunt omnes justi. Et ipse Dóminus cùm se opéribus decorásset, gavísus est. Habéntes ítaque hoc exémplar, impigrè ad voluntátem ejus accedámus; ex totis víribus nostris operémur opus justítiæ.

DIE SEPTIMA

Intra Octavam.

De Libro Proverbiórum.

LECTIO II. *c.* 16. *v.* 1. *ad* 9.

HOminis est ánimam præparáre; & Dómini gubernáre linguam. Omnes viæ hóminis patent óculis ejus; spirítuum ponderátor est Dóminus. Revéla Dómino ópera tua, & dirigéntur cogitatiónes tuæ. Univérsa propter semetípsum operátus est Dóminus, ímpium quoque ad diem malum. Abominátio Dómini est omnis árrogans: etiámsi manus ad manum fúerit, non est ínnocens. Inítium viæ bonæ, fácere justítiam: accépta est autem apud Deum, magis quàm immoláre hóstias. Misericórdiâ & veritáte rediḿitur iníquitas: & in timóre Dómini declinátur à malo. Cùm placúerint Dómino viæ hóminis, inimícos quoque ejus convértet ad pacem. Mélius est parum cum justítia, quàm multi fructus cum iniquitáte. Cor hóminis dispónit viam suam; sed Dómini est dirígere gressus ejus.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

Tract. 1. *in Epist. Joan.* n. 8.

LECTIO III.

JOánnes quid dixit? Et, si quis peccáverit, Advocátum habémus apud Patrem, Jesum Christum Justum. Sed dicet áliquis: Ergo Sancti non petunt pro nobis? Ergo Epíscopi & Præpósiti non petunt pro pópulo? Sed atténdite Scriptúras, & vidéte quia & Præpósiti comméndant se pópulo. Nam Apóstolus dicit plebi: Orántes simul & pro nobis. Orat Apóstolus pro plebe: orat plebs pro Apóstolo. Orámus pro vobis, fratres, sed & vos oráte pro nobis: ínvicem pro se ómnia membra orent; caput pro ómnibus intercépellet.

AD VESPERAS. *Omnia ut in I. Vesperis Festi, servato ritu Duplici majori.*

IN OCTAVA

Festi Patróni vel Patrónæ.

Duplex majus.

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur, & servato ritu Duplici majori.

Psalmi de Feria.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Bernárdi Abbátis.

Serm. 5. *in Fest. omn. SS.* n. 6.

LECTIO IV.

EXcitémur aliquándo; fratres; resurgámus cum Christo, quærámus quæ sursùm sunt; quæ sursùm sunt sapiámus. Desiderémus desiderántes nos, properémus ad præstolántes nos; expectántes nos, votis præoccupémus animórum. Ecce enim nihil in

hac nostra communióne securitátis, nihil perfectiónis, nihil quiétis: & tamen hîc quoque quàm bonum & quàm jucúndum, habitáre fratres in unum! Quidquid enim, sive intériùs, sive extériùs, moléstum occúrrit, ipso útique tam germanórum consórtio fratrum, cum quibus est nobis cor unum & ánima una in Deum, tolerabílius invénitur. Quàm dúlcior erit, quàm delectabílior, quàm beátior únio, ubi nulla suspício esse póterit, nulla dissensiónis occásio, ubi omnes perfécta cáritas indissolúbili fœdere colligábit!

Lectio V. n. 10.

UT eam glóriam nobis speráre líceat, & ad tantam beatitúdinem adspiráre, summópere nobis desideránda sunt suffrágia Sanctórum: ut quod possibílitas nostra non óbtinet, eórum nobis intercessióne donétur. Miserémini meî, miserémini meî, saltèm vos, amíci mei: nostis ipsi perículum nostrum: nostis figméntum nostrum: nostis ignorántiam nostram, & dolos adversariórum: nostis eórum ímpetus & nostram fragilitátem. Vobis enim loquor, qui in eádem tentatióne fuístis; qui eósdem superástis conflíctus, eósdem láqueos evasístis; qui didicístis ex his quæ passi estis compassiónem.

Lectio VI. n. 10. 11.

ET si de Angelis mihi árbitror præsuméndum, ob spirituális substántiæ & rationális formæ similitúdinem; amplióri tamen fidúciâ ad eos mihi reor verténdum, quos habére me nóverim & in ipsa humanitáte consórtes; ut opórteat eos familiáriùs & speciáliùs miseréri ossi de óssibus suis, & carni de carne sua. Absit, absit à vobis, ánimæ sanctæ, Ægýptia illa crudélitas pincérnæ Pharaónis, qui in gradum prístinum restitútus, statim oblítus est Joseph sancti, qui in cárcere tenebátur. Non enim erant uníus cápitis membra, nec áliqua pars fidéli cum infidéli, aut ulla sócietas Israelítæ ad Ægýptium. Nos quoque, si non sumus ipsíus cápitis membra, cujus & Sancti, unde eis tam solémnibus votis, & tanto gratulámur afféctu? Hæc ígitur nostra & eórum cohæréntia est, ut nos gratulémur eis, ipsi compatiántur nobis: nos devótâ meditatióne regnémus in eis, ipsi in nobis & pro nobis mílitent piâ interventióne.

IN III. NOCTURNO.

De Libro Sapiéntiæ.

Lectio VII. *c.* 4. *v.* 1. *ad* 6.

O Quàm pulchra est casta generátio cum claritáte! immortális est enim memória illíus; quóniam

& apud Deum nota est, & apud hómines. Cùm præsens est, imitántur illam; & desíderant eam, cùm se edúxerit; & in perpétuum coronáta triúmphat incoinquinatórum certáminum prǽmium vincens. Multígena autem impiórum multitúdo non erit útilis, & spúria vitulámina non dabunt radíces altas, nec stábile firmaméntum collocábunt. Et si in ramis in témpore germináverint, infírmiter pósita, à vento commovebúntur, & à nimietáte ventórum eradicabúntur. Confringéntur enim rami inconsummáti, & fructus illórum inútiles, & acérbi ad manducándum, & ad níhilum apti. Ex iníquis enim somnis fílii qui nascúntur, testes sunt nequítiæ advérsùs paréntes in interrogatióne sua.

LECTIO VIII. *v.* 7. *ad* 14.

JUstus autem si morte præoccupátus fúerit, in refrigério erit. Senéctus enim venerábilis est, non diutúrna, neque annórum número computáta: cani autem sunt sensus hóminis; & ætas senectútis vita immaculáta. Placens Deo factus est diléctus, & vivens inter peccatóres translátus est: raptus est ne malítia mutáret intelléctum ejus, aut ne fíctio decíperet ánimam illíus. Fascinátio enim nugacitátis obscúrat bona, & inconstántia concupiscéntiæ transvértit sensum sinè malítia. Consummátus in brevi explévit témpora multa: plácita enim erat Deo ánima illíus; propter hoc properávit edúcere illum de médio iniquitátum.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO IX. *c.* 11. *v.* 5. *ad* 10.

Oratio perseverans omnia impetrat.

DIxit Jesus discípulis suis: Quis vestrûm habébit amícum, & ibit ad illum médiâ nocte, & dicet illi: Amíce, cómmoda mihi tres panes? Et réliqua.

Homília sancti Ambrósii Epíscopi.

Lib. 7. *in Luc.* n. 87. 88.

ALius præcépti locus est, ut ómnibus moméntis, non solùm diébus, sed étiam nóctibus, orátio deferátur. Vides enim quòd iste qui médiâ nocte perréxit, tres panes ab amíco suo póstulans, & in ipsa peténdi intentióne persístens, non defraudétur orátis. Qui sunt isti tres panes, nisi mystérii cœléstis aliméntum? Quòd si díligas Dóminum Deum tuum, non solùm tibi, sed étiam áliis póteris emeréri. Quis autem amícior nobis, quàm qui pro nobis corpus suum trádidit? ab hoc médiâ nocte panes David pétiit, & accépit.

Pétiit quando dicébat : Médiâ nocte surgébam ad confiténdum tibi. Neque enim tímuit ne excitáret dormiéntem, quem scit semper vigilántem. Et ídeò scriptórum mémores, nóctibus ac diébus oratióni instántes, peccátis nostris véniam postulémus.

IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS ECCLESIÆ.

SOLEMNE MAJUS.

Si sit ipsa dies Dedicationis Ecclesiæ, Officium fit ritu Annuali, & tunc incipit tantummodò ad Sextam, dedicatâ scilicet Ecclesiâ. Horæ autem quæ præcedunt Dedicationem, dicuntur de Dominica, vel de Festo occurrente.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Feria.

Antiphona. 8. *toni* G.

ÆDificávit Noë altáre Dómino; & tollens de cunctis pecóribus & volúcribus mundis, óbtulit holocaústa super altáre. *Gen.* 8. 20.

Ant. 1. J. Ædificávit Abram altáre Dómino, & invocávit nomen ejus. *Gen.* 12. 8.

Ant. 3. E. Ædificávit Isaac altáre; & invocáto nómine Dómini, exténdit tabernáculum. *Gen.* 26. 25.

Ant. 2. D. Surgens Jacob manè tulit lápidem quem supposúerat cápiti suo, & eréxit in títulum, fundens óleum désuper. *Gen.* 28. 18.

Ant. 8. c. Complévit Móyses Tabernáculum, & eréxit illud, unxítque & sanctificávit cum ómnibus vasis suis, altáre simíliter & ómnia vasa ejus. *Num.* 7. 1.

CAPITULUM. *Aggæi.* 1. 7. 8.

HÆc dicit Dóminus exercítuum : Pónite corda vestra super vias vestras : ascéndite in montem, portáte ligna, & ædificáte Domum : & acceptábilis mihi erit, & glorificábor, dicit Dóminus.

℟. Dixit David ad Salomónem : * Fili mi, voluntátis meæ fuit, ut ædificárem Domum nómini Dómini Dei mei. 1. *Par.* 22. 7. ℣. Pétiit David ut inveníret Tabernáculum Deo Jacob. *Act.* 7. 46. * Fili. Glória. *Resumitur.* ℟. Dixit.

HYMNUS.

SIste, qui sanctam próperas ad Ædem;
Mýstico postquàm sacra facta ritu,
Scis Dei quòd sit Domus, & Tonántis
Altera Sedes?

CUJUS in cœlo thro-

nus est perénnis,
Parva vult terris habitáre
tecta:
Incapax claudi, latet hos-
pes, arcto
Clausus in orbe.
Non malos ultor venit
inter ignes;
Non nigra nimbi tonat è
procélla:
Nec minùs credas plácido
verénda
Númine templa.
Quid vetus fluxit cruor
hostiárum?
Prístinæ cessent holocaústa
Legis:
Astat hîc aris, simul &
Sacérdos,
Hóstia Christus.
Quid venis, audax?
procul hinc profánus;
Sancta ni fletûs lavet unda
crimen.
Munda quàm multis jubet
esse mundum
Vócibus ædes!
Trine, quæ sanctis
tibi thura fumant
Ædibus, grato pláceant
odóre;
Et pluant pingues resolúta
lætis
Núbibus imbres.
Amen.

℣. Díligit Dóminus por-
tas Sion, ℟. Super ómnia ta-
bernácula Jacob. *Ps.* 86. 2.

Ad Magníficat, *Ant.* 2.
D. * Cœpit Sálomon ædi-
ficáre Domum Dómini in
Jerúsalem in monte Mória,
qui demonstrátus fúerat
David patri ejus. 2. *Par.*
3. 1.

Oratio.

DEus, qui de vivis &
eléctis lapídibus ætér-
num majestáti tuæ prǽpa-
ras habitáculum, auxiliáre
pópulo tuo supplicánti; ut
quod Ecclésiæ tuæ corpo-
rálibus próficit spátiis,
spirituálibus amplificétur
augméntis; Per Dóminum.

*Deinde fit Commemoratio
Dominicæ occurrentis, per
Antiphonam quæ est in Ves-
peris Sabbati, ℣. & Orat.
convenientem.*

Completorium *habe-
tur post II. Vesperas, eo solo
discrimine quòd hic dicun-
tur Psalmi de Feria.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium: Dóminum
in Templo sancto suo, * Ve-
níte, adorémus. *Habac.*
2. 20.

Psalmus, Veníte, *p.* 2.
ritu solemni.

Hymnus.

ECce sedes hîc To-
nántis;
Ecce cœli jánua:
Hîc, sacérdos, ara, tem-
plum,
Hîc Deus fit hóstia:
Incruéntâ morte, jugis
Hîc amor litat Deum.
Qualis ara, quanta
sedes,
Ipsíus capax Dei!
Quem nec univérsa terra,
Omne nec cœlum capit,
Orbe parvo se coárctans
Hîc latére sústinet.
Quam libénter hîc pu-
dícis

Inserit se córdibus!
Hîc amántis tota Christi
Exerit se cáritas;
Hîc Pater caros sedére
Gestit inter fílios.
Hinc facésse, quem profána
Pólluit contágio;
Neu sacrum transíre limen
Inquinátus aúdeas:
Ultor astat cum flagéllis,
Púniens sontes Deus.
Sit perénnis laus Paréntì;
Sit perénnis Fílio;
Laus tibi, qui nectis ambos,
Sit perénnis, Spíritus,
Chrisma cujus nos inúngens,
Viva templa cónsecrat.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

In Ps. 5. Verba mea aúribus pércipe, *p. 66.*

Ant. 1. f. Magna erit glória Domûs istíus novíssimæ plusquàm primæ, dicit Dóminus exercítuum; & in loco isto dabo pacem. *Aggæi.* 2. 10.

In Ps. 23. Dómini est terra, *p.* 112.

Ant. 2. D. Dabo sanctificatiónem meam in médio eórum in perpétuum; & erit Tabernáculum meum in eis. *Ezech.* 37. 26. 27.

In Ps. 25. Júdica me, Dómine, quóniam, *p.* 124.

Ant. 7. *d.* Habitábo in médio filiórum Israël, erôque eis Deus, & scient quia ego Dóminus Deus eórum. *Exod.* 29. 45. 46.

℣. Transíbo in locum Tabernáculi admirábilis, ℟. Usque ad Domum Dei. *Ps.* 41. 5.

De Libro secúndo Paralipómenon.

LECTIO I. *c.* 7. *v.* 1. *ad* 5.

Cum compléisset Sálomon fundens preces, ignis descéndit de cœlo, & devorávit holocaústa & víctimas; & majéstas Dómini implévit domum. Nec póterant Sacerdótes íngredi templum Dómini, eò quòd impléisset majéstas Dómini templum Dómini. Sed & omnes fílii Israël vidébant descendéntem ignem, & glóriam Dómini super domum: & corruéntes proni in terram super paviméntum stratum lápide, adoravérunt, & laudavérunt Dóminum: Quóniam bonus, quóniam in séculum misericórdia ejus. Rex autem, & omnis pópulus, immolábant víctimas coram Dómino. Mactávit ígitur Rex Sálomon hóstias, boum vigínti duo míllia, aríetum centum vigínti míllia; & dedicávit domum Dei Rex &, univérsus pópulus.

℟. *j.* Scient gentes quia ego Dóminus Sanctificátor Israël, * Cùm fúerit sanctificátio mea in médio eórum in perpétuum. *Ezech.* 37. 28. ℣. De omni re quamcúmque peccáverint.

fiet illis. *Matt.* 18. 19. * Cùm. Glória. * Cùm.

Lectio II. *v. 6. ad 9.*

SAcerdótes autem stabant in officiis suis: & Levítæ in órganis cárminum Dómini, quæ fecit David rex ad laudándum Dóminum: Quóniam in ætérnum misericórdia ejus; hymnos David canéntes per manus suas. Porro Sacerdótes canébant tubis ante eos, cunctúsque Israël stabat. Sanctificávit quoque Sálomon médium átrii ante templum Dómini: obtúlerat enim ibi holocaústa, & ádipes pacificórum; quia altáre æneum quod fécerat, non póterat sustinére holocaústa, & sacrifícia, & ádipes. Fecit ergo Sálomon solemnitátem in témpore illo septem diébus, & omnis Israël cum eo, ecclésia magna valde, ab introítu Emath usque ad torréntem Ægýpti. Fecítque die octávo colléctam, eò quòd dedicásset altáre septem diébus, & solemnitátem celebrásset diébus septem.

℟. *ij.* In templo hoc & in Jerúsalem quam elégi de cunctis tríbubus Israël, ponam nomen meum in sempitérnum; * Et ultrà non fáciam commovéri pedem Israël. 4. *Reg.* 21. 7. 8. ℣. Ero vobis in Patrem, & vos éritis mihi in fílios & fílias. 2. *Cor.* 6. 18. * Et ultrà. Glória. * Et ultrà.

Lectio III. *v.* 12. *ad* 16.

APpáruit autem Salomóni Dóminus nocte, & ait: Audívi oratiónem tuam, & elégi locum istum mihi in domum sacrifícii. Si claúsero cœlum, & plúvia non flúxerit, & mandávero & præcépero locústæ ut dévoret terram, & mísero pestiléntiam in pópulum meum; convérsus autem pópulus meus, super quos invocátum est nomen meum, deprecátus me fúerit, & exquisíerit fáciem meam, & égerit pœniténtiam à viis suis péssimis; & ego exaúdiam de cœlo, & propítius ero peccátis eórum, & sanábo terram eórum. Oculi quoque mei erunt apérti, & aures meæ eréctæ ad oratiónem ejus, qui in loco isto oráverit: elégi enim, & sanctificávi locum istum, ut sit nomen meum ibi in sempitérnum, & permáneant óculi mei, & cor meum ibi cunctis diébus.

℟. *iij.* Habitábo vobíscum in loco isto, * In terra quam dedi pátribus vestris à século, & usque in séculum. *Jer.* 7. 7. ℣. Et vos coædificámini in habitáculum Dei in Spíritu. *Eph.* 2. 22. * In terra. Glória. *Resumitur* ℟. Habitábo.

IN II. NOCTURNO.

In Ps. 28. Afférte Dómino, fílii Dei, *p.* 86.

Ant. 3. *a.* Non póterant

rdótes íngredi Tem-
Dómini, eò quòd
ésset majéstas Dómini
plum Dómini. 2. *Par.*

Ps. 45. Deus noster,
;ium & virtus, *p.* 96.
t. 2. D. Omnes fílii
l vidébant descendén-
ignem, & glóriam
ini super Domum. 2.
7. 3.
Ps. 47. Magnus Dó-
s & laudábilis, *p.* 138.
t. 4. a. Dedicávit Do-
Dei Rex, & uni-
s pópulus: Sacerdótes
n stabant in offíciis
2. *Par.* 7. 5. 6.
Sanctificávit Taber-
lum suum Altíssimus:
)eus in médio ejus.
5. 5. 6.
no sancti Bernárdi
Abbátis.
)edic. Eccles. Serm.
1. n. 1.

Lectio IV.

:stívitas hodiérna, fra-
tres, tantò nobis debet
devótior, quantò fa-
rior est. Nam cæteras
:m Sanctórum solem-
:s cum Ecclésiis áliis
nus commúnes; hæc
fic nobis est própria,
:césse sit, vel à nobis
vel à némine celebrá-
ostra est, quia de Ec-
nostra: magis autem
a, quia de nobis ipsis.
mini fórsitan & eru-
:is celebrári festa de
: sed nolíte fíeri sicut
; & mulus, quibus
non est intelléctus. Quid
enim lápides isti potuérunt
sanctitátis habére, ut eó-
rum solémnia celebrémus?
Habent útique sanctitá-
tem, sed propter córpora
vestra. An verò córpora
vestra sancta esse quis dú-
bitet, quæ templum sancti
Spíritûs sunt, ut sciat unus-
quísque possidére vas suum
in sanctificatióne? Itaque
sanctæ sunt ánimæ propter
inhabitántem Spíritum Dei
in vobis; sancta sunt cór-
pora propter ánimas; san-
cta est étiam propter cór-
pora domus.

℟. *iv.* Corruéntes proni
in terram super pavimén-
tum stratum lápide, ado-
ravérunt & laudavérunt
Dóminum; * Quóniam
bonus, quóniam in sécu-
lum misericórdia ejus. 2.
Par. 7. 3. ℣. Implétum est
Templum fumo à majestáte
Dei & de virtúte ejus.
Apoc. 15. 8. * Quóniam.
Glória. * Quóniam.

Lectio V. n. 3. 4.

Quando domus ista per
manus Pontíficum de-
dicáta est Dómino,
propter nos sinè dúbio fa-
ctum est. In nobis proínde
spirituáliter impléri necésse
est, quæ in pariétibus visí-
bíliter præcessérunt. Et si
vultis scire, hæc útique
sunt; aspérsio, inscríptio,
inúnctio, illuminátio, be-
nedíctio. Hæc quidem in
hac visíbili domo fecére
Pontífices; hæc Christus

assístens Póntifex futurórum bonórum invisibíliter quotídie operátur in nobis. Primò síquidem aspérgit nos hyssópo, ut mundémur, lavémur, dealbémur. Lavat, inquam, nos in confessióne, lavat nos lacrymárum imbre; lavat sudóre pœniténtiæ: magìs autem lavat nos aquâ illâ pretiosíssimâ, quæ de fonte pietátis, id est, ab ejus látere, emanávit. Non solùm autem, sed inscríbit dígito Dei, in quo ejiciébat dæmónia, haud dúbium quin in Spíritu sancto. Inscríbit, inquam, legem suam, non jam in lápide, sed in tábulis cordis carnálibus, Prophéticam implens promissiónem, quâ se pollícitus est ablatúrum cor lapídeum, & cárneum cor esse datúrum, id est, non durum, non obstinátum, non Judáicum; sed pium, sed mansuétum, sed tractábile, sed devótum.

℟. *v*. Salomóni subjécit Deus omnes hostes, ut cónderet Domum in nómine suo, * Et paráret sanctitátem in sempitérnum. *Eccli*. 47. 15. ℣. Christus diléxit Ecclésiam, & seípsum trádidit pro ea, ut illam sanctificáret. *Eph*. 5. 25. 26. *Et paráret. Glória. * Et paráret.

LECTIO VI. n. 6.

JAm verò benedictiónem quidem expectámus in fine, quando apériet manum suam, & implébit omne ánimal benedictióne. Nam in quátuor præmíssis mérita constant, in benedictióne sunt prǽmia. In benedictióne tota complébitur grátia sanctificatiónis, quando jam in domum transíbimus non manufáctam, ætérnam in cœlis. Ipsa est quæ construítur vivis ex lapídibus, Angelis scílicet & homínibus; simul enim ædificátio, & dedicátio ipsa complébitur.

℟. *vj*. Fecérunt dedicatiónem altáris diébus octo; * Et obtulérunt holocaústa cum lætítia, & sacrifícium salutáris & laudis. 1. *Mach*. 4. 56. ℣. Apértum est Templum Tabernáculi Testimónii. *Apoc*. 15. 5. * Et obtulérunt. Glória. *Resumitur* ℟. Fecérunt.

IN III. NOCTURNO.

In Ps. 64. Te decet hymnus, Deus, in Sion, *p*. 97.

Ant. 7. d. Scriptum est: Quia Domus mea Domus oratiónis vocábitur ómnibus géntibus. *Marc*. 11. 17.

In Ps. 83. Quàm dilécta tebernácula tua, *p*. 107.

Ant. 6. F. Si quis Templum Dei violáverit, dispérdet illum Deus. 1. *Cor*. 3. 17.

In Ps. 86. Fundaménta ejus in móntibus sanctis, *p*. 139.

Ant. 8. G. Quàm terri-

bilis est locus iste ! non est hîc áliud, nisì Domus Dei & porta cœli. *Gen.* 28. 17. ℣. Domum tuam decet sanctitúdo, Dómine, ℟. In longitúdinem diérum. *Ps.* 92. 5.

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

LECTIO VII. *c.* 3. *v.* 16. *ad finem.*

NEscítis quia templum Dei estis, & Spíritus Dei hábitat in vobis ? Si quis autem templum Dei violáverit, dispérdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Nemo se sedúcat : si quis vidétur inter vos sápiens esse in hoc século, stultus fiat, ut sit sápiens. Sapiéntia enim hujus mundi, stultítia est apud Deum. Scriptum est enim : Comprehéndam sapiéntes in astútia eórum. Et íterùm : Dóminus novit cogitatiónes sapiéntium, quóniam vanæ sunt. Nemo ítaque gloriétur in homínibus : omnia enim vestra sunt, sive Paulus, sive Apóllo, sive Cephas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive præséntia, sive futúra : ómnia enim vestra sunt : vos autem Christi : Christus autem Dei.

℟. *vij.* Qui habet in cœlis habitatiónem, visitátor & adjútor est loci illíus, & * Veniéntes ad malefaciéndum pércutit ac perdit. 2. *Mach.* 3. 39. ℣. Non intrábit in eam áliquid coinquinátum aut abominatiónem fáciens. *Apoc.* 21. 27. * Veniéntes. Glória. * Veniéntes.

De Epístola prima beáti Petri Apóstoli.

LECTIO VIII. *c.* 2. *v.* 1. *ad* 10.

DEponéntes omnem malítiam, & omnem dolum, & simulatiónes, & invídias, & omnes detractiónes, sicut modò géniti infántes, rationábile, sinè dolo lac concupíscite ; ut in eo crescátis in salútem : si tamen gustástis quóniam dulcis est Dóminus : ad quem accedéntes lápidem vivum, ab homínibus quidem reprobátum, à Deo autem eléctum & honorificátum, & ipsi, tanquam lápides vivi, superædificámini, domus spirituális, sacerdótium sanctum, offérre spirituáles hóstias, acceptábiles Deo per Jesum Christum. Propter quod cóntinet Scriptúra : Ecce pono in Sion lápidem summum anguláre, eléctum, pretiósum : & qui credíderit in eum, non confundétur. Vobis ígitur honor credéntibus : non credéntibus autem : Lapis quem reprobavérunt ædificántes, hic factus est in caput ánguli, & lapis offensiónis, & petra scándali, his qui offéndunt verbo, nec credunt in quo

& pósiti sunt. Vos autem genus eléctum, regále sacerdótium, gens sancta, pópulus acquisitiónis; ut virtútes annuntiétis ejus, qui de ténebris vos vocávit in admirábile lumen suum. Qui aliquándo non pópulus, nunc autem pópulus Dei, qui non consecúti misericórdiam, nunc autem misericórdiam consecúti.

℟. *viij*. Hæc dicit Dóminus exercítuum Deus Israël: * Bonas fácite vias vestras & stúdia vestra, & habitábo vobíscum in loco isto. *Jer*. 7. 3. ℣. Nolíte fácere Domum Patris mei domum negotiatiónis. *Joan*. 2. 16. * Bonas. Glória. * Bonas.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Lucam.

LECTIO IX. *c*. 19. *v*. 1. *ad* 10.

Zachæus excipit Christum in domo sua.

INgréssus Jesus perambulábat Jéricho. Et ecce vir nómine Zachæus. Et réliqua.

Homília sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 174. *de Verb. Apost*. n. 5.

DOminus, qui Zachæū in corde suscéperat, in domum ejus dignátus est súscipi: & dixit: Zachæe, festínans descénde, quóniā in domo tua opórtet me manére. Magnum benefícium ille arbitrabátur, Christum vidére. Qui magnum & ineffábile benefícium putábat, transeúntem vidére, súbitò méruit in domo habére. Infúnditur grátia, operátur fides per dilectiónem; suscípitur Christus in domum, qui jam habitábat in corde. Dicit Christo Zachæus: Dómine, dimídium rerum meárum do paupéribus, & si quid áliquem fraudávi, quádruplum reddo. Quasi díceret, ídeò mihi dimídium téneo, non quod hábeam, sed unde reddam. Verè ecce quod est suscípere Jesum, in cor suscípere.

℟. *jx*. Ibi magníficus est Dóminus noster, * Locus fluviórum, rivi latíssimi & paténtes. *Is*. 33. 21. ℣. Vidi sanctam Civitátem Jerúsalem novam descendéntem de cœlo à Deo. *Apoc*. 21. 2. * Locus. Glória. *Resumitur* ℟. Ibi.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis*. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Dómine; ℟. Adorábo ad Templum sanctum tuum. *Ps*. 137. 1. 2.

Psalmi de Dominica.

Ant. 3. *a*. Tu, Dómine universórum, qui nullíus índiges, voluísti Templum habitatiónis tuæ fieri in nobis. 2. *Mach*. 14. 35.

Ant. 6. F. Elegísti Domum istam, ad invocándum nomen tuum in ea, ut esset Domus oratiónis, &

obsecratiónis pópulo tuo. 2. *Mach*. 7. 37.

Ant. 6. F. Si cœlum & cœli cœlórum non te cápiunt, quantò magìs Domus ista? 2. *Par*. 6. 18.

Ant. 7. d. Stábimus.

CANTICUM TOBIÆ. *c*. 13. *v*. 11. *ad finem*.

Jerusalem cœlestis laus & descriptio.

JErúsalem, cívitas Dei... luce spléndidâ fulgébis; * & omnes fines terræ adorábunt te.

Natiónes ex longínquo ad te vénient: & múnera deferéntes, adorábunt in te Dóminum, * & terram tuam in sanctificatiónem habébunt.

Nomen enim magnum * invocábunt in te.

Maledícti erunt qui contémpserint te; & condemnáti erunt omnes qui blasphemáverint te; * benedictíque erunt qui ædificáverint te.

Tu autem lætáberis in fíliis tuis, * quóniam omnes benedicéntur, & congregabúntur ad Dóminum.

Beáti omnes qui díligunt te, * & qui gaudent super pace tua.

Anima mea bénedic Dóminum, * quóniam liberávit Jerúsalem civitátem suam à cunctis tribulatiónibus ejus Dóminus Deus noster.

Beátus ero, si fúerint relíquiæ séminis mei, * ad vidéndam claritátem Jerúsalem.

Portæ Jerúsalem ex sapphíro & smarágdo ædificabúntur: * & ex lápide pretióso omnis circúitus murórum ejus.

Ex lápide cándido & mundo omnes platéæ ejus sternéntur: * & per vicos ejus Allelúia cantábitur.

Benedíctus Dóminus, qui exaltávit eam; * & sit regnum ejus in sécula seculórum super eam. Amen.

Ant. Stábimus coram Domo hac in conspéctu tuo, in qua invocátum est nomen tuum, & clamábimus ad te in tribulatiónibus nostris. 2. *Par*. 20. 9.

Ant. 1. f. Aperiántur óculi tui, & aures tuæ inténtæ sint ad oratiónem quæ fit in loco isto. 2. *Par*. 6. 40.

CAPITULUM. *Zach*. 8. 3.

HÆc dicit Dóminus exercítuum: Revérsus sum ad Sion, & habitábo in médio Jerúsalem: & vocábitur Jerúsalem Cívitas veritátis, & Mons Dómini exercítuum, Mons sanctificátus.

HYMNUS. G.

PATRIS ætérni Sóboles coæva,
Dum tuæ sacros pia plebs honóres
Ædis instaúrat, Deus alme, nostris
Annue votis.

HIC sacri fontis látices ab ortu
Inditi purgant máculam reátus;

Hîc & infúsum nova membra Christo
Chrisma coáptat.

Hic suâ pascit pópulos fidéles
Carne, qui mundi scelus omne tollit
Agnus, & fusi prétium cruóris
Ipse propínat.

Hic salus ægris ánimis parátur,
Hîc reos judex fácilis reláxat;
Atque lethálem rediviva pellit
Grátia culpam.

Cujus in cœlo thronus est perénnis,
Incolit parvam Deus altus ædem.
Hîc adorátor sibi quisque sedem
Præparat astris.

Nullus hanc turbo quatit, irruéntis
Nulla vis nimbi, rapidíve fluctûs;
Cedit hanc contra furor inferórum
Irritus omnis.

Laus Deo, virtus, honor, & potéstas,
Una sit Patri, parilíque Proli,
Par sit, ambórum, tibi, nexus, omni,
Spíritus, ævo. Amen.

℣. Quàm diléćta tabernácula tua, Dómine virtútum! ℟. Concupíscit & déficit ánima mea in átria Dómini. *Ps.* 83. 2. 3.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D.* Sint óculi tui apérti, Dómine, super Domum hanc nocte ac die, super Domum de qua dixísti: Erit nomen meum ibi. 3. *Reg.* 8. 29.

Oratio.

Deus, qui nobis per síngulos annos hujus sancti Templi tui consecratiónis réparas diem, & sacris semper mystériis, repræséntas incólumes; exaúdi preces pópuli tui, & præsta; ut quisquis hoc Templum beneficia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur; Per Dóminum.

Ipso die Dedicationis & per Octavam, loco præcedentis Orationis, dicitur sequens

Oratio.

Deus, qui invisibíliter ómnia cóntinens, pro salúte géneris humáni signa tuæ poténtiæ visibíliter osténdis, Templum hoc poténtiâ tuæ inhabitatiónis illústra; & concéde, ut omnes qui huc deprecatúri convéniunt, ex quacúmque tribulatióne ad te clamáverint, consolatiónis tuæ benefícia consequántur; Per Dóminum.

Deinde fit Commemoratio Dominicæ, per Lectionem Evangelii cum Homilia, Ant. ℣. & Orationem, ut in Proprio de Tempore.

AD PRIMAM.

Psalmi de Dominica. Et sic ad Tertiam, Sextam & Nonam.

Ant. 1. a. Quàm pulchra

tabernácula tua, Jacob, & tentória tua, Iſraël! *Num.* 24. 5.

CAPITULUM. *Deut.* 12. 5. 6.

AD locum quem elégerit Dóminus Deus veſter de cunctis tríbubus veſtris, ut ponat nomen ſuum ibi, & hábitet in eo, veniétis, & offerétis in loco illo holocaúſta & víctimas veſtras.

In ℟. *brevi.* ℣. Réſpice de Sanctuário tuo. *Deut.* 26. 15.

Cætera ut in Pſalterio, p. 19. & 20.

CANON.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1562. *Seſſ.* 22. *De Sacrif. Miſſæ.*

SEculáres omnes actiónes, vana atque ádeò profána collóquia, deambulatiónes, ſtrépitus, clamóres árceant ab Eccléſiis Epíſcopi; ut Domus Dei verè Domus oratiónis eſſe videátur ac dici poſſit.

AD TERTIAM.

Ant. 7. *d.* Ergone credíbile eſt, ut hábitet Deus cum homínibus ſuper terram? 2. *Par.* 6. 18.

CAPITULUM. *Bar.* 3. 24. 25.

O Iſraël! quàm magna eſt Domus Dei & ingens locus poſſeſſiónis ejus! magnus eſt & non habet finem, excélſus & imménſus.

℟. *breve.* Replébimur in bonis domûs tuæ, Dómine. * Allelúia, allelúia. ℟. Replébimur. ℣. Sanctum eſt Templum tuum, mirábile in æquitáte. * Allelúia. Glória. ℟. Replébimur. *Pſ.* 64. 5. 6.

℣. Inhabitábo in Tabernáculo tuo in sécula; ℟. Prótegar in velaménto alárum tuárum. *Pſ.* 60. 5.

AD SEXTAM.

Ant. 3. *a.* Opus grande eſt; neque enim hómini præparátur habitátio, ſed Deo. 1. *Par.* 29. 1.

CAPITULUM. *Iſ.* 33. 20.

REſpice Sion civitátem ſolemnitátis noſtræ: óculi tui vidébunt Jerúſalem habitatiónem opuléntam, tabernáculum quod nequáquam transférri póterit.

℟. *breve.* Quis aſcéndet in montem Dómini? * Allelúia, allelúia. ℟. Quis. ℣. Aut quis ſtabit in loco ſancto ejus? * Allelúia. Glória. ℟. Quis. *Pſ.* 23. 3.

℣. Innocens mánibus & mundo corde, ℟. Hic accípiet benedictiónem à Dómino. *Pſ.* 23. 4. 5.

AD NONAM.

Ant. 2. D. Beáti omnes qui díligunt te, cívitas Dei, & qui gaudent ſuper pace tua. *Tob.* 13. 18.

CAPITULUM. *Apoc.* 21. 3.

ECce Tabernáculum Dei cum homínibus, & habitábit cum eis: & ipſi pópulus ejus erunt, & ipſe Deus cum eis, erit eórum Deus.

℟. *breve.* Beáti qui hábitant in Domo tua, Dómine, * Allelúia, allelúia. ℟. Beáti. ℣. In sécula seculórum laudábunt te. * Allelúia. Glória. ℟. Beáti. *Ps.* 83. 5.

℣. Introíbo in Domum tuam in holocaústis; ℟. Reddam tibi vota mea. *Ps.* 65. 13.

AD VESPERAS.

In Ps. 115. Crédidi, propter quod locútus sum, *p.* 109.

Ant. 1. J. Habémus Domum non manufáctam ætérnam in cœlis. 2. *Cor.* 5. 1.

In Ps. 121. Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi, *p.* 151.

Ant. 3. E. Structúra muri ejus ex lápide jáspide: ipsa verò cívitas aurum mundum símile vitro mundo. *Apoc.* 21. 18.

In Ps. 131. Meménto, Dómine, David, *p.* 110.

Ant. 5. a. In médio platéæ ejus, & ex utráque parte flúminis, lignum vitæ. *Apoc.* 22. 2.

In divis. Ps. 131. Jurávit Dóminus David veritátem. *p.* 111.

Ant. 2. D. Dóminus Deus omnípotens Templum illíus est, & Agnus. *Apoc.* 21. 22.

In Ps. 147. Lauda, Jerúsalem, Dóminum, *p.* 102.

Ant. 8. G. Omne maledíctum non erit ámpliùs: sed sedes Dei & Agni in illa erunt, & servi ejus sérvient illi. *Apoc.* 22. 3.

CAPITULUM. 2. *Petri* 3. 14. 15.

PRopter quod, caríssimi, hæc expectántes, satágite immaculáti & invioláti ei inveníri in pace; & Dómini nostri longanimitátem salútem arbitrámini.

HYMNUS.

URbs beáta, vera pacis
Vísio, Jerúsalem,
Quanta surgit! celsa saxis
Cónditur vivéntibus:
Quæ polívit, hæc coáptat
Sédibus suis Deus.

SINGULIS ex margarítis
Síngulæ portæ nitent:
Murus omnis fulget auro,
Fulget uniónibus:
Anguláris petra Christus
Fundat urbis mœnia.

EJUS est sol cæsus Agnus,
Ejus est templum Deus:
Æmulántes hîc Beáti
Purióres Spíritus,
Laude jugi Numen unum
Térque Sanctum cóncinunt.

UNDEQUAQUE sunt apérta
Civitátis óstia:
Quísquis ambit huc veníre
Inserique mœnibus,
Antè duris hîc probári
Débuit labóribus.

SIT perénnis laus Paréntis;
Sit perénnis Fílio;
Laus tibi, qui nectis ambos,
Sit perénnis, Spíritus;

Chrisma

Chrísma cujus nos inúngens,
Viva templa cónsecrat.
Amen.

℣. Glorióſa dicta ſunt de te, ℟. Cívitas Dei. *Pſ.* 86. 3.

Ad Magníficat, *Ant.* 8. G. Illa quæ ſursùm eſt Jerúſalem, líbera eſt, quæ eſt mater noſtra. *Gal.* 4. 26.

Fit Commemoratio diei Dominicæ.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 7. *d.* Domus Chriſti ſumus nos, ſi fidúciam & glóriam ſpei uſque ad finem, firmam retineámus. *Hebr.* 3. 6.

Hymnus conveniens.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 6. 16.

VOs eſtis templum Dei vivi, ſicut dicit Deus: Quóniam inhabitábo in illis, & inambulábo inter eos, & ero illórum Deus, & ipſi erunt mihi pópulus.

℟. *breve.* In manus, *p.* 161.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 2. D. Sancte ſanctórum, ómnium Dómine, conſérva in ætérnum impollútam Domum iſtam. 2. *Mach.* 14. 36.

DIEBUS

INTRA OCTAV. ANNIVER. DEDICAT. ECCLESIÆ,

Quæ eſt ſecundi Ordinis.

Omnia ut in die, exceptis quæ ſequuntur.

Pſalmi de Feria.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium & Hymn. ut in die; ſed Invitatorium dicitur ritu ſimplici.

Tres Antiphonæ, ℣. *&* ℟℟℟. *ex Officio diei, ut ſequitur. Feriâ II. & V. è I. Nocturno. Feriâ III. & VI. è II. Nocturno. Feriâ IV. & Sabbato, è III. Nocturno. Nec dicitur* ℣. Glória Patri, *niſi in fine ultimi* ℟. *cujuſque Nocturni, quod reſumitur tantùm a Reclamatione.*

AD LAUDES MATUTINAS.

Ant. ſola. 2. D. Domus tua, Dómine, in ſanctificatióne tua permáneat; & omnes gentes agnóſcant, quia tu es Deus, & non eſt álius præter te. *Judith.* 9. 18. 19.

AD VESPERAS.

Ant. ſola. 3. c. Agátur dies Dedicatiónis Altáris in tempóribus ſuis, ab anno in annum, per dies octo. 1. *Mach.* 4. 59.

DIE SECUNDA

Intra Octavam.

De Libro Sapiéntiæ.

LECTIO II. *c.* 13. *v.* 1. *ad* 5.

VAni ſunt omnes hómines, in quibus non ſubeſt ſciéntia Dei, & de his quæ vidéntur bona, non potuérunt intellígere eum qui eſt, neque opéribus attendéntes agnovérunt quis eſſet ártifex: ſed aut ignem, aut ſpíritum, aut citátum áerem, aut gyrum ſtellárum, aut nímiam aquam, aut ſolem & lunam, rectóres orbis terrárum deos putavérunt. Quorum ſi ſpécie

delectári, deos putavérunt: sciant quantò his Dominátor eórum speciósior est; speciéi enim Generátor hæc ómnia constítuit. Aut si virtútem & ópera eórum miráti sunt, intélligant ab illis, quóniam qui hæc fecit, fórtior est illis: à magnitúdine enim speciéi & creatúræ, cognoscibíliter póterit Creátor horum vidéri.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 336. *in Dedic. Ecclesiæ.* n. 1.

LECTIO III.

CElébritas hujus congregatiónis, dedicátio est Domûs oratiónis: Domus ergo nostrárum oratiónum, ista est; Domus Dei, nos ipsi. Si Domus Dei nos ipsi, nos in hoc século ædificámur, ut in fine séculi dedicémur. Ædifícium, imò ædificátio habet labórem; dedicátio, exultatiónem. Quod hîc fiébat, quando ista surgébant, hoc fit modò, cùm congregántur credéntes in Christum. Credéndo enim, quasi de sylvis & móntibus ligna & lápides præcidúntur: cùm verò catechizántur, baptizántur, formántur, tanquam inter manus fabrórum & opíficum, dolántur, collineántur, complanántur. Verúmtamen Domum Dómini non fáciunt, nisì quando caritáte compaginántur.

DIE TERTIA

Intra Octavam.

De Libro Sapiéntiæ.

LECTIO II. *c.* 13. *v.* 6. *ad* 10.

SEd tamen adhuc in his minor est queréla. Et hi enim fortásse errant, Deum quæréntes & voléntes inveníre. Etenim cùm in opéribus illíus converséntur, inquírunt; & persuásum habent quóniam bona sunt quæ vidéntur. Iterùm autem nec his debet ignósci. Si enim tantùm potuérunt scire, ut possent æstimáre séculum: quómodo hujus Dóminum non facíliùs invenérunt? Infelíces autem sunt, & inter mórtuos spes illórum est, qui appellavérunt deos ópera mánuum hóminum, aurum & argéntum, artis inventiónem, & similitúdines animálium, aut lápidem inútilem opus manûs antíquæ.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 336. *in Dedic. Ecclesiæ.* n. 6.

LECTIO III.

DUm novam constructiónem sanctæ hujus Ecclésiæ libénter atténdimus, quam divíno nómini hódie dedicámus, invenímus à nobis debéri, & Deo nostro máximam laudem, & sanctitáti vestræ cóngruum de divínæ domûs ædificatióne sermónem. Tunc autem sermo

noster cóngruus erit, si in se áliquid ædificatiónis hábeat, quod utilitáti animárum vestrárum, Deo vos intérius ædificánte, profíciat. Quod hîc factum corporáliter vidémus in pariétibus, spirituáliter fiat in méntibus; & quod hîc perféctum cérnimus in lapídibus & lignis, hoc, ædificánte grátiâ Dei, perficiátur in corpóribus vestris.

DIE QUARTA

Intra Octavam.

De Libro Sapiéntiæ.

LECTIO II. *c.* 13. *v.* 11. *ad finem.*

SI quis ártifex faber de sylva lignum rectum secúerit, & hujus doctè erádat omnem córticem, & arte suâ usus, diligénter fábricet vas útile in conversatiónem vitæ, relíquiis autem ejus óperis ad præparatiónem escæ abutátur; & réliquum horum, quod ad nullos usus facit, lignum curvum, & vortícibus plenum, sculpat diligénter per vacuitátem suam, & per sciéntiam suæ artis figúret illud, & assímilet illud imágini hóminis, aut alicúi ex animálibus illud cómparet, perlíniens rúbricâ, & rubicúndum fáciens fuco colórem illíus, & omnem máculam, quæ in illo est, perlíniens; & fáciat ei dignam habitatiónem, & in paríete ponens illud, & confírmans ferro, ne fortè cadat, prospíciens illi, sciens quóniam non potest adjuváre se; imágo enim est, & opus est illi adjutórium; & de substántia sua, & de fíliis suis, & de núptiis votum fáciens inquírit. Non erubéscit loqui cum illo qui sinè ánima est, & pro sanitáte quidem infírmum deprecátur, & pro vita rogat mórtuum, & in adjutórium inútilem ínvocat, & pro itínere petit ab eo qui ambuláre non potest, & de acquiréndo, & de operándo, & de ómnium rerum evéntu petit ab eo qui in ómnibus est inútilis.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

Serm. 336. *in Dedic. Ecclesiæ.* n. 6.

LECTIO III.

GRátias agámus Dómino Deo nostro, à quo est omne datum óptimum & omne donum perféctum; & ejus bonitátem totâ cordis alacritáte laudémus, quóniam ad construéndam istam Domum oratiónis, fidélium suórum visitávit ánimum, excitávit afféctum, surrogávit auxílium; inspirávit necdum voléntibus ut vellent, adjúvit bonæ voluntátis conátus, ut fácerent: ac per hoc Deus, qui operátur in suis, & velle, & perfícere, pro bona voluntáte, hæc ómnia ipse cœpit, ipse perfécit. Et quia ópera bona in conspéctu suo nunquam

esse permíttit inánia, fidélibus suis, quibus operántibus præbuit virtútis suæ favórem, tríbuet condígnam pro tanta operatióne mercédem. Adhuc ámpliùs agéndæ sunt grátiæ Deo nostro: hanc enim Ecclésiam, quam fecit nómini suo cónstrui, fecit étiam sanctórum Mártyrum relíquiis ámpliùs honorári.

DIE QUINTA
Intra Octavam.
De Libro Sapiéntiæ.
LECTIO II. *c.* 14. *v.* 1. *ad* 6.

ITerùm álius navigáre cógitans, & per feros fluctus iter fácere incípiens, ligno portánte se, fragílius lignum ínvocat. Illud enim cupíditas acquiréndi excogitávit, & ártifex sapiéntiâ fabricávit suâ. Tua autem, Pater, providéntia gubérnat; quóniam dedísti & in mari viam, & inter fluctus sémitam firmíssimam, osténdens quóniam potens es ex ómnibus salváre, étiam si sinè arte áliquis ádeat mare. Sed ut non essent vácua sapiéntiæ tuæ ópera, propter hoc étiam & exíguo ligno credunt hómines ánimas suas, & transeúntes mare per ratem liberáti sunt: sed & ab inítio cùm perírent supérbi gigántes, spes orbis terrárum ad ratem confúgiens, remísit século semen nativitátis, quæ manu tuâ erat gubernáta.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.
Serm. 337. *in Dedic. Ecclesiæ.* n. 2.
LECTIO III.

DUm cædúntur de móntibus lápides, & ligna de sylvis, dum formántur, dolántur, coaptántur; labor & cura est: cùm autem perfécti ædificii dedicátio celebrátur, gaúdium & secúritas labóribus curísque succédunt. Sic étiam ædificátio spirituális, cujus habitátor Deus, non ad tempus, sed in ætérnum erit, dum ex infidéli vita hómines segregántur ad fidem, dum quidquid in eis non bonum atque pervérsum est, amputátur & cæditur, dum fiunt aptæ, pacíficæ, piæque junctúræ, quantæ tentatiónes timéntur, quantæ tribulatiónes sustinéntur? Cum verò advénerit dies dedicatiónis Domûs ætérnæ, cùm dicétur nobis: Veníte, benedícti Patris mei; percípite regnum quod vobis parátum est ab inítio mundi; quæ illa exultátio, quæ secúritas erit? Cantábit cláritas, nec compungétur infírmitas.

DIE SEXTA
Intra Octavam.
De Libro Sapiéntiæ.
LECTIO II. *c.* 14. *v.* 7. *ad* 14.

BEnedíctum est lignum, per quod fit justítia: per manus autem quod fit idólum, maledíctum est, & ip-

sum, & qui fecit illud: quia ille quidem operátus est: illud autem, cùm esset frágile, deus cognominátus est. Simíliter autem ódio sunt Deo, ímpius & impíetas ejus. Etenim quod factum est, cum illo qui fecit, torménta patiétur. Propter hoc & in idólis natiónum non erit respéctus: quóniam creatúræ Dei in ódium factæ sunt, & in tentatiónem animábus hóminum, & in muscípulam pédibus insipiéntium. Inítium enim fornicatiónis est exquisítio idolórum; & advéntio illórum corrúptio vitæ est; neque enim erant ab inítio, neque erunt in perpétuum: supervacúitas enim hóminum advénit in orbem terrárum; & ídeò brevis illórum finis est invéntus.

Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homilia 1. *in* Vidi Dóminum. n. 1.

LECTIO III.

CUm ánimi divítias consídero in vobis augéscere, gaúdeo semper, ut qui non frustrà seméntem jécerim, ut qui non incássùm labóres pertúlerim, ut qui in frugíferam pinguémque terram, & ad fructificándum idóneam semen jécerim. Unde ígitur hoc lucrum fore conjécto, unde perspício sermónes ad opus profícere? nimírùm ex hoc concúrsu; ex eo quòd Ecclésiam ómnium matrem studiósè occupátis; ex hac pernócte perpetuáque statióne, ex eo quòd Angelicórum Ordinum statiónem imitántes, sinè cessatióne laudes & hymnos offértis Conditóri. O mira Christi dona! in supérnis exércitus Angelórum canunt glóriam; in terris hómines in Ecclésiis choros agéntes, ad illórum exémplum éadem canunt laudis cántica. In supérnis Séraphim ter sanctum illum hymnum clamant; in terris eúmdem hóminum promit multitúdo, communitérque, tum cœléstium, tum terréstrium festívus convéntus congregátur.

DIE SEPTIMA

Intra Octavam.

De Libro Sapiéntiæ.

LECTIO II. *c.* 14. *v.* 15. *ad* 21.

ACérbo luctu dolens pater, citò sibi rapti filii fecit imáginem: & illum, qui tunc quasi homo mórtuus fúerat, nunc tanquam deum cólere cœpit, & constítuit inter servos suos sacra & sacrifícia. Deínde interveniénte témpore, convalescénte iníquâ consuetúdine, hic error tanquam lex custodítus est, & tyrannórum império colebántur figménta. Et hos quos in palàm hómines honoráre non póterant, propter hoc quòd

longè essent, è longínquo figúrâ eórum allátâ, evidéntem imáginem regis, quem honoráre volébant, fecérunt; ut illum, qui áberat, tanquam præséntem cólerent suâ sollicitúdine. Provéxit autem ad horum cultúram & hos qui ignorábant, artíficis exímia diligéntia. Ille enim volens placére illi qui se assúmpsit, elaborávit arte suâ, ut similitúdinem in mélius figuráret. Multitúdo autem hóminum abdúcta per spéciem óperis, eum qui ante tempus tanquam homo honorátus fúerat, nunc deum æstimavérunt. Et hæc fuit vitæ humánæ decéptio: quóniam, aut afféctui, aut régibus deserviéntes hómines, incommunicábile nomen lapídibus & lignis imposuérunt.

Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homil. 1. *in* Vidi Dóminum. *n.* 1.

LECTIO III.

NUlla res tantùm affert gaúdii vitæ nostræ, quantùm hoc quòd ex ánimo gaudeátis in Ecclésia congregári. In Ecclésia, gaudéntium conservátur gaúdium. In Ecclésia, ánimo dejectórum est recreátio. In Ecclésia, doléntium est volúptas. In Ecclésia, defatigatórum respirátio. In Ecclésia, laborántium réquies. Veníte enim, inquit, ad me, omnes qui laborátis & onerári estis, & ego refíciam vos. Quid hâc voce possit esse desiderabílius? Quid hâc invitatióne jucúndius? Ad épulum te vocat, qui in Ecclésiam te vocat Dóminus. Ad réquiem pro labóribus adhortátur, ad relaxatiónem à moléstiis transfert, pondus peccatórum állevans; delíciis ánimi moléstiam, gaúdio mœrórem sanat. O ineffábilem curam! ô vocatiónem cœléstem!

AD VESPERAS, *omnia ut in I. Vesperis Festi, servato ritu Duplici majore, cum Commemoratione Dominicæ occurrentis.*

OCTAVA DEDICAT. ECCLESIÆ.

Duplex majus.

Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur, servato ritu Duplici majore.

Psalmi de Feria.

IN I. NOCTURNO.

Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

Enarr. in Psalm. 121. n. 4.

LECTIO IV.

JErúsalem quæ ædificátur ut cívitas. Fratres, quando dicébat ista David, perfécta erat illa cívitas, non ædificabátur. Néscio quam ergo civitátem dicit, quæ modò ædificátur, ad quam currunt in

fide lápides vivi, de quibus dicit Petrus: Et vos, tanquam lápides vivi, coædificámini in Domum spiritálem, id est, Templum sanctum Dei. Quid est, lápides vivi coædificámini? Vivis, si credis. Si autem credis; efficeris Templum Dei: quia dicit Apóstolus Paulus: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.

LECTIO V.

IPsa ergo modò cívitas ædificátur: præcidúntur de móntibus lápides per manus prædicántium veritátem, conquadrántur ut intrent in structúram sempitérnam. Adhuc multi lápides in mánibus artíficis sunt: non cadant de mánibus artíficis, ut possint perfécti coædificári in structúram templi. Est ergo ista Jerúsalem quæ ædificátur ut cívitas: fundaméntum ipsíus Christus est. Dicit Apóstolus Paulus: Fundaméntum enim áliud nemo potest pónere, præter id quod pósitum est, quod est Christus Jesus.

LECTIO VI.

FUndaméntum quando pónitur in terra, désuper ædificántur paríetes, & pondus paríetum ad ima tendit, quia in imo pósitum est fundaméntum. Si autem fundaméntum nostrum in cœlo est, ad cœlum ædificémur. Córpora ædificavérunt istam structúram, quam vidétis amplam surrexísse, hujus Basílicæ; & quia córpora ædificavérunt, fundaméntum in imo posuérunt: quia verò spirităliter ædificámur, fundaméntum nostrum in summo pósitum est. Illuc ergo currámus, ubi ædificémur: quia de ipsa Jerúsalem dictum est: Stantes erant pedes nostri in átriis Jerúsalem.

IN III. NOCTURNO.

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Timótheum.

LECTIO VII. *c.* 2. *v.* 1. *ad* 4.

OBsecro primùm ómnium fíeri obsecratiónes, oratiónes, postulatiónes, gratiárum actiónes, pro ómnibus homínibus: pro régibus, & ómnibus qui in sublimitáte sunt, ut quiétam & tranquíllam vitam agámus, in omni pietáte & castitáte. Hoc enim bonum est, & accéptum coram Salvatóre nostro Deo, qui omnes hómines vult salvos fíeri, & ad agnitiónem veritátis veníre.

LECTIO VIII. *v.* 5. *ad* 10.

UNus enim Deus, unus & Mediátor Dei & hóminum homo Christus Jesus, qui dedit redemptiónem semetípsum pro ómnibus, testimónium tempóribus suis; in quo pósitus sum ego prædicátor & Apóstolus (veritátem dico, non méntior) doctor

Géntium in fide & veritáte. Volo ergo viros oráre in omni loco, levántes puras manus sinè ira & disceptatióne; símiliter & mulíeres in hábitu ornáto, cum verecúndia & sobrietáte ornántes se, & non in tortis crínibus, aut auro, aut margarítis, vel veste pretiósa, sed quod decet mulíeres, promitténtes pietátem per ópera bona.

Léctio sancti Evangélii secúndùm Joánnem.

LECTIO IX. *c.* 10. *v.* 22. *ad* 29.

Oves Christi.

FActa sunt Encǽnia in Templo in Jerosólymis; & Hiems erat. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ Presbýteri.

Expos. in Evang. Joan. c. 10.

ENcǽnia vocabátur solémnitas Dedicatiónis Templi, quam pópulus Dei ex antíqua patrum traditióne per annos síngulos celebráre consuéverat. Sed notándum est, quòd hæc Encǽnia quæ hîc legúntur, non ad primam Templi Dedicatiónem, sed ad últimam pértinent: quod ex eo fácilè collígitur quia Híeme factâ referúntur. Prima síquidem ejúsdem Templi Dedicátio à Salomóne témpore Autúmni; secúnda autem à Zoróbabel & Jesu Sacerdóte témpore Veris; tértia à Juda Machabǽo témpore Híemis est facta, quando speciáliter constitútum esse légitur, ut éadem Dedicátio per omnes annos in memóriam solémnibus renovarétur offíciis: quæ étiam ad tempus usque Domínicæ Incarnatiónis observáta fuit, sicut modò, cùm legerétur Evangélium, audívimus. Quæ étiam Dedicátio salúbri consuetúdine in Ecclésiis Christi servári modérno témpore dignóscitur.

Post Laudes fit Commemoratio Dominicæ, per Lectionem Evangelii cum Homilia, Antiphonam, ℣. *& Orationem, ut in Proprio de Tempore.*

Ad Primam non dicitur Symbolum Quicúmque.



OFFICIUM
BEATÆ MARIÆ.
IN SABBATO.

Officium sequens dicitur ritu simplici omnibus Sabbatis non privilegiatis, nec impeditis Festo simplici aut suprà, vel diebus intra Octavas etiam quarti Ordinis.

IN VESPERIS *Feriæ VI. præcedentis.*

CAPITULUM. *Gen.* 3. 15.

AIt Dóminus Deus ad serpéntem: Inimicítias ponam inter te & mulíerem, & semen tuum & semen illíus; ipsa cónteret caput tuum.

HYMNUS.

DAVIDIS Sóboles, glória vírginum,
Christi, Virgo, Parens, te pósuit Deus,
Partu virgíneo, quæ malè súbdoli.
Anguis contéreres caput.

REBUS princípium qui dedit ómnibus,
A te princípium sumpsit Homo Deus;
Cunctis prospíciens qui tríbuit cibos,
Pastus lacte fuit tuo.

PER te quod múlier perdíderat vetus,
Humáno géneri rédditur áuctiùs:
Tu clausas míseris, heu! nímiùm diu,
Cœlórum réseras fores.

QUI lucis pater est, glória sit Patri;
Cujus Virgo Parens, glória Fílio;
Quo fecúnda, tibi, nexus amábilis,
Sit par glória, Spíritus.
Amen.

℣. Deus operátus est salútem in médio terræ: ℟. Tu confregísti cápita dracónis. *Ps.* 73. 12. 14.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Benedíctus Dóminus, qui exaltávit eam, & sit regnum ejus in sécula seculórum super eam. *Tob.* 13. 23.

Oratio infrà ad Laudes Matutinas.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 2. D. Creávit Dóminus novum super terram: Fémina circúmdabit virum. *Jer.* 31. 22.

HYMNUS. C.

VIRGO Dei Génitrix, quem totus non capit orbis,
In tua se clausit víscera factus homo.

HINC méritò dicent te sécula cuncta beátam,
Hinc pópuli Matrem, te Dominámque colunt.

SUSCIPE quos pia plebs tibi péndere certat honóres :
Annue, sollícitâ quam prece poscit, opem.
GLORIA magna Patri; compar sit glória Nato ;
Ambórum tibi par, Spíritus alme, decus.
Amen.

CAPITULUM. *Apoc.* 12. 1.

SIgnum magnum appáruit in cœlo: Múlier amícta sole, & luna sub pédibus ejus, & in cápite ejus coróna stellárum duódecim.

℟. *breve.* In manus, *p.* 163.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 7. *d.* Non óccidet ultrà sol tuus, & luna tua non minuétur; quia erit tibi Dóminus in lucem sempitérnam. *Is.* 60. 20.

Oratio.

DEus, qui in casto sinu beátæ Vírginis Maríæ requiéscere dignátus es, da nobis, ipsâ intercedénte, ut per noctem in te requiescéntes, nullis spirituálium hóstium illusiónibus conturbémur; Qui vivis & regnas cum Deo Patre, in unitáte Spíritûs sancti, Deus; Per ómnia.

Hoc modo dicitur Completorium in omnibus Festis Beatæ Mariæ Virginis.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Jesum de María natum, * Veníte, adorémus. *Matt.* 1. 16.

Psalmus, Veníte, *p.* 2. *ritu simplici.*

HYMNUS.

O QUAM gloríficâ luce corúscas,
Stirpis Davídicæ régia Proles,
Sublímis résidens, Virgo María,
Supra cœlígenas ætheris omnes!
TU cum virgíneo mater honóre
Cœlórum Dómino péctoris aulam
Sacris viscéribus casta dedísti :
Humános Deus hinc índuit artus,
QUEM cunctus vénerans orbis adórat,
Cui nunc ritè genu fléctitur omne,
A quo, te précibus subveniénte,
Ætérni pétimus gaúdia regni.
DIVINÆ Sóboli quî dare Matrem
In terris vóluit, glória Patri;
Cujus Virgo Parens, glória Nato;
Quo fecúnda, tibi glória, Flamen. Amen.

Psalmi de Sabbato; & sic in aliis Horis.

Ant. 1. *g.* Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. *Luc.* 1. 49.

Ant. 7. *d.* Qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo. *Eccli.* 24. 12.

Ant. 2. D. Usque ad futúrum séculum non dési-

nam, & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi. *Eccli.* 24. 14.

℣. In petra exaltávit me; ℟. Et nunc exaltávit caput meum. *Ps.* 26. 6.

Benedictiones Exultet, &c. Nobíscum, &c. Invocet, &c. *post Psalterium*, p. 166.

Lectio I. & II. de Scriptura occurrente, duabus posterioribus in unam junctis. Pro III. verò legitur una de sequentibus secundùm diversitatem mensium.

℟. *j.* Ecce Virgo concípiet & páriet filium; * Et vocábitur nomen ejus Emmánuël. *Is.* 7. 14. ℣. Hic erit magnus, & Fílius Altíssimi vocábitur. *Luc.* 1. 32. * Et vocábitur.

℟. *ij.* Jurávit Dóminus David veritátem, & non frustrábitur eam: * De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *Ps.* 131. 11. ℣. María invénta est in útero habens de Spíritu sancto. *Matt.* 1. 18. * De fructu.

℟. *iij.* Misericórdia & véritas obviavérunt sibi; justítia & pax osculátæ sunt: * Véritas de terra orta est; & justítia de cœlo prospéxit. *Ps.* 84. 11. 12. ℣. De María natus est Jesus, qui vocátur Christus. *Matt.* 1. 16. * Véritas. Glória. * Véritas. Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Confiteántur tibi pópuli, Deus; confiteántur tibi pópuli omnes. ℟. Terra dedit fructum suum. *Ps.* 66. 6. 7.

Ant. sola. 3. *à.* In omni.

CANTICUM JUDITH. *c.* 13. *v.* 17. *ad* 18.

Carmen triumphale propter victum salutis hostem.

LAudáte Dóminum Deum nostrum, * qui non deséruit sperántes in se:

Et in me ancíllâ suâ adimplévit misericórdiam suam, * quam promísit dómui Israël:

Et interfécit in manu mea * hostem pópuli sui.

Ant. In omni gente quæ audíerit nomen tuum, magnificábitur super te Deus Israël. *Judith.* 13. 31.

CAPITULUM. *Cant.* 6. 9.

PRogréditur quasi auróra consúrgens, pulchra ut luna, elécta ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordináta.

HYMNUS. S. V.

NUNC auróra novæ núntia lucis,
Tristes orbe procul díssipat umbras:
O quàm lucídior, nocte sepúltis
Portans ipsa diem, Virgo, refúlges!

O QUÆ nunc hábitas lúcida regna,
Mittas inde tuæ múnera lucis.
Te si terra dedit munus olýmpo,
Quæ non dona memor reddet olýmpus?

INTER perpétuos Núminis haustus,
O Regína, tibi sánguine junctum
Ne dedísce genus; nostra fuísti,
Summi facta Parens, Virgo, Tonántis.
DIVINÆ Sóboli qui dare Matrem
In terris vóluit, glória Patri;
Cujus Virgo Parens, glória Nato;
Quo fecúnda, tibi glória, Flamen. Amen.

℣. Veníte, & vidéte ópera Dómini, ℟. Quæ pósuit prodígia super terram. *Ps.* 45. 9.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D. Beáta, quæ credidísti, quóniam perficiéntur ea quæ dicta sunt tibi à Dómino. *Luc.* 1. 45.

Oratio.

CONcéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis sanitáte gaudére; & gloriósâ beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, à præsénti liberári tristítia, & ætérnâ pérfrui lætítiâ; Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat, &c.

AD HORAS, *Doxologia*

QUI natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g. Venit lumen tuum, & glória Dómini super te orta est. *Is.* 60. 1.

CAPITULUM. 2. *Reg.* 23. 4.

SIcut lux auróræ oriénte sole, manè absque núbibus rútilat.

In ℟. *brevi*, ℣. Qui natus es de María Vírgine. *Matt.* 1. 16.

Cætera omnia ut in Psalterio, p. 157.

AD TERTIAM.

Ant. 3. c. In ómnia sécula seculórum luce splén-didâ fulgébis. *Tob.* 13. 12. 13.

CAPITULUM. *Cant.* 6. 8.

VIdérunt eam fíliæ, & beatíssimam prædicavérunt.

℟. *breve.* Vultum tuum * Deprecabúntur. ℟. Vultum. ℣. Omnes dívites plebis. * Deprecabúntur. Glória. ℟. Vultum. *Ps.* 44. 13.

℣. Concupíscet Rex decórem tuum; ℟. Quóniam ipse est Dóminus Deus tuus. *Ps.* 44. 12.

AD SEXTAM.

Ant. 8. c. Benedícta es tu fília à Dómino Deo excélso, præ ómnibus muliéribus super terram. *Judith.* 13. 23.

CAPITULUM. *Apoc.* 12. 5.

MUlier péperit Fílium másculum, qui rectúrus erat omnes gentes.

℟. *breve.* Homo * Natus est in ea. ℟. Homo. ℣. Et ipse fundávit eam Altíssimus. * Natus. Glória. ℟. Homo. *Ps.* 86. 5.

℣. Elégit eam Dóminus, ℟. In habitatiónem sibi. *Ps.* 131. 13.

AD NONAM.

Ant. 7. d. Non recédat laus tua de ore hóminum, qui mémores fúerint virtútis Dómini in ætérnum. *Judith.* 13. 25.

CAPITULUM. *Gal.* 4. 4.

UBi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum, factum ex mulíere, factum sub lege.

℟. *breve.* Adducéntur Regi * Vírgines post eam. ℟. Adducéntur. ℣. Próximæ ejus afferéntur tibi. * Vírgines. Glória. ℟. Adducéntur. *Ps.* 44. 15.

℣. Dóminus virtútum nobíscum; ℟. Suscéptor noster Deus Jacob. *Ps.* 45. 12.

Hoc Officium absolvitur post Nonam.

LECTIONES SEQUENTES *dicuntur singulis mensibus in Officio B. Mariæ in Sabbato.*

MENSE MAIO.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

De Symb. ad Cath. Tract. 3. n. 4.

LECTIO III.

PEr féminam mors, per féminam vita; per Evam intéritus, per Maríam salus. Illa corrúpta secúta est seductórem; hæc íntegra péperit Salvatórem. Illa póculum à serpénte propinátum libénter accépit, & viro trádidit, ex quo simul mereréntur occídi; hæc, grátiâ cœlésti désuper infúsâ, vitam prótulit, per quam caro mórtua possit resuscitári. Quis est qui hæc operátus est, nisi Vírginis Fílius, & Vírginum Sponsus? Qui áttulit Matri fecunditátem, sed non ábstulit integritátem.

MENSE JUNIO.

Sermo sancti Augustíni Epíscopi.

In Joan. Tract. 8. n. 9.

LECTIO III.

CUr ait Matri Fílius: Quid mihi & tibi est múlier? Nondum venit hora mea? Dóminus noster Jesus Christus, & Deus erat, & homo: secúndùm quod Deus erat, matrem non habébat; secúndùm quod homo erat, habébat. Mater ergo erat carnis, mater humanitátis, mater infirmitátis quam suscépit propter nos. Miráculum autem quod factúrus erat, secúndùm divinitátem factúrus erat, non secúndùm infirmitátem; secúndùm quod Deus erat, non secúndùm quod infírmus natus erat: sed infírmum Dei fórtius est homínibus. Miráculum ergo exigébat mater, at ille tan-

quam non agnóscit víscera humána, operatúrus facta divína, tanquam dicens: Quod de me facit mirá-culum, non tu genuísti; sed quia genuísti infirmitá-tem meam; tunc te cognós-cam, cùm ipsa infírmitas pendébit in cruce; hoc est enim: Nondum venit hora mea.

MENSE JULIO.

Sermo sancti Procli Epíscopi.

In S. Deip. Orat. 6.

LECTIO III.

QUibus encomiórum colóribus virginálem depíngam imáginem? quibus laudum præcóniis incontaminátum exorná-bo castimóniæ caracté-rem? Hæc, sacrum impeccántiæ ádytum: hæc, sanctificátum Dei templum: hæc, aúreum altáre holocautómatum: hæc, dívinum compositiónis thymiáma: hæc, sacrum unctiónis óleum: hæc, pretiósum nardi pístici alabástrum. Hæc: arca intrínsecùs & extrínsecùs deauráta, córpore scílicet & spíritu sanctificáta.

MENSE AUGUSTO.

De epístola sancti Cyrilli Alexandríni ad Nestórium.

Concil. Ephes. part. 1. c. 8. in fine.

LECTIO III.

QUòd Verbum caro factum perhibétur, id áliud nihil est, quàm quòd períinde ac nos, carni & sánguini communicávit. Suum ergo fecit nostrum corpus, prodiítque homo ex mulíere; deitáte intérim, aut ex Patre nativitáte, non abjéctâ; mansit enim in ipsa quoque carnis assumptióne quod erat. Hoc exáctæ fídei doctrína ubíque prædicat; hoc sanctos Patres sensísse reperímus: ità non dubitárunt sacram Vírginem Deíparam appelláre; non quòd Verbi natúra, ipsiúsve divínitas ortûs sui princípium ex sancta Vírgine súmpserit; sed quòd sacrum illud corpus ánimâ intelligénte perféctum ex ea tráxerit, cui & Dei Verbum secúndùm hypóstasim unítum, secúndùm carnem natum dícitur.



OFFICIUM PARVUM BEATÆ MARIÆ.

Singulæ Horæ hujus Officii dicuntur hoc modo : Vesperæ & Completorium, ante Vesperas Officii diei: Officium verò Nocturnum cum cæteris Horis post Laudes Matutinas Officii diei.

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Jesum de María natum, * Veníte, adorémus. *Matt.* 1. 16.

Psalmus. Veníte, *p.* 2. *ritu simplici.*

Hymnus. O quàm gloríficâ luce corúscas, *p.* cvj.

IN I. NOCTURNO.

FERIA II. ET V.

Ant. sola. 1. g. Fecit.

Psalmus 18. Cœli enárrant, *p.* 39.

Divisio Psalmi 18. Lex Dómini, *p.* 39.

Psalmus 47. Magnus Dóminus, *p.* 138.

Ant. Fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. *Luc.* 1. 49.

℣. In sole pósuit tabernáculum suum, ℟. Et ipse tanquam sponsus procédens de thálamo suo. *Ps.* 18. 6.

Pater noster.

Benedictiones, Lectiones, & ℟℟℟. ut infrà.

IN II. NOCTURNO.

FERIA III. ET VI.

Ant. sola. 7. *d.* Qui creávit me.

Psalmus 44. Eructávit cor meum, *p.* 96.

Divisio Psalmi 44. Audi, filia, & vide, *p.* 96.

Psalmus 84. Benedixísti, Dómine, *p.* 99.

Ant. Qui creávit me, requiévit in tabernáculo meo. *Eccli.* 24. 12.

℣. In petra exaltávit me; ℟. Et nunc exaltávit caput meum. *Ps.* 26. 6.

Pater noster.

Benedictiones, Lectiones, & ℟℟℟. ut infrà.

IN III. NOCTURNO.

FERIA IV. ET SABBATO.

Ant. sola. 2. D. Usque.

Psalmus 86. Fundaménta ejus, *p.* 139.

Psalmus 96. Dóminus regnávit, exúltet terra, *p.* 47.

Psalmus 97. Cantáte Dómino cánticum novum * quia mirabília, *p.* 102.

Ant. Usque ad futúrum séculum non désinam, & in habitatióne sancta coram ipso ministrávi. *Eccli.* 24. 14.

℣. Vidérunt omnes términi terræ, ℟. Salutáre Dei nostri. *Ps.* 97. 3.

Pater noster.

Benedictiones. Exúltet, &c. Nobíscum, &c. In-

voces. &c. Post *Psalterium*, p. 100.

De Isaia Prophéta.

LECTIO I. *c.* 7. *v.* 10. *ad* 14.

ADjecit Dóminus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi signum à Dómino Deo tuo in profundum inferni, sive in excélsum suprà. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentábo Dóminum. Et dixit: Audite ergo, domus David: Numquid parum vobis est, moléstos esse homínibus, quia molésti estis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum. Ecce Virgo concipiet, & páriet filium, & vocabitur nomen ejus Emmánuël. Tu autem.

℞. *j.* Ecce Virgo concípiet & páriet filium; * Et vocábitur nomen ejus Emmanuël. *Is.* 7. 14. ℣. Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur. *Luc.* 1. 32. * Et vocábitur.

De Epistola beati Pauli Apóstoli ad Gálatas.

LECTIO II. *c.* 4. *v.* 1. *ad* 5.

QUanto témpore hæres párvulus est, nihil differt à servo, cùm sit dóminus ómnium: sed sub tutoribus & actóribus est, usque ad præfinitum tempus à patre. Ità & nos, cùm essémus párvuli, sub eleméntis mundi erámus serviéntes. At ubi venit plenitudo témporis, misit Deus Filium suum, factum ex muliere, factum sub Lege, ut eos, qui sub Lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus. Tu autem.

℞. *ij.* Jurávit Dóminus David veritátem, & non frustrábitur eam: * De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. *Ps.* 131. 11. ℣. María invénta est in útero habens de Spíritu sancto. *Matt.* 1. 18. * De fructu.

De Libro Apocalýpsis beáti Joánnis Apóstoli.

LECTIO III. *c.* 11. *v.* 19. *ad finem.* & *c.* 12. *v.* 1.

APértum est templum Dei in cœlo; & visa est Arca testaménti ejus in templo ejus; & facta sunt fúlgura, & voces, & terræ motus, & grando magna. Et signum magnum appáruit in cœlo: Múlier amícta sole, & luna sub pédibus ejus, & in cápite ejus coróna stellárum duódecim. Tu autem.

℞. *iij.* Misericórdia & véritas obviavérunt sibi; justitia & pax osculátæ sunt: * Véritas de terra orta est; & justitia de cœlo prospéxit. *Ps.* 84. 11. 12. ℣. De María natus est Jesus, qui vocátur Christus. *Matt.* 1. 16. * Véritas. Glória. * Véritas.

Non dicitur Te Deum.

AD LAUDES MATUTINAS.

℣. *Sacerdotalis.* Confiteántur tibi pópuli, Deus, confiteántur tibi pópuli om-

nes. ℟. Terra dedit fructum suum. *Ps.* 66. 6. 7.

Ant. sola. 3. *à.* In omni.

Psalmus 66. Deus misereátur nostrî, *p.* 138.

Psalmus 92. Dóminus regnávit; decórem indútus est, *p.* 11.

Psalmus 99. Jubiláte Deo, omnis terra, * servíte, *p.* 12.

CANTICUM JUDITH. *c.* 13. *v.* 17. *ad* 18.

Carmen triumphale propter victum salutis hostem.

LAudáte Dóminum Deum nostrum, * qui non deséruit sperántes in se:

Et in me ancíllâ suâ adimplévit misericórdiam suam, * quam promísit dómui Israël:

Et interfécit in manu mea * hostem pópuli sui.

Psalmus 150. Laudáte Dóminum in sanctis ejus, *p.* 13.

Ant. In omni gente quæ audíerit nomen tuum, magnificábitur super te Deus Israël. *Judith.* 13. 31.

CAPITULUM. *Cant.* 6. 9.

PRogréditur quasi auróra consúrgens, pulchra ut luna, eléćta ut sol, terríbilis ut castrórum ácies ordináta.

Hymnus. Nunc auróra novæ núntia lucis, *p.* cvij.

℣. Veníte, & vidéte ópera Dómini, ℟. Quæ pósuit prodígia super terram. *Ps.* 45. 9.

Ad Benedíctus, *Ant.* 2. D. Beáta quæ credidísti, quóniam perficiéntur ea quæ dićta sunt tibi à Dómino. *Luc.* 1. 45.

Oratio.

DEus, qui in beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiánte, carnem, suscípere voluísti; præsta supplícibus tuis, ut qui verè eam Genitrícem Dei crédimus, ejus apud te intercessiónibus adjuvémur: Per eúmdem.

AD PRIMAM.

HYMNUS.

MEMENTO, de Deo
Deus,
Quòd Matre natus Vírgine,
Nostrî misértus, pérditi
Mundi Redémptor véneris.

ET nos, Dei, Virgo, Parens,
Vultu benígno réspice:
Placábilem tuâ prece
Fac esse nobis Fílium.

QUI natus es de Vírgine,
Jesu, tibi sit glória,
Cum Patre & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

Ant. 1. g. Venit.

Psalmus 45. Deus noster, refúgium & virtus, *p.* 96.

Psalmus 71. Deus, judícium tuum regi da, *p.* 101. *factâ divisione ad versiculum.* Coram illo prócident.

Ant. Venit lumen tuum, & glória Dómini super te orta est. *Is.* 60. 1.

CAPITULUM. 2. *Reg.* 23. 4.

SIcut lux auróræ oriénte sole, manè absque núbibus rútilat.

℟. *breve.* Recordátus est Dóminus * Misericórdiæ suæ. ℟. Recordátus. ℣. Et veritátis suæ dómui Israël. * Misericórdiæ. Glória. ℟. Recordátus. *Ps.* 97. 3.

℣. Adjuvábit eam Deus, ℟. Mane dilúculo. *Ps.* 45. 6.

Oratio.

PRótege, Dómine, fámulos tuos subsídiis pacis; & beátæ Maríæ semper Vírginis patrocíniis confidéntes, à cunctis hóstibus & perículis redde secúros; Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Hymnus. Meménto, de Deo Deus, *suprà ad Primam.*

Ant. 3. c. In ómnia.

Psalmus 115. Crédidi; propter quòd, *p.* 109.

Psalmus 116. Laudáte Dóminum, omnes gentes, *p.* 142.

Psalmus 119. Ad Dóminum, cùm tribulárer, clamávi, *p.* 71.

Ant. In ómnia sécula seculórum luce spléndidâ fulgébis. *Tob.* 13. 12. 13.

CAPITULUM. *Cant.* 6. 8.

VIdérunt eam fíliæ, & beatíssimam prædicavérunt.

℟. *breve.* Vultum tuum * Deprecabúntur. ℟. Vultum. ℣. Omnes dívites plebis. * Deprecabúntur. Glória. ℟. Vultum. *Ps.* 44. 13.

℣. Concupíscet Rex decórem tuum; ℟. Quóniam ipse est Dóminus Deus tuus. *Ps.* 44. 12.

Oratio.

DEus, qui salútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fecúndâ, humáno géneri præmia præstitísti; tríbue, quæsumus, ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus Autórem vitæ suscípere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum, &c.

AD SEXTAM.

Hymnus. Meménto, *suprà ad Primam.*

Ant. 8. c. Benedícta.

Psalmus 120. Levávi óculos meos, *p.* 71.

Psalmus 122. Ad te levavi óculos meos, *p.* 91.

Psalmus 123. Nisì quia Dóminus erat, *p.* 72.

Ant. Benedícta es tu fília à Dómino Deo excélso præ ómnibus muliéribus super terram. *Judith.* 13. 23.

CAPITULUM. *Apoc.* 12. 5.

MUlier péperit fílium másculum, qui rectúrus erat omnes gentes.

℟. *breve.* Homo * Natus est in ea. ℟. Homo. ℣. Et ipse fundávit eam Altíssimus. * Natus. Glória. ℟. Homo. *Ps.* 86. 5.

℣. Elégit eam Dóminus, ℟. In habitatiónem sibi. *Ps.* 131. 13.

Oratio.

COrdibus nostris, quæsumus, Dómine, grátiam tuam benígnus infun-

de; & intercedénte sanctíssimâ Dei Genitríce Maríâ, córpora nostra castitáte, & mentes nostras humilitáte & caritáte sanctífica; Per eúmdem.

AD NONAM.

Hymnus. Meménto, *suprà ad Primam.*

Ant. 7. d. Non recédat.

Psalmus 124. Qui confídunt in Dómino, *p.* 72.

Psalmus 125. In converténdo Dóminus, *p.* 110.

Psalmus 127. Beáti omnes qui timent, *p.* 110.

Ant. Non recédat laus tua de ore hóminum, qui mémores fúerint virtútis Dómini in ætérnum. *Judith.* 13. 25.

CAPITULUM. *Gal.* 4. 4.

UBi venit plenitúdo témporis, misit Deus Fílium suum, factum ex mulíere, factum sub Lege.

℟. *breve.* Adducéntur Regi * Vírgines post eam. ℟. Adducéntur. ℣. Próximæ ejus afferéntur tibi. * Vírgines. Glória. ℟. Adducéntur. *Ps.* 44. 15.

℣. Dóminus virtútum nobíscum; ℟. Suscéptor noster Deus Jacob. *Ps.* 45. 12.

Oratio.

FAmulórum tuórum, quǽsumus, Dómine, delíctis ignósce; ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, Genitrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur; Per eúmdem.

AD VESPERAS.

Ant. sola. 7. *d.* Benedíctus.

Psalmus 109. Dixit Dóminus, *p.* 27.

Psalmus 112. Laudáte, púeri, *p.* 29.

Psalmus 121. Lætátus sum, *p.* 151.

Psalmus 126. Nisì Dóminus ædificáverit, *p.* 73.

Psalmus 147. Lauda, Jerúsalem, *p.* 102.

Ant. Benedíctus Dóminus qui creávit cœlum & terram, qui te diréxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum nostrórum. *Judith.* 13. 24.

CAPITULUM. *Gen.* 3. 15.

AIt Dóminus Deus ad serpéntem: Inimicítias ponam inter te & mulíerem, & semen tuum & semen illíus; ipsa cónteret caput tuum.

HYMNUS.

AVE, maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper Virgo,
Felix cœli porta.

SUMENS illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.

SOLVE vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

MONSTRA te esse matrem;
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus,
Tulit esse tuus.

VIRGO singuláris,

Inter omnes mitis,
Nos culpis solútos,
Mites fac & castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut vidéntes Jesum,
Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri;
Summo Christo decus,
Spiritui sancto,
Tribus honor unus. Amen.

℣. Deus operátus est salútem in médio terræ; ℟. Tu confregísti cápita dracónis. *Ps.* 73. 12. 14.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Benedíctus Dóminus, qui exaltávit eam, & sit regnum ejus in sécula seculórum super eam. *Tob.* 13. 23.

Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quæsumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis sanitáte gaudére; & gloriósâ beátæ Maríæ semper Vírginis intercessióne, à præsénti liberári tristítia, & ætérnâ pérfrui lætítiâ; Per Dóminum.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 2. D. Creávit.

Psalmus 128. Sæpè expugnavérunt me, *p.* 129.

Psalmus 129. De profúndis clamávi, *p.* 130.

Psalmus 130. Dómine, non est exaltátum, *p.* 91.

Ant. Creávit Dóminus novum super terram; Fémina circúmdabit virum. *Jer.* 31. 22.

Hymnus. Virgo Dei Génitrix, *p.* cv.

Capitulum. *Apoc.* 12. 1.

Signum magnum appáruit in cœlo: Múlier amícta sole, & luna sub pédibus ejus, & in cápite ejus coróna stellárum duódecim.

℣. Astitit Regína à dextris tuis, Deus, ℟. In vestítu deauráto. *Ps.* 44. 10.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 7. *d.* Non óccidet ultrà sol tuus, & luna tua non minuétur; quia erit tibi Dóminus in lucem sempitérnam. *Is.* 60. 20.

Oratio.

Beátæ & gloriósæ sempérque Vírginis Maríæ, quæsumus, Dómine, intercéssio gloriósa nos prótegat, & ad vitam perdúcat ætérnam; Per Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino; ℟. Deo grátias.



IN GRATIARUM ACTIONE SOLEMNI

Pro Beneficio conservatæ fidei, & Reparatione Injuriarum Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento illatarum.

SOLEMNE MAJUS.

Officium sequens celebratur quotannis, in singulis Ecclesiis Parochialibus Diœcesis Pictaviensis, Dominicâ tertiâ mensis, per quem specialiori modo colitur sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, nisi Dominica illa sit privilegiata primæ classis, aut impedita festo Solemni minore, vel suprà; tunc enim Officium sequens transfertur in Dominicam sequentem, aut anticipatur in præcedentem.

IN I. VESPERIS.

Psalmi de Sabbato.

Antiphona 1. *toni* D.

OStende, Dómine, fáciem tuam super sanctuárium tuum quod desértum est. *Dan.* 9. 17.

Ant. 2. D. Cívitas Sancti tui facta est desérta, Sion desérta facta est, Jerúsalem desoláta est. *Is.* 64. 10.

Ant. 3. E. Domus sanctificatiónis nostræ & glóriæ nostræ, ubi laudavérunt te patres nostri, facta est in exustiónem ignis. *Is.* 64. 11.

Ant. 4. E. Sancta tua conculcáta sunt & contamináta sunt, & sacerdótes tui facti sunt in luctum & in humilitátem. 1. *Mach.* 3. 51.

Ant. 5. C. Omnia desiderabília nostra versa sunt in ruínas. Numquid super his continébis te, Dómine, tacébis, & afflíges nos veheménter? *Is.* 64. 11. 12.

CAPITULUM. *Joël.* 1. 13.

ACcíngite vos & plángite, sacerdótes; ululáte, minístri altáris; ingredímini, cubáte in sacco, minístri Dei mei; quóniam intériit de domo Dei vestri sacrifícium & libátio.

℟. Locus párticeps factus est pópuli malórum; pósteà autem fiet sócius bonórum; & * Qui derelíctus in ira Dei omnipoténtis est, íterùm in magni Dómini reconciliatióne, cum summa glória exaltábitur. 2. *Mach.* 5. 20. ℣. Si non permánserint in incredulitáte, inseréntur; potens est enim Deus íterùm inșérere illos. *Rom.* 11. 23. * Qui. Glória. *Resumitur* ℟. Locus.

HYMNUS.

ATTOLLE festum, Relígio caput
Factis adéptam sume supérbiam,
Pióque Pictávas per urbes,

Progrédere ambitiósa fastu.
Te, Sponsa Christi, te decet hic tumor;
Injuriósam pone modéstiam;
Exúrge victrix, & secúndis
Cerne tuos óculis triúmphos.
Quam pulchra tantas post ténebras dies!
Tot post neces, post bella tot hórrida,
Quàm dulcis orta pax, tuis quæ
Prístina jura revéxit aris!
Non jam cruces, non jam venerábiles
Sponsi figúras, non sacra váscula,
Ipsúmque corpus ingemíscis
Hærético mínui furóre.
Passim minístris jam licet & tuæ
Plebi fidéles Cœlítuum cibo
Præstáre curas, ac inústa
Pompáticè reparáre probra.
Sit summa Patri, súmmaque Fílio,
Sit summa sancto laus quoque Flámini:
Sanctæ litémus Trinitáti,
Perpétuo pia corda cultu. Amen.

℣. Congregáte Dómino, sanctos ejus, ℟. Qui órdinant testaméntum ejus super sacrifícia. *Ps.* 49. 5.

Ad Magníficat, *Ant.* 2. D. Confúsi sumus, quóniam audívimus oppróbrium: operuit ignomínia fácies nostras, quia venérunt aliéni super sanctificatiónem domûs Dómini. *Jer.* 51. 51.

Oratio.

Procumbéntes coram te, Dómine, ad altáre tuum, humíllima vota persólvimus; ut sanctuária tua, quæ ab hæréticis pollúta deflémus, móribus puris & fide inviolábili reparémus; Per Dóminum.

Deinde fit Commemoratio Dominicæ occurrentis, per Antiphonam quæ est in Vesperis Sabbati, ℣. & Orationem convenientem.

Completorium *habetur post II. Vesperas, eo solo discrimine, quòd hic dicuntur Psalmi de Sabbato.*

AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Invitatorium. Agnum Dominatórem terræ, * Veníte, adorémus. *Is.* 16. 1.

Psalmus, Veníte, *p.* 2. *ritu solemni.*

Hymnus. S. Th.

Verbum supérnum pródiens:
Nec Patris linquens déxteram,
Ad opus suum éxiens,
Venit ad vitæ vésperam.
In mortem à discípulo
Suis tradéndus æmulis,
Priùs in vitæ férculo
Se trádidit discípulis.
Quibus sub bina spécie

Carnem dedit & Sánguinem;
Ut dúplicis substántiæ
Totum cibáret hóminem.
Se, nascens, dedit sócium;
Convéscens, in edúlium;
Se, móriens, in prétium;
Se, regnans, dat in prǽmium.
O Salutaris hóstia,
Quæ cœli pandis óstium;
Bella premunt hostília,
Da robur, fer auxílium.
Qui carne nos pascis tuâ,
Sit laus tibi, Pastor bone,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

In Psal. 73. Ut quid, Deus, repulísti in finem, *p.* 44.

Ant. 5. a. Vidit Dóminus, & misértus est super magnitúdine mali, & imperávit Angelo qui percutiébat: Súfficit, jam cesset manus tua. 1. *Par.* 21. 15.

In divis. Ps. 73. Tu confirmásti, *p.* 45.

Ant. 4. a. Deus liberávit pópulum suum, & réddidit hæreditátem ómnibus, & regnum, & sacerdótium, & sanctificatiónem. 2. *Mach.* 2. 17.

In Ps. 78. Deus, venérunt gentes, *p.* 148.

Ant. 8. c. Confúsi sunt & erubuérunt omnes; simul abiérunt in confusiónem fabricatóres errórum. *Is.* 45. 16.

℣. Dirumpámus víncula eórum, ℟. Et projiciámus à nobis jugum ipsórum. *Ps.* 2. 3.

De Ezechiéle Prophéta.

Lectio I. *c.* 43. *v.* 4. *ad* 9.

MAjéstas Dómini ingréssa est templum per viam portæ, quæ respiciébat ad Oriéntem. Et elevávit me Spíritus, & introdúxit me in átrium intérius: & ecce repléta erat glóriâ Dómini domus. Et audívi loquéntem ad me de domo; & vir qui stabat juxta me, dixit ad me: Fili hóminis, locus sólii mei, & locus vestigiórum pedum meórum, ubi hábito in médio filiórum Israël in ætérnum: & non pólluent ultrà domus Israël nomen sanctum meum, ipsi & reges eórum in fornicatiónibus suis, & in ruínis regum suórum, & in excélsis. Qui fabricáti sunt limen suum juxta limen meum, & postes suos juxta postes meos: & murus erat inter me & eos: & polluérunt nomen sanctum meum in abominatiónibus quas fecérunt: propter quod consúmpsi eos in ira mea. Nunc ergo repéllant procul fornicatiónem suam, & ruínas regum suórum à me: & habitábo in médio eórum semper.

℟. *j.* Misericórdia mea non recédet à te; & * Fœdus pacis meæ non mové-

bitur, dixit miserátor tuus Dóminus. *Is.* 54. 10. ℣. Reliqui mihi septem míllia virórum, qui non curvavérunt génua ante Baal. *Rom.* 11. 4. * Fœdus. Glória. * Fœdus.

De Libro primo Machabæórum.

Lectio II. *c.* 4. *v.* 42. *ad* 51.

Elégit Judas sacerdótes sine macula, voluntátem habéntes in lege Dei: & mundavérunt sancta, & tulérunt lápides contaminatiónis in locum immúndum. Et cogitávit de altári holocaustórum, quod profanatum erat, quid de eo fáceret. Et incidit illis consílium bonum ut destrúerent illud; ne forte illis esset in oppróbrium, quia contaminavérunt illud Gentes, & demolíti sunt illud. Et reposuérunt lápides in monte domus in loco apto, quoadúsque veníret prophéta, & respondéret de eis. Et accepérunt lápides íntegros secúndum legem; & ædificavérunt altáre novũ, secúndum illud quod fuit priùs. Et ædificavérunt sancta, & quæ intra domum erant intrínsecùs, & ædem, & átria sanctificavérunt. Et fecérunt vasa sancta nova, & intulérunt candelábrum & altáre incensórum, & mensam in templum. Et incénsum posuérunt super altáre, & accendérunt lucérnas, quæ super candelábrum erant, & lucébant in templo. Et posuérunt super mensam panes, & appendérunt vela, & consummavérunt ómnia ópera quæ fécerant.

℟. ij. Terra tua non vocábitur ámpliùs desoláta: sed * Vocáberis, Volúntas mea in ea; & terra tua, inhabitáta; quia complácuit Dómino in te. *Is.* 62. 4. ℣. Vide ergo bonitátem & severitátem Dei: in eos quidem qui cecidérunt, severitátem; in te autem bonitátem Dei. *Rom.* 11. 22. * Vocáberis. Glória. * Vocáberis.

Lectio III. *v.* 53. *ad* 58.

Et obtulérunt sacrifícium secúndùm legem, super altáre holocaustórum novum quod fecérunt. Secúndùm tempus & secúndùm diem in qua contaminavérunt illud Gentes, in ipsa renovátum est in cánticis, & cítharis, & cínyris, & in cýmbalis. Et cécidit omnis pópulus in fáciem, & adoravérunt, & benedixérunt in cœlũ eum, qui prosperávit eis. Et fecérunt dedicatiónem altáris diébus octo, & obtulérunt holocaústa cum lætítia, & sacrifícium salutáris & laudis. Et ornavérunt fáciem templi corónis aúreis & scútulis: & dedicavérunt portas, & pastophória, & imposuérunt eis jánuas. Et facta est lætítia in pópulo magna valde, & avérsum

versum est oppróbrium Géntium.

℟. iij. Quis símilis tuî, Pópule, qui salváris in Dómino? scutum auxílii tui, & gládius glóriæ tuæ: negábunt te inimíci tui, * Et tu eórum colla calcábis. *Deut.* 33. 29. ℣. Tentásti eos qui se dicunt apóstolos esse, & non sunt; & invenísti eos mendáces. *Apoc.* 2. 2. * Et tu. Glória. *Resumitur* ℟. Quis.

IN II. NOCTURNO.

In Ps. 67. Exúrgat Deus, & dissipéntur inimíci ejus, *p.* 80.

Ant. 7. c. Tulérunt arcam sacerdótes, & portavérunt arcam Dómini, & tabernáculum fœderis, & ómnia vasa sanctuárii. 3. *Reg.* 8. 3. 4.

In prim. divis. Ps. 67. Dóminus dabit verbum evangelizántibus, *p.* 81.

Ant. 3. g. Immolavérunt in die illa víctimas magnas, & lætáti sunt: Deus enim lætificáverat eos lætítiâ magnâ. 2. *Esdr.* 12. 42.

In secund. divis. Ps. 67. Vidérunt ingréssus tuos, Deus, *p.* 81.

Ant. 1. a. Benedicéntes Regi proféçti sunt in tabernácula sua lætántes, & álacri corde super ómnibus bonis quæ fécerat Dóminus. 3. *Reg.* 8. 66.

℣. Tóllite hóstias, & introíte in átria ejus; ℟. Adoráte Dóminum in átrio sancto ejus. *Ps.* 95. 8. 9.

Sermo sancti Optáti Milevitáni Epíscopi.

De Schism. Donat. contra Parmænianum.

LECTIO IV.

QUid tam sacrílegum quàm altária Dei, in quibus & vos aliquándo obtulístis, frángere, rádere, removére? in quibus vota pópuli, & membra Christi portáta sunt, quò Deus omnípotens invocátus sit, quò postulátus descéndit Spíritus sanctus, unde à multis pignus salútis ætérnæ, & tutéla fídei, & spes resurrectiónis accépta est? Quid est enim altáre, nisi sedes & Córporis, & Sánguinis Christi? Hæc ómnia furor vester, aut rasit, aut fregit, aut remóvit.

℟. jv. Dixit Judas & fratres ejus: Ecce contríti sunt inimíci nostri: * Ascendámus nunc mundáre sancta, & renováre. 1. *Mach.* 4. 36. ℣. Fecit Dóminus poténtiam in bráchio suo, dispérsit supérbos mente cordis sui. *Luc.* 1. 51. * Ascendámus. Glória. * Ascendámus.

LECTIO V.

SI livóris judício nos vobis sórdidi videbámur; quid vobis fécerat Deus, qui illic invocári consuéverat? Quid vobis offénderat Christus, cujus illic per certa moménta Corpus & Sanguis habitábat? Quid vos offendístis, étiam vos ipsi, ut illa altária frangerétis, in quibus ante nos

per longa témporum spátia, sanctè, ut arbitrámini, obtulístis? Dum ímpiè persequímini manus nostras illic, ubi Corpus Christi habitábat, ferístis & vestras. Hoc modo Judǽos estis imitáti: illi injecérunt manus Christo in cruce; à vobis percússus est in altári.

℟. *v*. Deus cœli ipse nos juvat, & nos servi ejus sumus: * Surgámus & ædificémus. 2. *Esdr*. 2. 20. ℣. Si Deus pro nobis, quis contra nos? *Rom*. 8. 31. * Surgámus. Glória. * Surgámus.

Sermo sancti Germáni Constantinopolitáni Epíscopi.

Theor. rer. Ecclesiasticarum.

LECTIO VI.

Ecclésia est, ubi mýsticum illud ac vivíficum sacrifícium fit: sacra mensa est, vice loci sepultúræ in quo pósitus est Christus, in qua propónitur verus & cœléstis panis, quod est mýsticum & incruéntum sacrifícium: qui mactátus, carnem suam & sánguinem, in cibum & potum vitæ ætérnæ, propósuit fidélibus. Est quoque ipsa Dei sedes, in qua supercœléstis Deus, qui super Chérubim véhitur, córpore assúmpto requiévit: in qua mensa, ut étiam in mýstica illa sua cœna, in médio Apostolórum suórum edens, & accípiens panem & vinum, dicit suis discípulis & Apóstolis: Accípite, manducáte, & bíbite ex eo: Hoc est enim Corpus meum, & Sanguis meus. Præfiguráta autem est in legáli mensa, ubi manna erat, quod est Christus qui de cœlo descéndit.

℟. *vj*. Hæc mandat omnis pópulus Dómini: Quæ est ista transgréssio? * Cur reliquístis Dóminum Deum Israël, ædificántes altáre sacrílegum, & à cultu illíus recedéntes? *Jos*. 22. 16. ℣. Mélius erat illis non cognóscere viam justítiæ, quàm post agnitiónem retrórsùm convérti. 2. *Petr*. 2. 21. * Cur. Glória. *Resumitur* ℟. Hæc mandat.

IN III. NOCTURNO.

In Ps. 80. Exultáte Deo adjutóri nostro, *p*. 106.

Ant. 7. d. Dixit Jesus: Qui mandúcat meam Carnem, & bibit meum Sánguinem, habet vitam ætérnam. *Joan*. 6. 55.

In divis. Ps. 80. In tribulatióne invocásti me, *p*. 107.

Ant. 8. c. Caro mea verè est cibus, & Sanguis meus verè est potus. *Joan*. 6. 56.

In Ps. 83. Quàm diléćta tabernácula tua, *p*. 107.

Ant. 2. D. Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de cálice bibat. 1. *Cor*. 11. 28.

℣. Visitásti terram, Dómine, & inebriásti eam, ℟.

Multiplicásti locupletáre eam. *Ps.* 64. 10.

De Epístola secúnda beáti Pauli Apóstoli ad Timótheum.

Lectio VII. *c.* 3. *v.* 1. *ad* 15.

HOc scito, quòd in novíssimis diébus instábunt témpora periculósa: erunt hómines seípsos amántes, cúpidi, eláti, supérbi, blasphémi, paréntibus non obediéntes, ingráti, sceléšti, sinè affectióne, sinè pace, criminatóres, incontinéntes, immítes, sinè benignitáte, proditóres, protérvi, túmidi, & voluptátum amatóres magìs quàm Dei, habéntes spéciem quidem pietátis, virtútem autem ejus abnegántes; & hos devíta: ex his enim sunt, qui pénetrant domos, & captívas ducunt muliérculas onerátas peccátis, quæ ducúntur váriis desidériis, semper discéntes, & nunquam ad sciéntiam veritátis perveniéntes. Quemádmodum autem Jannes & Mambres restitérunt Móysi, ità & hi resístunt veritáti, hómines corrúpti mente, réprobi circa fidem, sed ultrà non profícient: insipiéntia enim eórum maniféšta erit ómnibus, sicut & illórum fuit. Tu autem assecútus es meá doctrínam, institutiónem, propósitum, fidem, longanimitátem, dilectiónem, patiéntiam, persecutiónes, passiónes: quália mihi facta sunt Antiochíæ, Icónii, & Lystris: quales pesecutiónes sustínui, & ex ómnibus erípuit me Dóminus. Et omnes, qui piè volunt vívere in Christo Jesu, persecutiónem patiéntur. Mali autem hómines & seductóres proficient in pejus; errántes, & in errórem mitténtes. Tu verò pérmane in iis, quæ didicísti, & crédita sunt tibi; sciens à quo didíceris; & quia ab infántia sacras lítteras nosti, quæ te possunt instrúere ad salútem, per fidem quæ est in Christo Jesu.

℟. *vij.* Mecum sunt divítiæ & glória, opes supérbæ & justítia. * Mélior est fructus meus auro & lápide pretióso, & genímina mea argénto elécto. *Prov.* 8. 18. 19. ℣. Panis quem frángimus, nónne participátio Córporis Dómini est? 1. *Cor.* 10. 16. * Mélior. Glória. * Mélior.

Lectio VIII. *v.* 16. *ad fin.* & *c.* 4. *v.* 1. *ad* 5.

OMnis scriptúra divínitùs inspiráta, útilis est ad docéndum, ad arguéndum, ad corripiéndum, ad erudiéndum in justítia: ut perféctus sit homo Dei, ad omne opus bonum instrúctus. Testíficor coram Deo, & Jesu Christo qui judicatúrus est vivos & mórtuos, per advéntum ipsíus, & regnum ejus. Prædica verbum, insta oppor-

Attólle cervícem, aureóque
Utere jam pretiósa seclo.

PASTOR recúrsat, diffúgiunt lupi:
Quisquam nec audet de grege pérdito
Astáre contrà: Christiáni
Opprímitur pietáte Regis.

NUNQUAMNE Christo, secta, fidem dabis
Plenam loquénti? Corpus eum tibi
Suum sacra nunquam sub esca
Miríficè tribuísse credes?

PRÆVARICATRIX turba, revértere;
Memórque prisci dilúvii, sape:
Compaginátam quisquis arcam
Déserit, ille períre dignus.

SIT summa Patri, súmmaque Fílio;
Sit summa sancto laus quoque Flámini;
Sanctæ litémus Trinitáti.
Perpétuo pia corda cultu. Amen.

℣. Benedixísti, Dómine, terram tuam; ℟. Avertísti captivitátem Jacob. *Ps.* 84. 2.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. D. Non est confúsio confidéntibus in te, Dómine; & nunc séquimur te in toto corde, & timémus te, & quærimus fáciem tuam; ne confúndas nos. *Dan.* 3. 40. 41. 42.

Oratio.

DOmine Jesu Christe; qui contuméliis hæreticórum patére maluísti, quàm ab Ecclésiæ tuæ societáte discédere; nobis misericórditer largíri dignéris, ut quantùm in nobis est, illátas tibi injúrias lugére, & reparáre valeámus; Qui vivis & regnas.

Deinde fit Commemoratio Dominicæ occurrentis, per Lectionem Evangelii cum Homilia, Antiphonam, ℣. & Orat. convenientem.

AD HORAS, *Doxologia.*

QUI carne nos pascis tuâ,
Sit laus tibi, Pastor bone,
Cum Patre, & almo Spíritu,
In sempitérna sécula.
Amen.

Psalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. Firmásti.

CAPITULUM. *Is.* 51. 14.

CItò véniet Dóminus grádiens ad aperiéndum, & non interfíciet usque ad interneciónem, nec defíciet panis ejus.

In ℟. *brevi.* ℣. Qui es panis vitæ. *Joan.* 6. 35.

CANON.

Ex Concílio Constantinopolitáno primo Œcuménico.

Anno 381. *Can.* 6.

HÆréticos dícimus, & qui olim ab Ecclésia abdicáti sunt, & qui sunt pósteà à nobis anathema-

chiáti : ad hæc autem & eos, qui se sanam quidem fidem confitéri præ se ferunt, avúlsi autem sunt & abscíssi, & advérsùs canónicos nostros Epíscopos congregatiónem fáciunt.

AD TERTIAM.

Ant. Non est.

CAPITULUM. 3. *Reg.* 8. 56.

BEnedíctus Dóminus, qui dedit réquiem pópulo suo Israël, juxta ómnia quæ locútus est.

℟. *breve.* Exultáte Deo adjutóri nostro, * Allelúia, allelúia. ℟. Exultáte. ℣. Jubiláte Deo Jacob. * Allelúia. Glória. ℟. Exultáte. *Ps.* 80. 2.

℣. Buccináte in neoménia tubâ, ℟. In insígni die solemnitátis vestræ. *Ps.* 80. 4.

AD SEXTAM.

Ant. Cadat.

CAPITULUM. *Is.* 45. 17.

ISraël salvátus est in Dómino salúte ætérnâ : non confundémini & non erubescétis usque in séculum séculi.

℟. *breve.* Exúrgat Deus, & dissipéntur inimíci ejus, * Allelúia, allelúia. ℟. Exúrgat. ℣. Et fúgiant qui odérunt eum à fácie ejus. * Allelúia. Glória. ℟. Exúrgat. *Ps.* 67. 2.

℣. Vidérunt ingréssus tuos, Deus; ℟. Ingréssus Dei mei, Regis mei qui est in sancto. *Ps.* 67. 25.

AD NONAM.

Ant. Cognóscant.

CAPITULUM. *Esther.* 16. 22.

VOs, inter cæteros festos dies, hanc habetóte diem, & celebráte eam cum omni lætítia, ut & in pósterum cognoscátur.

℟. *breve.* Manda, Deus, virtúti tuæ, * Allelúia, allelúia. ℟. Manda. ℣. Confírma hoc, Deus, quod operátus es in nobis. * Allelúia. Glória. ℟. Manda. *Ps.* 67. 29.

℣. Salvásti nos de affligéntibus nos; ℟. Et odiéntes nos confudísti. *Ps.* 43. 8.

AD VESPERAS.

In Psalm. 109. Dixit Dóminus, *p.* 27.

Ant. 2. D. Quid bonum Dómini est, & quid pulchrum ejus, nisi fruméntum electórum, & vinum gérminans vírgines? *Zach.* 9. 17.

In Psalm. 110. Confitébor tibi, Dómine, *p.* 28.

Ant. 1. g. Epulémur, non in ferménto véteri, neque in ferménto malítiæ & nequítiæ, sed in ázymis sinceritátis & veritátis. 1. *Cor.* 5. 8.

In Psalm. 115. Crédidi, propter quod, *p.* 109.

Ant. 3. a. Anima pollúta quæ éderit de cárnibus hóstiæ pacificórum quæ obláta est Dómino, períbit de pópulis suis. *Levit.* 7. 20.

In Psalm. 127. Beáti omnes qui timent Dóminum, *p.* 110.

Ant. 5. C. Mundátus vescétur de sanctificátis, quia cibus illíus est, *Levit.* 22. 7.

In Psalm. 147. Lauda, Jerúsalem, *p.* 102.

Ant. 4. a. Beátus qui manducábit panem in regno Dei. *Luc.* 14. 15.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 10. 3. 4.

PAtres nostri omnes eámdem escam spiritálem manducavérunt; & omnes eúmdem potum spiritálem bibérunt: bibébant autem de spiritáli consequénte eos petrâ; petra autem erat Christus.

HYMNUS. S. Th.

PANGE, lingua, gloriósi
Córporis mystérium,
Sanguinísque pretiósi,
Quem, in mundi prétium,
Fructus ventris generósi,
Rex effúdit géntium.

NOBIS datus, nobis natus
Ex intácta Vírgine,
Et in mundo conversátus,
Sparso verbi sémine,
Sui moras incolátûs
Miro clausit órdine.

IN suprémæ nocte cœnæ
Recúmbens cum frátribus,
Observátâ Lege plenè
Cibis in legálibus,
Cibum turbæ duodénæ
Se dat suis mánibus.

VERBUM caro, panem verum,
Verbo carnem éfficit:
Fítque Sanguis Christi merum,
Et si sensus déficit,
Ad firmándum cor sincérum,
Sola fides súfficit.

TANTUM ergo Sacraméntum
Venerémur cérnui:
Et antíquum documéntum
Novo cedat rítui:
Præstet fides suppleméntum
Sénsuum deféctui.

GENITORI, Genitóque
Laus & jubilátio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedíctio:
Procedénti ab utróque
Compar sit laudátio.
Amen.

℣. Dóminus in circúitu pópuli sui; ℞. Ex hoc nunc & usque in séculum. *Ps.* 124. 2.

Ad Magníficat, *Ant.* 5. a. Dixit Jesus: Non Móyses dedit vobis panem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. *Joan.* 6. 32.

Deinde fit Commemoratio Dominicæ occurrentis, per Antiphonam, ℣. *&* *Orationem convenientem.*

AD COMPLETORIUM.

Psalmi de Dominica.

Ant. 4. *E.* Non propter locum, gentem; sed propter gentem, locum Deus elégit. 2. *Mach.* 5. 19.

HYMNUS.

O QUAM stupéndas índuit
Formas amor! Verbum Dei,
Jugis sub ara víctima,

Se præbet in cibum ſuis.
DIVINUS hoſpes, íntimis
Infúſus hæret córdibus:
Hinc facta mortális caro
Divinitátis párticeps.
JESU, volúptas córdium,
Beáta pax amántium,
Qui carne nos paſcis die,
In nocte noſtra ſis quies.
A QUO, creámur, laus Patri;
Quo páſcimur, laus Fílio;
Quo conſecrámur, non minor
Laus utriúſque Flámini.
Amen.

CAPITULUM. *Eccli.* 24. 27. 28. 29.

HÆrédítas mea ſuper mel & favum: memória mea in generatiónes ſeculórum. Qui edunt me, adhuc eſúrient; & qui bibunt me, adhuc sítient.

℟. *breve.* In manus, *p.* 163.

Ad Nunc dimíttis, *Ant.* 7. *d.* Sacerdótes qui accédunt ad Dóminum, ſanctificéntur, ne percútiat eos. *Exod.* 19. 22.

Oratio & cætera omnia, ut in Pſalterio, p. 164.

PSALMI PŒNITENTIALES.

Pſalmus 6. Dómine, ne in furóre tuo árguas me, *p.* 52.

Glória Patri, &c. *& dicitur in fine cujuſque Pſalmi.*

Pſalmus 31. Beáti quorum remíſſæ ſunt iniquitátes, *p.* 94.

Pſalmus 37. Dómine, ne in furóre tuo árguas me, *p.* 132.

Pſalmus 50. Miſerére meî, Deus, * ſecúndùm, *p.* 153.

Pſalmus 101. Dómine, exaúdi oratiónem meam, *p.* 36.

Pſalmus 129. De profúndis clamávi ad te, Dómine, *p.* 130.

Pſalmus 142. Dómine, exaúdi oratiónem meam, aúribus pércipe, *p.* 136.

Ant. Dómine, memor eſto meî, & ne vindíctam ſumas de peccátis meis, neque reminiſcáris delícta mea, vel paréntum meórum. *Tob.* 3. 3.

LITANIÆ.

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kýrie, eléiſon.
Chriſte, audi nos.
Chriſte, exaúdi nos.
Pater de cœlis Deus, Miſerére nobis.
Fili Redémptor mundi Deus, Miſerére nobis.
Spíritus ſancte Deus, Miſerére nobis.
Sancta Trínitas unus Deus, Miſerére nobis.
Sancta María, Ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix, ora.
Sancta Virgo vírginum, ora.
Sancte Míchaël, ora.
Sancte Gábriël, ora.

Sancte Ráphaël, ora.
Omnes sancti Angeli & Archángeli, oráte pro nobis.
Omnes sancti beatórum Spirítuum órdines, oráte.
Sancte Joánnes Baptísta, ora pro nobis.
Omnes sancti Patriárchæ & Prophétæ, oráte pro nobis.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, (*Zeb.*) ora.
Sancte Joánnes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philíppe, ora.
Sancte Bartholomǽe, ora.
Sancte Matthǽe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadǽe, ora.
Sancte Matthía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes sancti Apóstoli & Evangelístæ, oráte.
Omnes sancti Discípuli Dómini, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte pro nobis.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Clemens, ora.
Sancte Fabiáne, ora.
Sancte Lauréntí, ora.
Sancte Vincénti, ora.
Sancte Sebastiáne, ora.
Sancte Dionýsi cum sóciis tuis, oráte.
Sancte Mauríci cum sóciis tuis, oráte.
Sancti Joánnes & Paule, oráte pro nobis.
Sancti Cosma & Damiáne, oráte pro nobis.
Sancti Savíne & Cypriáne, oráte pro nobis.
Sancte Simpliciáne, ora.
Sancte Leodegári, ora.
Omnes sancti Mártyres, oráte pro nobis.
Sancte Gregóri, ora.
Sancte Ambrósi, ora.
Sancte Augustíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Hilári, ora.
Sancte Athanási, ora.
Sancte Basíli, ora.
Sancte Gregóri Nazianzéne, ora.
Sancte Joánnes Chrysóstome, ora.
Sancte Bernárde, ora.
Omnes sancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Agon, ora.
Sancte Maxénti, (*Epis.*) ora.
Sancte Justíne, ora.
Sancte Gelási, ora.
Sancte Anthémi, ora.
Sancte Piénti, ora.
Sancte Fortunáte, ora.
Sancte Martiális, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Remígi, ora.
Sancte Cárole, ora.
Sancte Francísce, (*Sal.*) ora.
Omnes sancti Pontífices, oráte pro nobis.
Sancte Leóni, ora.
Sancte Juste, ora.
Sancte Vincénti, (*A P.*) o.
Sancte Paule, ora.
Sancte Antóni, ora.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Maxénti, (*Abb.*) ora.
Sancte Juniáne, ora.
Sancte Jovíne, ora.
Sancte Porchári, ora.
Sancte Fridolíne, ora.

Sancte Filibérte, ora.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Francísce, ora.
Sancte Ludovíce, ora.
Sancte Guillélme, ora.
Sancte Roche, ora.
Omnes sancti Sacerdótes & Levítæ, oráte.
Omnes sancti Mónachi & Eremítæ, oráte.
Omnes sancti Justi, oráte.
Sancta Anna, ora.
Sancta María Magdaléne, ora pro nobis.
Sancta Thecla, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lúcia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcília, ora.
Sancta Anastásia, ora.
Sancta Catharína, ora.
Sancta Floréntia, ora.
Sancta Abra, ora.
Sancta Troécia, ora.
Sancta Agnes, (*Mon.*)ora.
Sancta Neomádia, ora.
Sancta Radegúndis, ora.
Sancta Clotíldis, ora.
Sancta María Ægýptia, ora pro nobis.
Omnes sanctæ Vírgines & Víduæ, oráte.
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, Intercédite pro nobis.
Propítius esto, Parce nobis, Dómine.
Propítius esto, Exaúdi nos, Dómine.
Ab omni malo, Líbera nos, Dómine.
Ab omni peccáto, líbera.
Ab ira tua, líbera.
Ab insídiis diáboli, líbera.
Ab immúndis cogitatiónibus, líbera.
Ab ira, & ódio, & omni mala voluntáte, líbera.
A fúlgure & tempestáte, líbera nos, Dómine.
A subitánea & improvísa morte, líbera.
A morte perpétua, líbera.
Per Mystérium sanctæ Incarnatiónis tuæ, líbera.
Per Nativitátem tuam, líbera nos, Dómine.
Per Baptísmum, & sanctum Jejúnium tuum, líbera.
Per Crucem & Passiónem tuam, líbera.
Per Mortem & Sepultúram tuam, líbera.
Per sanctam Resurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Ascensiónem tuam, líbera.
Per advéntum Spíritûs sancti Paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus, audi nos
Ut ad veram pœniténtiam nos perdúcere dignéris, Te rogámus, audi nos.
Ut compunctiónem cordis, fontémque lacrymárum nobis dones, Te rogámus.
Ut remissiónem peccatórum nostrórum nobis dones, Te rogámus, audi nos.
Ut fidem, spem & caritátem nobis dones, Te rog.
Ut Ecclésiam tuam sanctam régere & conserváre dignéris, Te rog.
Ut domnum Apostólicum, & omnes gradus Ecclésiæ in sancta Religióne conserváre dignéris, Te rogámus, audi nos.

Ut Antístitem nostrum, & omnes congregatiónes illi commíssas in tuo sancto obséquio conserváre dignéris, Te rogámus.

Ut Regem nostrum custodíre dignéris, Te rogámus.

Ut inimícos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris, Te rogámus, audi nos.

Ut Régibus & Princípibus Christiánis pacem & concórdiam donáre dignéris, Te rogámus, audi nos.

Ut cuncto pópulo Christiáno pacem & unitátem largíri dignéris, Te rog.

Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre & conserváre dignéris, Te rogámus, audi nos.

Ut mentes nostras ad cœléstia desidéria érigas, Te rogámus, audi nos.

Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retríbuas, Te rog.

Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum, & benefactórum nostrórum ab ætérna damnatióne erípias, Te rogámus.

Ut fructus terræ dare & conserváre dignéris, Te rogámus, audi nos.

Ut ómnibus fidélibus defúnctis réquiem ætérnam donáre dignéris, Te rog.

Ut nos exaudíre dignéris, Te rogámus, audi nos.

Fili Dei, Te rogámus.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exaúdi nos, Dómine.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Miserére nobis.

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater, &c. *secretò usque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum; ℟. Citò antícipent nos misericórdiæ tuæ; quia paúperes facti sumus nimis. *Ps.* 78. 8.

℣. Adjuva nos, Deus salutáris noster, & propter glóriam nóminis tui, Dómine, líbera nos, ℟. Et propítius esto peccátis nostris propter nomen tuum. *Ps.* 78. 9.

℣. Orémus pro Pastóre nostro *N.* ℟. Dóminus consérvet eum, & vivíficet eum. *Ps.* 40. 3.

℣. Dómine, salvum fac Regem; ℟. Et exaúdi nos in die quâ invocavérimus te. *Ps.* 19. 10.

℣. Orémus pro benefactóribus nostris. ℟. Exaúdi de cœlo, Dómine; & dimítte peccáta servis tuis. 2. *Paral.* 6. 27.

℣. Pro frátribus nostris absséntibus. ℟. Rege eos, & extólle illos usque in ætérnum. *Ps.* 27. 9.

℣. Pro infírmis, afflíctis & captívis. ℟. Líbera, Deus, Israël ex ómnibus tribulatiónibus suis. *Ps.* 24. 22.

℣. Pro cunctis fidélibus defúnctis. ℟. Convértere, Dómine, úsquequò? & deprecábilis esto super servos tuos. *Ps.* 89. 13.

℣. Memor esto congregatiónis tuæ, ℟. Quam possedísti ab inítio. *Ps.* 73. 2.

℣. Dómine, exaúdi oratiónem meam, ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEus, cui próprium est miseréri semper & párcere, súscipe deprecatiónem nostram; ut nos, & omnes fámulos tuos quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat.

EXaúdi, quæsumus, Dómine, súpplicum preces, & confiténtium tibi parce peccátis; ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus & pacem.

INeffábilem nobis, Dómine, misericórdiam tuam cleménter osténde; ut simul nos & à peccátis ómnibus éxuas, & à pœnis quas pro his merémur, erípias.

DEus, qui culpas delinquéntium distríctè feriéndo pércutis, fletus quoque lugéntium non recúses; ut qui pondus tuæ animadversiónis cognóvimus, pietátis tuæ grátiam sentiámus.

OMnipotens sempitérne Deus, miserére fámulo tuo Pontífici nostro *N.* & dírige eum secúndùm tuam cleméntiam in viam salútis ætérnæ; ut, te donánte, tibi plácita cúpiat, & totâ virtúte perfíciat.

QUæsumus, omnípotens Deus, ut fámulus tuus Rex noster *N.* qui tuâ miseratióne suscépit regni gubernácula, virtútum étiam ómnium percípiat increménta; quibus decénter ornátus, vitiórum monstra devitáre, hostes superáre, & ad te, qui via, véritas & vita es, gratiósus váleat perveníre.

DEus, à quo sancta desidéria, recta consília, & justa sunt ópera; da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut, & corda nostra mandátis tuis dédita, & hóstium sublátâ formídine, témpora sint tuâ protectióne tranquílla.

URe igne sancti Spíritûs renes nostros, & cor nostrum, Dómine; ut tibi casto córpore serviámus, & mundo corde placeámus.

ACtiónes nostras, quæsumus, Dómine, aspirándo præveni, & adjuvándo proséquere; ut cuncta nostra orátio & operátio à te semper incípiat, & per te cœpta finiátur.

FIdélium Deus ómnium Cónditor & Redémptor, animábus famulórum famularúmque tuárũ remissiónem cunctórum tríbue

peccatórum; ut indulgéntiam quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur.

Omnipotens sempitérne Deus, qui vivórum domináris simul & mortuórum, omniúmque miseréris quos tuos fide & ópere futúros esse prænóscis; te súpplices exorámus, ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quósque vel præsens séculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore suscépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntiâ, ómnium delictórum suórum véniam consequántur; Per Dóminum.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

ORDO
COMMENDATIONIS ANIMÆ
ANTE DECESSUM.

Primùm dicuntur Litaniæ breves in hunc modum.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.
Sancta María, Ora pro eo, (*vel* ea.)
Omnes sancti Angeli & Archángeli, Oráte pro eo, (*vel* ea.)
Sancte Abel, ora.
Omnis chorus Justórum, oráte.
Sancte Abraham, ora.
Sancte Joánnes Baptísta, ora.
Omnes sancti Patriárchæ & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Joánnes, ora.
Omnes sancti Apóstoli & Evangelístæ, oráte.
Omnes sancti Innocéntes, oráte.
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Lauréntí, ora.
Sancte Sebastiáne, ora.
Sancte Simpliciáne, ora.
Sancti Savíne & Cypriáne, oráte.
Omnes sancti Mártyres, oráte.
Sancte Hilári, ora.
Sancte Fortunáte, ora.
Sancte Martiális, ora.
Sancte Martíne, ora.
Sancte Nicoláe, ora.
Omnes sancti Pontífices & Sacerdótes, oráte.
Sancte Benedícte, ora.
Sancte Juniáne, ora.
Sancte Porchári, ora.
Sancte Francísce, ora.
Omnes sancti Mónachi, oráte.
Sancta María Magdaléne, ora.
Sancta Floréntia, ora.
Sancta Abra, ora.
Sancta Radegúndis, ora.
Omnes sanctæ Vírgines &

Víduæ, oráte pro eo, (*vel* ea.)
Omnes Sancti & Sanctæ Dei, oráte.
Propítius esto, Parce ei, Dómine.
Ab ira tua, Líbera eum, (*vel* eam,) Dómine.
A mala morte, líbera.
A potestáte diáboli, líbera.
A pœnis inférni, líbera.
Per Nativitátem tuam, líbera eum, (*vel* eam,) Dómine.
Per Crucem & Passiónem tuam, líbera.
Per Mortem & Sepultúram tuam, líbera.
Per gloriósam Resurrectiónem tuam, líbera.
Per admirábilem Ascensiónem tuam, líbera.
Per grátiam Spíritûs sancti Paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus, audi nos.
Ut ei parcas, Te rogámus, audi nos.
Kýrie, eléison.
Christe, eléison.
Kýrie, eléison.

Deinde, cùm in agone sui exitûs anxiatur anima, dicitur:

PRoficíscere, ánima Christiána, de hoc mundo, in nómine Dei Patris omnipoténtis, qui te creávit; in nómine Jesu Christi Fílii Dei vivi, qui pro te passus est; in nómine Spíritûs sancti, qui in te effúsus est; in nómine Angelórum & Archangelórum; in nómine Thronórum & Dominatiónum; in nómine Principátuum & Potestátum; in nómine Chérubim & Séraphim; in nómine Patriarchárum & Prophetárum; in nómine sanctórum Apostolórum & Evangelistárum; in nómine sanctórum Mártyrum & Pontíficum; in nómine sanctórum Sacerdótum & Monachórum; in nómine sanctárum Vírginum, & ómnium Sanctórum & Sanctárum Dei. Hódie sit in pace locus tuus, & habitátio tua in sancta Sion; Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus.

DEus miséricors, Deus clemens, Deus, qui secúndùm multitúdinem miseratiónum tuárum peccáta pœniténtium deles, & præteritórum críminum culpas véniâ remissiónis evácuas; réspice propítius super hunc fámulum tuum (*vel* hanc fámulam tuam) *N*. & remissiónem ómnium peccatórum suórum totâ cordis confessióne poscéntem deprecátus exaúdi. Rénova in eo, (*vel* ea,) piíssime Pater, quidquid terrénâ fragilitáte corrúptum, vel quidquid diabólicâ fraude violátum est: & unitáti córporis Ecclésiæ membrum redemptiónis annécte. Miserére, Dómine, gemítuum, miserére lacrymárum ejus; & non habéntem fidúciam

nisi in misericórdia tua, ad tuæ Sacraméntum reconciliatiónis admítte; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

COmméndo te omnipoténti Deo, caríssime frater, (*vel* caríssima soror,) & ei cujus es creatúra, commítto; ut cùm humanitátis débitum, morte interveniénte, persólveris; ad Autórem tuum, qui te de limo terræ formáverat, revertáris. Egrediénti ítaque ánimæ tuæ de córpore, spléndidus Angelórum cœtus occúrrat; judex Apostolórum tibi senátus advéniat; candidatórum tibi Mártyrũ triumphátor exércitus óbviet; liliáta rutilántium te Pontíficum turma circúmdet; jubilántium te Vírginum chorus excípiat: beátæ quiétis in sinu Patriarchárum te compléxus astríngat; mitis atque festívus Christi Jesu tibi aspéctus appáreat, qui te inter assisténtes sibi júgiter interésse decérnat. Ignóres omne quod horret in ténebris, quod stridet in flammis, quod crúciat in torméntis. Cedat tibi tetérrimus sátanas cum satellítibus suis; in advéntu tuo te comitántibus Angelis contremíscat, atque in ætérnæ noctis chaos immáne diffúgiat. Exúrgat Deus, & dissipéntur inimíci ejus; & fúgiant qui odérunt eum à fácie ejus. Sicut déficit fumus, defíciant: sicut fluit cera à fácie ignis, sic péreant peccatóres à fácie Dei; & justi epuléntur, & exúltent in conspéctu Dei. Confundántur ígitur & erubéscant omnes tartáreæ legiónes, & minístri sátanæ iter tuum impedíre non aúdeant. Líberet te à cruciátu Christus, qui pro te crucifíxus est. Líberet te ab ætérna morte Christus, qui pro te mori dignátus est. Constítuat te Christus Fílius Dei vivi intra paradísi sui semper amœ́naviréntia, & inter oves suas te verus ille Pastor agnóscat. Ille ab ómnibus peccátis tuis te absólvat; atque ad déxteram suam in Electórum suórum te sorte constítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas; & præsens semper assístens, manifestíssimam beátis óculis aspícias veritátem. Constitútus (*vel* constitúta) ígitur inter ágmina Beatórũ, contemplatiónis divínæ dulcédine potiáris in sǽcula sæculórum. ℟. Amen.

SUscipe, Dómine, servum tuum (*vel* ancíllam tuam) in locum sperándæ sibi salvatiónis à misericórdia tua. ℟. Amen.

LIbera, Dómine, ánimam ejus ex ómnibus perículis inférni, & de láqueis pœnárum, & ex ómnibus tribulatiónibus.

℟. Amen.

Líbera, Dómine, áni-

mam ejus, ſicut liberáſti Enoch & Elíam de commúni morte mundi. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus à morte, ſicut liberáſti Noë de dilúvio. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberáſti Abraham de Ur Chaldæórum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberáſti Job de paſſiónibus ſuis. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberáſti Iſaac de hóſtia, & de manu patris ſui Abrahæ. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberáſti Lot de Sódomis & de flamma ignis. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberáſti Móyſen de manu Pharaónis regis Ægyptiórum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberáſti Daniélem de lacu leónum. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberáſti tres púcros de camíno ignis ardéntis, & de manu regis iníqui. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberáſti Suſánnam de falſo crímine. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberáſti David de manu regis Saül, & de manu Góliath. ℟. Amen.

Líbera, Dómine, ánimam ejus, ſicut liberáſti Petrum & Paulum de carcéribus. ℟. Amen.

Et ſicut beátam Theclam vírginem & mártyrem tuā liberáſti, ſic liberáre dignéris ánimam ejus, & tecum fácias in cœléſtibus bonis gaudére. ℟. Amen.

COmmendámus tibi, Dómine, ánimam fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) *N.* precamúrque te, Dómine Jeſu Chriſte, Salváto mundi; ut propter quam ad terram miſericórditer deſcendíſti, Patriarchárum tuórum ſínibus inſinuáre non rénuas. Agnóſce, Dómine, creatúram tuam, non à diis aliénis creátam, ſed à te ſolo Deo vivo & vero; quia non eſt álius Deus præter te. Lætífica, Dómine, ánimam ejus in conſpéctu tuo, & ne memíneris iniquitátum ejus antiquárum. Licèt enim peccáverit, tamen Patrem, & Fílium, & Spíritum ſanctum non negávit, ſed crédidit, & zelum Dei in ſe hábuit, & Deum qui fecit ómnia, fidéliter adorávit.

Orémus.

DElícta juventútis, & ignorántias ejus, quǽſumus, ne memíneris, Dómine, ſed ſecúndùm magnam miſericórdiam tuam memor eſto illíus in glória claritátis tuæ. Aperiántur ei cœli; collæténtur illi Angeli. In regnum tuum, Dómine, creatúram tuam ſuſ-

cipe. Suscípiat eam sanctus Míchaël Archángelus Dei, qui milítiæ cœléstis méruit principátum. Véniant illi óbviam sancti Angeli Dei, & perdúcant eam in civitátem cœléstem Jerúsalem. Suscípiat eam beátus Petrus Apóstolus, cui à Deo claves regni cœléstis tráditæ sunt. Adjuvet eam sanctus Paulus Apóstolus, qui dignus fuit esse vas electiónis. Intercédat pro ea sanctus Joánnes eléctus Dei Apóstolus, cui reveláta sunt secréta cœléstia. Orent pro ea omnes sancti Apóstoli, quibus à Dómino data est potéstas ligándi atque solvéndi. Intercédant pro ea omnes Sancti & Elécti Dei, qui pro Christi nómine torménta in hoc século sustinuérunt; ut vínculis carnis exúta perveníre mereátur ad glóriam regni cœléstis, præstánte Dómino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spíritu sancto vivit & regnat in sécula seculórum. ℟. Amen.

Si anxiatur adhuc anima, dicitur Psalmus, Confitémini Dómino, *p. 15. & totus Psalmus,* Beáti immaculáti, *per Horas Dominicæ distributus,* p. 16. *& sequent.*

Egressâ autem animâ, aspergitur corpus aquâ benedictâ, & dicitur :

℟. In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum; accélera ut éruas me: in manus tuas comméndo spíritum meum. * Redemísti me, Dómine Deus veritátis, illústra fáciem tuam super servum tuum, (*vel* ancíllam tuam,) salvum (*vel* salvam) me fac in misericórdia tua. *Ps.* 30. 2. 3. 6. 17. ℣. Dómine Jesu, súscipe spíritum meum. *Act.* 7. 58. * Redemísti me.

Kýrie, eléison. Christe, eléison, Kýrie, eléison.

Pater noster, &c. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Non intres in judícium cum servo tuo, (*vel* ancílla tua,) Dómine. ℟. Quia non justificábitur in conspéctu tuo omnis vivens. *Ps.* 142. 2.

℣. Ne tradas béstiis ánimas confiténtes tibi; ℟. Et ánimas paúperum tuórum ne oblivíscáris in finem. *Ps.* 73. 19.

℣. Dómine, exaúdi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Tibi, Dómine, commendámus ánimam fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) *N.* ut defúnctus (*vel* defúncta) século, tibi vivat; & quæ per fragilitátem humánæ conversatiónis peccáta commísit, tu vénia misericordíssimæ pietátis abstérge; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

OFFICIUM
DEFUNCTORUM.
In die Obitûs & in depoſitione Corporis.

Qualibet Hora ſequentis Officii incipit abſolutè.

In fine Pſalmorum & Canticorum loco, Glória Patri, *dicitur*:

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine; * Et lux perpétua lúceat eis.

AD VESPERAS.

In Pſ. 114. Diléxi, quóniam exaúdiet Dóminus, *p.* 150.

Ant. 3. c. Verba mea dolóre ſunt plena, quia ſagíttæ Dómini in me ſunt. *Job.* 6. 3. 4.

In Pſ. 119. Ad Dóminum, cùm tribulárer, clamávi, *p.* 71.

Ant. 2. D. In memetípſo marcéſcit ánima mea, & póſſident me dies affliĉtiónis. *Job.* 30. 16.

In Pſ. 120. Levávi óculos meos in montes, *p.* 71.

Ant. 8. d. Quis det ut véniat petítio mea, & quod expéĉto tríbuat mihi Deus? *Job.* 6. 8.

In Pſ. 129. De profúndis clamávi ad te, Dómine, *p.* 130.

Ant. 3. b. Timor quem timébam evénit mihi: & quod verébar áccidit. *Job.* 3. 25.

In Pſ. 137. Confitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, * quóniam, *p.* 49.

Ant. 2. D. Quæ eſt fortitúdo mea, ut ſuſtíneam? aut quis finis meus, ut patiénter agam? *Job.* 6. 11.

℣. Tribulatiónem & dolórem invéni: ℟. Et nomen Dómini invocávi. *Pſ.* 114. 3. 4.

Ad Magníficat, *Ant.* 1. a. Uniuſcujúſque opus maniféſtum erit: dies enim Dómini declarábit, quia in igne revelábitur: & uniuſcujúſque opus quale ſit, ignis probábit. 1. *Cor.* 3. 13.

Oratio conveniens, ut infrà ad Laudes Matutinas.

Completâ Oratione, loco ℣. Benedicámus Dómino, *dicitur*:

℣. Requiéſcant in pace: ℟. Amen.

AD VIGILIAS.

Invitatorium. Deum, cui omnes vivunt, * Veníte, adorémus. *Luc.* 20. 38.

Pſalmus, Veníte, *p.* 2. *ritu duplici*; *in hujus fine loco* ℣. Glória Patri, *dicitur*:

℣. Réquiem ætérnam dona eis, Dómine; & lux perpétua lúceat eis.

Vigiliæ dicuntur, vel cum tribus Nocturnis, vel cum unico. Quando dicitur unicum Nocturnum, in Dominica, & in Feria II. & V. Antiphonæ, Psalmi, Versiculus, duo priora Responsoria sumuntur è I. Nocturno. In Feria III. & VI. è II. Nocturno. In Feria IV. & Sabbato, è III. Nocturno.

I. Lectio erit I. è I. Nocturno. II. erit I. è II. Nocturno. III. erit I. è III. Nocturno. Tertium Responsorium semper erit ultimum III. Nocturni. Líbera.

IN I. NOCTURNO.

In Ps. 5. Verba mea aúribus pércipe, *p. 66.*

Ant. 4. f. Multíplicat Deus gentes, & perdit eas, & subvérsas in íntegrum restítuit. *Job.* 12. 23.

In Ps. 6. Dómine, ne in furóre tuo árguas me, *p.* 52.

Ant. 2. D. Revélat profúnda de ténebris, & prodúcit in lucem umbram mortis. *Job.* 12. 22.

In Ps. 12. Usquequò, Dómine, oblivísceris me in finem? *p.* 74.

Ant. 3. c. Bálteum regum dissólvit, & præcíngit fune renes eórum. *Job.* 12. 18.

℣. Sitívit ánima mea ad Deum, fortem, vivum: ℟. Quando véniã & apparébo ante fáciem Dei? *Ps.* 41. 3.

Pater noster, *totum secretò.*

Lectiones leguntur sinè Benedictionibus, nec additur in fine, Tu autem, *nec quidquam aliud.*

LECTIO I. *Job. c. 7. v.* 1. *ad* 8.

Milítia est vita hóminis super terram: & sicut dies mercenárii, dies ejus. Sicut cervus desíderat umbram, & sicut mercenárius præstolátur finem óperis sui; sic & ego hábui menses vácuos, & noctes laboriósas enumerávi mihi. Si dormíero, dicam: Quando consúrgam? & rursùm expectábo vésperam, & replébor dolóribus usque ad ténebras. Indúta est caro mea putrédine & sórdibus púlveris; cutis mea áruit, & contrácta est. Dies mei velóciùs transiérunt quàm à texénte tela succíditur, & consúmpti sunt absque ulla spe. Meménto quia ventus est vita mea, & non revertétur óculus meus, ut vídeat bona, nec aspíciet me visus hóminis.

℟. *j.* Dóminus mortíficat & vivíficat; * Dedúcit ad ínferos & redúcit. 1. *Reg.* 2. 6. ℣. In ipso vívimus, & movémur, & sumus. *Act.* 17. 28. * Dedúcit.

LECTIO II. *c.* 17. *v.* 11. *ad finem.*

Dies mei transiérunt, cogitatiónes meæ dissipátæ sunt, torquéntes cor meum. Noctem vertérunt in diem, & rursùm post ténebras spero lucem. Si sustinúero, inférnus domus

mea est, & in ténebris stravi léctulum meum. Putrédini dixi: Pater meus es; mater mea, & soror mea vérmibus. Ubi est ergo nunc præstolátio mea; & patiéntiam meam quis consíderat? In profundíssimum inférnum descéndent ómnia mea: putásne saltèm ibi erit réquies mihi?

℟. *ij*. Ego occídam, & ego vívere fáciam; * Percútiam, & ego sanábo, & non est qui de manu mea possit erúere. *Deut*. 32. 39. ℣. Hæc dicit Primus & Novíssimus, qui fuit mórtuus & vivit. *Apoc*. 2. 8. * Percútiam.

LECTIO III. *c*. 19. *v*. 20. *ad* 27.

PElli meæ, consúmptis cárnibus, adhǽsit os meum, & derelícta sunt tantúmmodo lábia circa dentes meos. Miserémini meî, miserémini meî, saltèm vos, amíci mei, quia manus Dómini tétigit me. Quare persequímini me sicut Deus, & cárnibus meis saturámini? Quis mihi tríbuat ut scribántur sermónes mei? Quis mihi det ut exaréntur in libro stylo férreo, & plumbi láminâ, vel celte sculpántur in sílice? Scio enim quòd Redémptor meus vivit, & in novíssimo die de terra surrectúrus sum: & rursùm circúmdabor pelle meâ, & in carne mea vidébo Deum meum, quem visúrus sum ego ipse, & óculi meî conspectúri sunt, & non álius. Repósita est hæc spes mea in sinu meo.

℟. *iij*. Tu, Dómine, flagéllas & salvas, * Dedúcis ad ínferos & redúcis: & non est qui effúgiat manum tuam. *Tob*. 13. 2. ℣. Dómine, salva nos. *Matt*. 8. 25. * Dedúcis.

IN II. NOCTURNO.

In Ps. 22. Dóminus regit me, *p*. 108.

Ant. 6. F. Omnes mórimur, & quasi aquæ dilábimur in terram. 2. *Reg*. 14. 14.

In Ps. 24. Ad te, Dómine, levávi ánimam meam, *p*. 105.

Ant. 8. G. Generátio prǽterit, & generátio ádvenit: terra autem in ætérnum stat. *Eccle*. 1. 4.

In divis. Ps. 24. Univérsæ viæ Dómini, *p*. 105.

Ant. 1. a. Omnia pergunt ad unum locum: de terra facta sunt, & in terram páriter revertúntur. *Eccle*. 3. 20.

℣. In médio umbræ mortis non timébo mala; ℟. Quóniam tu mecum es, Dómine. *Ps*. 22. 4.

Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homil. de Dormient. n. 1. 2.

LECTIO IV.

DEus corpus dissólvit, & in illo habitántem ánimam priùs edúcit, ceu ex domo quápiam, ut pòst in eámdem magnificéntiùs

constrúctam domum ánimam cum majóri glória redúcat. Ne ítaque intueáris eum, cujus clausi sunt óculi, qui mutus jacet, sed eum, qui resúrget, & accípiet glóriam ineffábilem, atque à præsénti hujúsmodi aspéctu cogitatiónes transfer in spem futúram. At consuetúdinem requíris, ideóque ingemíscis ac luges. Et quómodo, ínquies, homo cùm sim, possim non mœrére? Neque ego id póstulo: non mœrórem vero, sed mœróris veheméntiam. Mœrére namque natúræ est, sed ultra modum mœrére furóris, insániæ, muliebrísque ánimi. Mœre, lacrymáre, sed ne ægrè molestéque feras; ne indignéris. Grátias age ei qui ábstulit, ut defúnctum exórnes, ejúsque fúneri hæc justa spléndidè persólvas, ipsíque mittas.

℟. *iv.* Dies mei sicut umbra declinavérunt, & ego sicut fœnum árui; * Tu autem, Dómine, in ætérnum pérmanes. *Ps.* 101. 12. 13. ℣. Quæ est vita vestra? Vapor est ad módicum parens, & deínceps exterminábitur. *Jac.* 4. 15. * Tu autem.

LECTIO V.

LAcrymáre, ut Dóminus tuus Lázarum luxit, modum nobis, régulam, terminúmque dolóris ponens, quem prætérgredi non licet. Mœre, at non ut Ethnicus, qui de resurrectióne despérat, qui futúram vitam non expéctat. Pudet me, & erubésco, cùm per forum vídeo mulíerum turmas indecórè agéntes, capillos velléntes, bráchia genásque lacerántes, ídque coram Ethnicis. Hunc efferéndi modum erubésce. Psalmódiæ, preces, patrum convéntus, fratrum multitúdo tanta: hæc, inquam, non ídeò adsunt ut fleas, mœreas & indignéris, sed ut grátias ei agas qui defúnctum accépit. Quemádmodum enim eos qui ad magistrátum vocántur, multi cum laúdibus & acclamatióne comitántur; ità & sanctos qui decessérunt, útpotè qui ad majórem evocéntur honórem, cum magnis omnes laúdibus dedúcunt.

℟. *v.* Qui dórmiunt in terræ púlvere, * Evigilábunt; álii in vitam ætérnam, & álii in oppróbrium, ut vídeant semper. *Dan.* 12. 2. ℣. Procédent qui bona fecérunt, in resurrectiónem vitæ; qui verò mala egérunt, in resurrectiónem judícii. *Joan.* 5. 29. * Evigilábunt.

LECTIO VI. n. 2. 3.

MOrs quies est, & à sudóribus, curísque sæculáribus liberátio. Cùm ígitur ex propínquis áliquem víderis hinc abeúntem, ne indígnè feras, sed compúngere, ad teípsum

redi, consciéntiam scrutáre, hoc consídera, brevi parem tibi subeúndum esse finem. Temperántior esto, & altérius morte timére disce, ignáviam omnem præcíde, facta tua expénde, erráta córrige, óptimam fac morum mutatiónem. Cógita ad quem abíerit, & consolatiónem áccipe. Eò scílicet ubi Paulus est, ubi Petrus; ubi Sanctórum chorus omnis. Cógita quómodo resurrectúrus sit, cum quanta glória & splendóre. Animo réputa te fletu & lácrymis in re illa nihil immutatúrum; cógita quos id fáciens imitéris. Quos ergo imitáris? Quos æmuláris? Infidéles qui spem non habent, quemádmodum & Paulus dixit: Ut non contristémini, sicut & cæteri qui spem non habent.

℟. *vj.* Scio quòd Redémptor meus vivit, & in novíssimo die de terra surrectúrus sum; * Et rursùm circúmdabor pelle meâ, & in carne mea vidébo Deum meum. *Job.* 19. 25. 26. ℣. Opórtet corruptíbile hoc indúere incorruptiónem, & mortále hoc indúere immortalitátem. 1. *Cor.* 15. 53. * Et rursùm.

IN III. NOCTURNO.

In Ps. 26. Dóminus illuminátio mea, *p.* 99.

Ant. 1. D. Dies mei velocióres fuérunt cursóre: fugérunt, & non vidérunt bonum. *Job.* 9. 25.

In divis. Ps. 26. Exaúdi, Dómine, vocem meam quâ clamávi ad te, *p.* 99.

Ant. 4. f. Verébar ómnia ópera mea, Dómine, sciens quòd non párceres delinquénti. *Job.* 9. 28.

In Ps. 42. Júdica me, Deus, & discérne, *p.* 104.

Ant. 8. d. Si ímpius fúero, væ mihi est; & si justus, non levábo caput, saturátus afflictióne & misériâ. *Job.* 10. 15.

℣. Ne avértas fáciem tuam à me, Dómine; ℟. Ne declínes in ira à servo tuo. *Ps.* 26. 9.

Pater noster, *secretò ut suprà.*

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Lectio VII. *c.* 15. *v.* 12. *ad* 15.

SI Christus prædicátur quòd resurréxit à mórtuis, quómodo quidam dicunt in vobis, quóniam resurréctio mortuórum non est? si autem resurréctio mortuórum non est, neque Christus resurréxit: si autem Christus non resurréxit, inánis est ergo prædicátio nostra, inánis est & fides vestra: invenímur autem & falsi testes Dei: quóniam testimónium díximus advérsùs Deum, quòd suscitáverit Christum, quem non suscitávit, si mórtui non resúrgunt.

℟. *vij.* Ego ad Dómi-

num aspíciam ; expectábo Deum Salvatórem meum ; * Audiet me Deus meus : ne lætéris, inimíca mea, super me, quia cécidi. *Mich.* 7. 7. 8. ℣. Quem díligit Dóminus castigat ; flagéllat autem omnem fílium quem récipit. *Hebr.* 12. 6. * Aúdiet.

Lectio VIII. *v.* 16. *ad* 19.

NAm si mórtui non resúrgunt, neque Christus resurréxit. Quòd si Christus non resurréxit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccátis vestris. Ergo & qui dormiérunt in Christo, periérunt. Si in hac vita tantùm in Christo sperántes sumus, miserabilióres sumus ómnibus homínibus.

℟. *viij.* Precor, Dómine, ut tránsferas iniquitátem servi tui * Quia stultè egi nimis. 2. *Reg.* 24. 10. ℣. Deus, propítius esto mihi peccatóri. *Luc.* 18. 13. * Quia.

Lectio IX. *v.* 20. *ad* 27.

NUnc autem Christus resurréxit à mórtuis primítiæ dormiéntium : quóniam quidem per hóminem mors, & per hóminem resurréctio mortuórum. Et sicut in Adam omnes moriúntur, ità & in Christo omnes vivificabúntur ; unusquísque autem in suo órdine, primítiæ Christus, deinde ii qui sunt Christi, qui in advéntu ejus credidérunt. Deínde finis ; cùm tradíderit regnum Deo & Patri, cùm evacuáverit omnem Principátum, & Potestátem, & Virtútem. Opórtet autem illum regnáre, donec ponat omnes inimícos sub pédibus ejus. Novíssima autem inimíca destruétur mors ; omnia enim subjécit sub pédibus ejus : cùm autem dicat : Omnia subjécta sunt ei ; sinè dúbio præter eum, qui subjécit ei ómnia.

℟. *jx.* Líbera me, Dómine, ab iis qui odérunt me, & de profúndis aquárum : * Non me demérgat tempéstas aquæ, neque absórbeat me profúndum, neque úrgeat super me púteus os suum. Exaúdi me, Dómine, quóniam benígna est misericórdia tua. *Ps.* 68. 15. 16. 17. ℣. Miserére meî, Dómine, fili David. *Matt.* 15. 22. * Non. *Resumitur* ℟. Líbera.

AD LAUDES MATUTINAS.

In Ps. 40. Beátus qui intélligit, *p.* 142.

Ant. 3. b. Dómine omnípotens, Deus Israël, audi nunc oratiónem mortuórum Israël. *Bar.* 3. 4.

In Ps. 50. Miserére meî, Deus, * secúndùm, *p.* 153.

Ant. 8. G. Deus fortis super omnes, exaúdi voces eórum qui nullam áliam spem habent. *Esth.* 14. 19.

In Ps. 64. Te decet hymnus, Deus, *p.* 97.

Ant. 2. D.

Ant. 2. D. Tu es, Dómine, qui vitæ & mortis habes potestátem, & dedúcis ad portas mortis, & redúcis. *Sap.* 16. 13.

Ant. 1. a. Meménto.

CANTICUM EZECHIÆ.

If. c. 38. *v.* 10. *ad* 20.

Vitæ nostræ fragilitas. In manu Dei sunt dies nostri.

EGo dixi: In dimídio diérum meórum vadam ad portas ínferi: * quæsívi resíduum annórum meórum.

Dixi: Non vidébo Dóminum Deum in terra viventium; * non aspíciam hóminem ultrà, & habitatórem quiétis.

Generátio mea abláta est, * & convolúta est à me, quasi tabernáculum pastórum.

Præcísa est velùt à texénte vita mea; dum adhuc ordírer, succídit me: * de mane usque ad vésperam fínies me.

Sperábam usque ad mane; * quasi leo, sic contrívit ómnia ossa mea.

De mane usque ad vésperam fínies me: * sicut pullus hirúndinis, sic clamábo, meditábor ut colúmba.

Attenuáti sunt óculi mei * suspiciéntes in excélsum.

Dómine, vim pátior, respónde pro me: * quid dicam, aut quid respondébit mihi, cùm ipse fécerit?

Recogitábo tibi omnes annos meos * in amaritúdine ánimæ meæ.

Dómine, si sic vívitur, & in tálibus vita spíritûs mei, corrípies me, & vivificábis me: * ecce in pace amaritúdo mea amaríssima.

Tu autem eruísti ánimam meam ut non períret; * projecísti post tergum tuum ómnia peccáta mea:

Quia non inférnus confitébitur tibi, neque mors laudábit te; * non expectábunt, qui descéndunt in lacum, veritátem tuam.

Vivens vivens ipse confitébitur tibi, sicut & ego hódie: * pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine, salvum me fac, * & Psalmos nostros cantábimus cunctis diébus vitæ nostræ in domo Dómini.

Réquiem ætérnam, &c.

Ant. Meménto manûs tuæ & nóminis tui in témpore isto, quia tu es Dóminus Deus noster. *Bar.* 3. 5. 6.

In. Ps. 150. Laudáte Dóminum in sanctis ejus, *p.* 13.

Ant. 7. d. Nihil odísti eórum quæ fecísti; nec enim ódiens áliquid constituísti aut fecísti. *Sap.* 11. 25.

℣. Si iniquitátes observáveris, Dómine, ℟. Dómine, quis sustinébit? *Ps.* 129. 3.

Ad Benedíctus, *Ant.* 1. a. Revertátur pulvis in terram suam unde erat, & spíritus rédeat ad Deum

qui dedit illum. *Eccle.* 12. 7.

℣. Dóminus vobíscum;

℟. Et cum spíritu tuo.

Oratio conveniens.

℣. Requiéscant in pace.

℟. Amen.

In depositione Pontificis.

Oratio.

DEus, qui inter Apostólicos Sacerdótes fámulum tuum *N.* Pontificáli fecísti dignitáte vigére; præsta, quæsumus, ut eórum perpétuo aggregétur consórtio; Per Dóminum.

In depositione Sacerdotis.

Oratio.

PRæsta, quæsumus, Dómine, ut ánima fámuli tui *N.* Sacerdótis, quem in hoc século commorántem sacris munéribus decorásti, in cœlésti sede gloriósa semper exúltet; Per Dóminum.

In depositione Defuncti non Sacerdotis.

Oratio.

INclína, Dómine, aurem tuam ad preces nostras, quibus misericórdiam tuam súpplices deprecámur, ut ánimam fámuli tui *N.* quam de hoc século migráre jussísti, in pacis ac lucis regióne constítuas, & Sanctórum tuórum júbeas esse consórtem; Per Dóminum.

In depositione Defunctæ.

Oratio.

QUæsumus, Dómine, pro tua pietáte miserére ánimæ fámulæ tuæ *N.* & à contágiis mortalitátis exútam, in ætérnæ salvatiónis partem restítue; Per Dóminum.

IN ANNIVERSARIO DEFUNCTORUM.

Omnia ut in Officio præcedenti, exceptis quæ sequuntur.

IN I. NOCTURNO.

LECTIO I. *Job. c.* 7. *v.* 16. *ad finem.*

PArce mihi, Dómine; nihil enim sunt dies mei. Quid est homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Vísitas eum dilúculo, & súbitò probas illum. Usquequò non parcis mihi, nec dimíttis me, ut glútiam salívam meam? Peccávi; quid fáciam tibi, ô Custos hóminum? Quare posuísti me contrárium tibi, & factus sum mihimetípsi gravis? Cur non tollis peccátum meum, & quare non aufers iniquitátem meam? Ecce, nunc in púlvere dórmiam; & si manè me quæsíeris, non subsístam.

LECTIO II. *c.* 10. *v.* 8. *ad* 12.

MAnus tuæ fecérunt me, & plasmavérunt me totum in circúitu: & sic repéntè præcípitas me?

Meménto, quæſo, quòd ſicut lutum féceris me, & in púlverem redúces me. Nónne ſicut lac mulsíſti me, & ſicut cáſeum me coaguláſti? Pelle & cárnibus veſtíſti me; óſſibus & nervis compegíſti me; vitam & miſericórdiam tribuíſti mihi; & viſitátio tua cuſtodívit ſpíritum meum.

LECTIO III. *c.* 13. *v.* 23. *ad finem.*

QUantas hábeo iniquitátes & peccáta, ſcélera mea & delícta oſténde mihi. Cur fáciem tuam abſcóndis, & arbitráris me inimícum tuum? Contra fólium quod vento rápitur, oſténdis poténtiam tuam, & ſtípulam ſiccam perſéqueris: ſcribis enim contra me amaritúdines, & consúmere me vis peccátis adoleſcéntiæ meæ. Poſuíſti in nervo pedem meum, & obſerváſti omnes sémitas meas, & veſtígia pedum meórum conſideráſti: qui, quaſi putrédo, conſuméndus ſum, & quaſi veſtiméntum quod coméditur à tíneâ.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Ambróſii Epíſcopi.

Lib. 2. *de fide Reſurr.* n. 3.

LECTIO. IV.

PRopoſúimus, fratres cariſſimi, ſolári nos commúni uſu, nec durum putáre quidquid univérſos manéret, & ídeò mortem non eſſe lugéndam: primùm, quia commúnis ſit, & cunctis débita; deínde, quia nos séculi hujus abſólvat ærúmnis; poſtrémò, quia ſomni ſpécie ubi ab iſtíus mundi labóre requiétum ſit, vigor nobis vivácior refundátur. Quem dolórem non ſolétur reſurrectiónis grátia? quem non exclúdat mœrórem, ſi credas nihil períre morte? imò ipsíus mortis celeritáte fíeri, ut plus períre non poſſit?

LECTIO V. n. 5.

FUíſſe étiam quidam ferúntur pópuli, qui ortus hóminum lugérent, obitúſque celebrárent. Nec imprudénter; eos enim qui in hoc vitæ ſalum veníſſent mœréndos putábant; eos verò qui ex iſtíus mundi procéllis & flúctibus emerſíſſent, non injúſto gáudio proſequéndos arbitrabántur. Nos quoque ipſi natáles dies defunctórum oblivíſcimur, & eum quo obiérunt diem, célebri ſolemnitáte renovámus.

LECTIO VI. n. 6.

NOn eſt ergo gravis ſubeúndus mœror ſecúndùm natúram; ne, aut excellentiórem áliquam natúræ exceptiónem nobis arrogáre videámur, aut commúnem recusáre. Etenim mors æquális eſt ómnibus, indiſcréta paupéribus, inexcépta divítibus. Et ídeò, licèt per unius peccátum, in omnes tamen pertransívit; ut quem géneris non reſú-

quia in igne revelábitur: & uniuscujúsque opus quale sit, ignis probábit. Si cujus opus mánserit quod superædificávit, mercédem accípiet. Si cujus opus árserit, detriméntum patiétur: ipse autem salvus erit; sic tamen quasi per ignem.

FERIA III. ET VI.

De Libro secúndo Machabæórum.

LECTIO I. *c.* 12. *v.* 42. *ad finem.*

VIr fortíssimus Judas hortabátur pópulum conserváre se sinè peccáto, sub óculis vidéntes quæ facta sunt pro peccátis eórum qui prostráti sunt. Et factâ collatióne, duódecim míllia drachmas argénti misit Jerosólymam offérri pro peccátis mortuórum Sacrifícium, benè & religiósè de resurrectióne cógitans: (Nisì enim eos, qui cecíderant, resurrectúros sperárer, supérfluum viderétur, & vanum oráre pro mórtuis:) & quia considerábat quòd hi, qui cum pietáte dormitiónem accéperant, óptimam habérent repósitam grátiam. Sancta ergo & salúbris est cogitátio pro defúnctis exoráre, ut à peccátis solvántur.

Sermo sancti Epiphánii Epíscopi.

Adverſ. Hæreſ. Lib. 3. *Hæreſ.* 75. n. 7. 8.

LECTIO II.

QUòd spectat ad ritum illum, quo mortuórum nómina pronuntiántur, quid eo esse potest utílius, quid opportúnius, aut verò admiratióne dígnius? Nempè ut qui adsunt, certíssimè sibi persuádeant mórtuos vívere, nec in níhilum redáctos esse, sed exístere adhuc, atque apud Dóminum vívere: tum ut religiosíssimum illud dogma prædicétur, quo qui pro frátribus precántur, benè de illis speráre constat, quasi péregrè profectis. Necessáriò fácere illud Ecclésiam dico; quæ tráditum sibi ritum illum à majóribus accéperit.

De Epístola secúnda beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

LECTIO III. *c.* 5. *v.* 1. *ad* 10.

SCimus quóniam si terréstris domus nostra hujus habitatiónis dissolvátur, quòd ædificatiónem ex Deo habémus, domum non manufáctam, ætérnam in cœlis. Nam & in hoc ingemíscimus, habitatiónem nostram quæ de cœlo est, superíndui cupiéntes; si tamen vestíti, non nudi inveniámur. Nam & qui sumus in hoc tabernáculo, ingemíscimus graváti: eò quòd nólumus expoliári, sed supervestíri; ut absorbeátur quod mortále est à vita. Qui autem éfficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spíritûs. Audéntes ígitur semper sciéntes quóniam dum su-

niet. Cùm enim díxerint pax & secúritas, tunc repentínus eis supervéniet intéritus, sicut dolor in útero habénti, & non effúgient. Vos autem, fratres, non estis in ténebris, ut vos dies illa, tanquam fur comprehéndat: omnes enim vos filii lucis estis, & filii diéi: non sumus noctis, neque tenebrárum: ígitur non dormiámus sicut & cæteri, sed vigilémus, & sóbrii simus.

In Anniversariis, in quibus unicum dicitur Nocturnum, Invitatorium, Antiphonæ, Psalmi, Versiculus & duo priora Responsoria sumuntur ex Officio præcedenti, secundùm Feriam. Invitatorium dicitur ritu simplici, & ultimum Responsorium semper erit, Líbera me, *p.* cxliv. *& semper resumetur.*

Lectiones dicentur ut infrà.

FERIA II. ET V.

Lectio I. *Job. c.* 14. *v.* 1. *ad* 6.

Homo natus de mulíere, brevi vivens témpore, replétur multis misériis; qui, quasi flos, egréditur & contéritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eódem statu pérmanet. Et dignum ducis super hujuscémodi aperíre óculos tuos, & addúcere eum tecum in judícium? Quis potest fácere mundum de immúndo concéptum sémine? nónne tu qui solus es? Breves dies hóminis sunt, númerus ménsium ejus apud te est: constituísti términos ejus qui præteríri non póterunt. Recéde paululùm ab eo, ut quiéscat, donec optáta véniat, sicut mercenárii, dies ejus.

Sermo sancti Cyrílli Hierosolymitáni Epíscopi.

Catech. Mystag. 5.

Lectio. II.

Pro ómnibus orámus qui inter nos vitâ functi sunt, máximum esse credéntes animárum juvámen pro quibus offértur precátio sancti illíus & treméndi quod in altári pósitum est Sacrifícii. Scio, multos dícere: Quid juvat ánimam, sive cum peccátis, sive absque peccátis ex hoc mundo discedéntem, etiámsi in hoc Sacrifício illíus méntio fiat? Christum pro nostris peccátis mactátum offérimus, ut & nobis, & illis eum, qui est benigníssimus, propítium reddámus.

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Lectio III. *c.* 3. *v.* 11. *ad* 15.

Fundaméntum áliud nemo potest pónere, præter id quod pósitum est, quod est Christus Jesus. Si quis autem superædíficat super fundaméntum hoc, aurum, argéntum, lápides pretiósos, ligna, fœnum, stípulam, uniuscujúsque opus maniféstum erit; dies enim Dómini declarábit,

lictis in justificatiónem. Si enim unius delicto mors regnávit per unum : multò magis abundántiam grátiæ, & donatiónis, & justítiæ accipiéntes, in vita regnábunt per unum Jesum Christum. Igitur sicut per unius delictum in omnes hómines in condemnatiónem; sic & per unius justítiam in omnes hómines in justificatiónem vitæ. Sicut enim per inobediéntiam unius hóminis, peccatóres constitúti sunt multi; ità & per unius obeditiónem, justi constituéntur multi.

Oratio.

DEus indulgentiárum Dómine, da ánimæ fámuli tui (*vel* fámulæ tuæ) N. cujus Anniversárium depositiónis diem commemorámus, refrigérii sedem, & quiétis beatitúdinem, & lúminis claritátem; Per Dóminum.

In primo Anniversario dicitur tantùm prædicta Oratio; in aliis adduntur sequentes, sub eadem conclusione.

Pro Benefactoribus.

DEus, véniæ largítor, & humánæ salútis amátor; quǽsumus cleméntiam tuam, ut nostræ congregatiónis fratres, propínquos & benefactóres, qui ex hoc sǽculo transiérunt, beátâ Maríâ semper Vírgine intercedénte cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis consórtium perveníre concédas; Per Dóminum.

Pro omnibus Defunctis.

FIdélium, Deus, ómnium Cónditor & Redémptor, animábus ómnium Fidélium Defunctórum remissiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam quam semper optavérunt, piis supplicatiónibus consequántur; Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

℣. Dóminus vobíscum;
℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Requiéscant in pace.
℟. Amen.

Pro pluribus Defunctis.

DEus, cui próprium est miseréri semper & párcere; propitiáre animábus famulórum famularúmque tuárum, & ómnia eárum peccáta dimítte; ut mortalitátis vínculis absolútæ, transíre mereántur ad vitam; Per Dóminum.

Pro Patre vel Matre.

DEus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepísti; miserére cleménter animábus (*vel* ánimæ patris mei *vel* matris meæ,) eorúmque (*vel* ejúsque) peccáta dimítte; méque eos (*vel* eum, *vel* eam) in ætérnæ claritátis gaúdio fac vidére; Per Dóminū nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs sancti Deus; Per ómnia sǽcula sæculórum. ℟. Amen

PSALMI GRADUALES.

Dicuntur quinque primi Psalmi sinè Glória Patri, *sed in fine ultimi dicitur*, Réquiem ætérnam, &c.

Inchoantur absolutè sinè Antiphona, Psalmi, Ad Dóminum, cùm tribulárer, clamávi, *p.* 71. Leváví óculos meos, *p.* 71. Lætátus sum, *p.* 151. Ad te leváví, *p.* 91. Nisì quia Dóminus, *p.* 72.

In fine dicitur, Réquiem ætérnam dona eis, Dómine; * & lux perpétua lúceat eis.

Deinde dicitur flexis genibus:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison. Pater noster, &c. ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Convértere, Dómine, úsquequò? ℟. Et deprecábilis esto super servos tuos. *Ps.* 89. 13.

℣. Dómine, exaúdi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

ABsólve, quæsumus, Dómine, ánimas famulórum famularúmque tuárum, & ómnium Fidélium Defunctórum ab omni vínculo delictórum: ut in resurrectiónis glória inter Sanctos & Eléctos tuos resuscitáti respírent; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Post Orationem statim dicuntur sequentes quinque Psalmi absolutè; & in fine cujuslibet dicitur, Glória Patri.

Psalmi, Qui confidunt, *p.* 72. In convertendo, *p.* 110. Nisì Dóminus, *p.* 73. Beáti omnes, *p.* 110. Sæpè expugnavérunt me, *p.* 129.

Deinde dicitur flexis genibus:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison. Pater noster, &c. *secretò.* ℣. Et ne nos indúcas, &c.

℣. Memor esto congregatiónis tuæ; ℟. Quam possedísti ab initio. *Ps.* 73. 2.

℟. Dómine, exaúdi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

DEus, cui próprium est miseréri semper & párcere, súscipe deprecatiónem nostram; ut nos & omnes fámulos tuos quos delictórum caténa constríngit, miserátio tuæ pietátis clementer absólvat; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Similiter post hanc Orationem dicuntur sequentes quinque Psalmi, cum Glória Patri, *in fine cujuslibet.*

Psal. De profúndis, *p.* 130. Dómine, non est exal-

tátum, *p.* 91. Meménto, Dómine, *p.* 110. Ecce quàm bonum, *p.* 151. Ecce nunc benedícite, *p.* 33.

Deinde dicitur flexis genibus:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison. Pater noster, &c. *secretò.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Deus ómnium, miserére plebi tuæ, ℟. Super quam invocátum est nomen tuum. *Eccli.* 36. 14.

℣. Dómine, exaúdi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101. 2.

℣. Dóminus vobíscum; ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

PRætende, quæsumus, Dómine, fámulis & famulábus tuis déxteram cœléstis auxílii; ut te toto corde perquírant, & quæ dignè póstulant, cónsequi mereántur; Per Christũ Dóminum nostrum. ℟. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ

Ante Prandium.

Qui benedicit Mensam, incipit, Benedícite. *Alii respondent,* Dóminus. *Deinde dicit* ℣. Oculi ómnium, *& alii prosequuntur,* In te sperant, Dómine; & tu das escam illórum in témpore opportúno: áperis tu manum tuam, & imples omne ánimal benedictióne. *Ps.* 144. 15. 16.

℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat. Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison. Pater noster, &c. *secretò.* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Orémus.

BEnedic, Dómine, nos, & hæc ✝ tua dona, quæ de tua largitáte sumus sumptúri; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Lector dicit, Jube, Domne, benedícere.

Benedictio, Mensæ cœléstis partícipes fáciat nos Rex ætérnæ glóriæ. ℟. Amen.

In fine Lectionis dicitur: Tu autem, Dómine, miserére nostrî. ℟. Deo grátias.

Gratiarum Actio post Prandium.

Qui benedixit Mensam, incipit, ℣. Confiteántur tibi, Dómine, ómnia ópera tua, *& alii prosequuntur,* Et sancti tui benedícant tibi. *Ps.* 144. 10. ℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat.

Posteà dicit, Agimus tibi grátias, omnípotens Deus, pro univérsis benefíciis tuis; Qui vivis & regnas in sǽcula seculórum. ℟. Amen.

Deinde alternatim dicitur Psalmus, Laudáte Dóminum, omnes gentes, *p.* 142.

In fine Glória Patri. *Deinde* Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison. Pater noster, &c. *secretò*

usque ad ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem, ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dispérsit dedit paupéribus; ℟. Justítia ejus manet in séculum séculi. *Ps.* 111. 9.

℣. Benedícam Dóminum in omni témpore; ℟. Semper laus ejus in ore meo. *Ps.* 33. 2.

℣. In Dómino laudábitur ánima mea: ℟. Aúdiant mansuéti, & læténtur. *Ps.* 33. 3.

℣. Magnificáte Dóminum mecum; ℟. Et exaltémus nomen ejus in idípsum. *Ps.* 33. 4.

℣. Sit nomen Dómini benedíctum, ℟. Ex hoc nunc & usque in séculum. *Ps.* 112. 2.

Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum vitam ætérnam. ℟. Amen.

℣. Benedicámus Dómino; ℟. Deo grátias.

Secretò, Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ ante Cœnam.

Qui benedicit Mensam, incipit, Benedícite. *Alii respondent*, Dóminus. *Deinde dicit* ℣. Edent paúperes, *& alii prosequuntur*, Et saturabúntur: & laudábunt Dóminum qui requírunt eum: vivent corda eórum in séculum séculi. *Ps.* 21. 27.

℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat. Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison. Pater noster, &c. *secretò usque ad* ℣. Et ne nos indúcas, &c.

Orémus.

Benedic, Dómine, nos, & hæc † tua dona, quæ de tua largitáte sumus sumptúri; Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Lector dicit, Jube, Domne, benedícere.

Benedictio, Ad cœnam perpétuæ vitæ perdúcat nos Rex ætérnæ glóriæ. ℟. Amen.

In fine Lectionis dicitur: Tu autem, Dómine, miserére nostri. ℟. Deo gratias.

GRATIARUM ACTIO post Cœnam.

Qui benedixit Mensam, incipit, ℣. Memóriam fecit mirabílium suórum, *& alii prosequuntur*, Miséricors & miserátor Dóminus; escam dedit timéntibus se. *Ps.* 110. 4. ℣. Glória Patri. ℟. Sicut erat.

Posteà dicit, Benedíctus Deus in donis suis, & sanctus in ómnibus opéribus suis; Qui vivit & regnat in sécula seculórum. ℟. Amen.

Deinde alternatim dicitur Psalmus, Laudáte Dóminum, ómnes gentes, *p.* 142. *& reliqua, ut suprà*, p. cliv.

IN JEJUNIIS, *ad refectionem fit Benedictio Mensæ & Gratiarum Actio, ut notatum est pro Cœna.*

ITINERARIUM.

Viator, in ipso itineris ingressu, si solus fuerit, dicat quæ sequuntur in singulari, si cum sociis, in plurali, ut sequitur.

Canticum, Benedíctus Dóminus Deus Israël, *p.* 14.

Ant. Benè ambulémus, & sit Deus in itínere nostro, & Angelus ejus comitétur nobíscum.

PRECES.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison. Pater noster, &c. *secretò.* ℣. Et ne nos indúcas, &c.

℣. Salvos fac servos tuos, ℟. Deus meus, sperántes in te. *Ps.* 85. 2.

℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de Sancto; ℟. Et de Sion tuére nos. *Ps.* 19. 3.

℣. Esto nobis, Dómine, turris fortitúdinis, ℟. A fácie inimíci. *Ps.* 60. 4.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis; ℟. Et fílius iniquitátis non appónat nocére nobis. *Ps.* 88. 23.

℣. Benedíctus Dóminus die quotídie: ℟. Prósperum iter fáciat nobis Deus salutárium nostrórum. *Ps.* 67. 20.

℣. Vias tuas, Dómine, demónstra nobis; ℟. Et sémitas tuas édoce nos. *Ps.* 24. 4.

℣. Utinàm dirigántur viæ nostræ ℟. Ad custodiéndas justificatiónes tuas. *Ps.* 118. 5.

℣. Erunt prava in dirécta; ℟. Et áspera in vias planas. *Is.* 40. 4.

℣. Angelis suis Deus mandávit de te, ℟. Ut custódiant te in ómnibus viis tuis. *Ps.* 90. 11.

℣. Dómine, exaúdi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101. 2.

Orémus.

Deus, qui fílios Israël per maris médium sicco vestígio ire fecísti, quíque Magis iter ad te stellâ duce pandísti; tríbue nobis, quæsumus, iter prósperum tempúsque tranquíllum; ut Angelo tuo sancto cómite, ad eum quò pérgimus locum, ac demùm ad ætérnæ salútis portum perveníre felíciter valeámus.

Deus, qui Abraham púerum tuum de Ur Chaldæórum edúctum, per omnes suæ peregrinatiónis vias illæsum custodísti; quæsumus, ut nos fámulos tuos custodíre dignéris: esto nobis, Dómine, in procínctu suffrágium, in via solátium, in æstu umbráculum, in plúvia & frígore teguméntum, in lassitúdine vehículum, in adversitáte præsídium, in lúbrico

báculus, in naufrágio portus; ut, te duce, quò téndimus, prósperè perveniámus, & demùm incólumes ad própria redeámus.

ADésto, quǽsumus, Dómine, supplicatiónibus nostris; & viam famulórum tuórum in salútis tuæ prosperitáte dispóne; ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietátes, tuo semper protegámur auxílio.

PRæsta, quǽsumus, omnípotens Deus, ut família tua per viam salútis incédat; & beáti Joánnis Præcursóris hortaménta sectándo, ad eum quem prædíxit, secúra pervéniat, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. ℟. Amen.

℣. Procedámus cum pace, in nómine Dómini. ℟. Amen.

PRÆPARATIO AD MISSAM,

AD LIBITUM SACERDOTIS.

Psalmi, Quàm diléćta, *p.* 107. Benedixísti, *p.* 99. Inclína, *p.* 154. Crédidi, *p.* 109. De profúndis, *p.* 130.

Ant. Dómine, memor esto meî; & ne vindíćtam sumas de peccátis meis; neque reminiscáris delíćta mea, vel paréntum meórum. *Tob.* 3. 3.

PRECES.

KYrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison. Pater noster, &c. Et ne nos indúcas, &c.

℣. Ego dixi: Dómine, miserére meî; ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. *Ps.* 40. 5.

℣. Convértere, Dómine, úsquequò? ℟. Et deprecábilis esto super servos tuos. *Ps.* 89. 13.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos, ℟. Quemádmodum sperávimus in te. *Ps.* 32. 22.

℣. Sacerdótes tui induántur justítiam; ℟. Et sanćti tui exúltent. *Ps.* 131. 9.

℣. Ab occúltis meis munda me, Dómine, ℟. Et ab aliénis parce servo tuo. *Ps.* 18. 13.

℣. Dómine, exaúdi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Ps.* 101. 2.

Orémus.

AUres tuæ pietátis, mitíssime Deus, inclína précibus nostris, & grátiâ sanćti Spíritûs illúmina cor nostrum; ut tuis mystériis dignè ministráre, téque ætérnâ caritáte dilígere mereámur.

DEus, cui omne cor patet, & omnis volúntas lóquitur, & quem nullum latet secrétum; purífica per infusiónem sanćti Spíritûs cogitatiónes cordis nostri,

Per Infántiam tuam, líbera.
Per diviníssimam Vitam tuam, líbera.
Per Labóres tuos, líbera.
Per Agóniam & Passiónem tuam, líbera.
Per Crucem & Derelictiónem tuam, líbera.
Per Languóres tuos, líbera.
Per Mortem & Sepultúram tuam, líbera.
Per Resurrectiónem tuam, líbera nos, Jesu.
Per Ascensiónem tuam, líbera nos, Jesu.
Per Gaúdia tua, líbera.
Per Glóriam tuam, líbera.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis, Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exaúdi nos, Jesu.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Miserére nobis, Jesu.

Orémus.

Domine Jesu, cujus Nomen nemo cum fructu dícere potest, nisì in Spíritu sancto; concéde, quæsumus, illud sacratíssimum Nomen invocántibus, ómnium remissiónem peccatórum; Qui vivis & regnas in sécula seculórum. ℟. Amen.

LITANIÆ

BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Kyrie, eléison.
Christe, eléison.
Kýrie, eléison.
Christe, audi nos.
Christe, exaúdi nos.
Pater de cœlis Deus, Miserére nobis.
Fili Redémptor mundi Deus, Miserére nobis.
Spíritus sancte Deus, Miserére nobis.
Sancta Trínitas unus Deus, Miserére nobis.
Sancta María, Ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix, ora.
Sancta Virgo vírginum, ora pro nobis.
Mater Christi, ora.
Mater divínæ grátiæ, ora.
Mater puríssima, ora.
Mater castíssima, ora.
Mater invioláta, ora.
Mater intemeráta, ora.
Mater amábilis, ora.
Mater admirábilis, ora.
Mater Creatóris, ora.
Mater Salvatóris, ora.
Virgo prudentíssima, ora.
Virgo veneránda, ora.
Virgo prædicánda, ora.
Virgo potens, ora.
Virgo clemens, ora.
Virgo fidélis, ora.
Spéculum justítiæ, ora.
Sedes sapiéntiæ, ora.
Causa nostræ lætítiæ, ora.
Vas spirituále, ora.
Vas honorábile, ora.
Vas insígne devotiónis, ora pro nobis.
Rosa mýstica, ora.
Turris Davídica, ora.
Turris ebúrnea, ora.

Domus aúrea, ora.
Fœderis arca, ora.
Jánua cœli, ora.
Stella matutína, ora.
Salus infirmórum, ora.
Refúgium peccatórum, ora.
Consolátrix afflictórum, ora pro nobis.
Auxílium Christianórum, ora pro nobis.
Regína Angelórum, ora.
Regína Patriarchárum, ora.
Regína Prophetárum, ora.
Regína Apostolórum, ora.
Regína Mártyrum, ora.
Regína Confessórum, ora.
Regína Vírginum, ora.
Regína Sanctórum ómnium, ora.

Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exaúdi nos, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Miserére nobis.

Orémus.

Famulórum tuórum, quǽsumus, Dómine, delíctis ignósce; ut qui tibi placére de áctibus nostris non valémus, Genitrícis Fílii tui Dómini nostri intercessióne salvémur; Per eúmdem Jesum Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.



INDEX
PSALMORUM.

INDEX DIVISIONUM PSALMORUM.

Index Canticorum Psalterii.

Index Canticorum Communis.



INTONATIONES, MEDIATIONES, & Terminationes Psalmorum & Canticorum, secundùm cujusque Toni & Modi differentias.

IN hocce Breviario, cuilibet Antiphonæ præfigitur numerus & littera. Numerus Tonum designat; Littera Toni speciem, seu Modum.

Modi completi, id est, qui desinunt in legitimam Toni sui finalem, litteris majusculis ut plurimùm notantur.

Incompleti, seu ii qui in chorda finali non desinunt, minusculis litteris semper indicantur.

*Cùm aliquando Modi, sive completi, sive incompleti, in eadem chorda diversimodè desinant; ut distinguantur, diversis caracteribus, Romano scilicet & Italico, quandoque etiam asterisco, * aut accentu discernuntur.*

Intonatio adhibetur tantùm ad primum Versum Psalmi; reliqui Versus à Dominante resumuntur. Canticorum Benedictus *&* Magnificat, *in Duplicibus Majoribus, & suprà, singuli Versus inchoantur ut primus.*

Psalmodia autem illa solemnis Canticorum nunquam adhibetur in Officio Defunctorum, neque in Simplicibus & Feriis, nisi aliud expressè notetur.

Cùm autem in primo Versu Cantici Magnificat; *Intonatio & Mediatio, ut plurimùm compleri non possint propter ejus brevitatem, in cæteris ejus*

Versibus recurrendum est ad Intonationem, quæ ad Benedictus, *eodem in Tono notatur.*


Notandum verò est, quòd loco syllabarum ut, re, mi, fa, sol, la, si, *hæ terminationes, compendii causâ, per unam è septem litteris alphabeticis in hocce libro designentur; ità ut, more Veterum*, a, *designet chordam* la; b, *chordam* si; c, *chordam* ut; d, *chordam* re; e, *chordam* mi; f, *chordam* fa; g, *chordam* sol.

A	B	C	D	E	F	G
la	*si*	*ut*	*re*	*mi*	*fa*	*sol*




PRIMUS TONUS.

In A.




In e- xi-tu Iſ- ra- ël de Æ-gy-pto,




domus Ja- cob de populo barbaro.

In Canticis Evangelicis.




Be-ne-dictus Dominus De-us Iſ-ra-ël.




Ma-gni- fi-cat. e u o u a e.

Clavis ut plurimùm ſic tranſponitur.



Glori-a Pa-tri & Fi-li-o.




e u o u a e.


Versibus recurrendum est ad Into
ad Benedictus, *eodem in Tono*




Notandum verò est, quòd
re, mi, fa, sol, la, si, *h*
pendii causâ, per unam
ticis in hocce libro des
rum, a, *designet*
c, *chordam* ut; d
f, *chordam* fa:


es gentes.






finalis est pariter in D; *sed quia red-*
in syllabam caudatam, defectu cara-
notatur ut sequitur, J.









In g.


e u o u a e.




e u o u a e.




e u o u a e.




e u o u a e.



e u o u a e.



e u o u a e.




e u o u a e.




e u o u a e.

In Canticis Evangelicis.




Be-ne-dictus Dominus Deus Iſ-ra-ël,



Ma-gni-ficat.

QUARTUS TONUS.

In E.




Lau-da-te Dominum, omnes gentes.




e u o u a e.

In E.



e u o u a e.

In f.




e u o u a e.

In d. vel D.



e u o u a e.

In a.




e u o u a e.

In Canticis Evangelicis.




Be-ne-dictus Dominus De-us Iſ- ra-ël.




Magni-fi-cat.

In A.




Lau-da- te Dominum, omnes gentes.




e u o u a e.

In c.




e u o u a e.

In Canticis Evangelicis.




Be-ne-dictus Dominus De-us Iſ- ra-ël.




Ma-gni-fi-cat.


QUINTUS TONUS.

In C.







Clavis ſemper tranſponitur, ut ſequitur.






In Canticis Evangelicis.






In F.



Laudate Do-minum, omnes gen-tes.




e u o u a e.

In a. 

e u o u a e.


In Canticis Evangelicis.




Benedictus Do-minus De-us Iſ-ra-ël.

SEXTUS TONUS.

In C.




Lau-da-te Do-minum, omnes gen-tes.




e u o u a e.


In Canticis Evangelicis.



Be-ne-di-ctus Dominus De- us If- ra-ël.




e u o u a e.




Ma-gni-fi-cat a-nima me-a Do-minum.

Clavis ut plurimùm transponitur, ut sequitur.




Glo-ri- a Pa- tri & Fi- li- o.




e u o u a e.

In F.




Laudá-te Do-minum, omnes gentes.




e u o u a e.

In Canticis Evangelicis.



Bene-dictus Dominus De-us Iſ-ra-ël.


In F.




e u o u a e.

SEPTIMUS TONUS.

In G.




Lauda - te Do-minum, omnes gen-tes.




e u o u a e.

In a.




e u o u a e.

In b.




e u o u a e.


In c.




e u o u a e.



e u o u a e.




e u o u a e.




e u o u a e.

In Canticis Evangelicis.



Bene-di-ctus Do-mi-nus De-us Iſ-ra-ël.



Ma-gni- fi- cat a- ni-ma.





